Bu 225
Nr 27

Prat — 4

tiene. 383. fs.

i18444945

Queſtiones additæ in Librũ de Fortitudine Magiſtri Martini de magiſtris per Dauidem cranſton ſcotum in theologia bacchalarium.

Venundantur parrhiſius a Ioanne granion eiuſdẽ ciuitatis bibliopola: in Clauſtro brunelli: prope ſcolas decretorum: ſub ſigno ſacratiſſimę dei genitricis Marię.

SI viros noſtrę tempeſtatis illuſtres qui in ſacris aut ſcripſerunt aut aliquid ediderunt litteris liber ille de ſcriptoribus eccleſiaſticis inſignis cõmemorat qua ĩ curia aut potius iniuria poſteritati tuũ nomẽ cõmendare pepcerit non ſatis demiror moraliſſime martine pariter & doctiſſime. dignus em̃ es cuius memoria eternitati donetur qui nõ modicis lucubrationibꝰ ſed maximis vigiliis pręcipuas moralis philoſophie partes (q̃ de cardinalibus virtutibus tractant) tuis libris argutiſſime inſeruiſti quaꝝ primã ptẽ (q̃ de fortitudine agit) cũ fortiſſimis hoſtibus manus cõſerendo (eoſdẽq̧ modo lãceis nũc enſibꝰ necnõ pugionibus argumẽtoſis vincẽdo) fortiſſime es agreſſus & illos cũ ꝓpriis armis diffideres ſuis telis ſubiugare conabaris adeoq̧ viciſti vt de clariſſimis nõ ſit q̄ vellet eis adeſſe auxilio q̄bus tandẽ ſemiuiuis relictis victoriã adeptus diceris. & aſſecutus. nõ minus paſſiones tẽperãtiã nitentes opprimere ſubieciſti cõculcaſti materiãq̧ illã tũ fructuoſã cũ ſtatui eccleſiaſticali accõmodatiſſimã cũ eiſdẽ viris certamẽ cõtinuãs nõ minꝰ clare q̃ ſubtiliter terminaſti & nõ modicũ vtilitatis feruentibus ſtudioſorum in theologia aĩs indicaris (nec ĩmerito) attuliſſe Hãc ob rem te ſcriptoꝝ eccleſiaſticoꝝ numero cenſeo aſcribendũ deniq̧ ſuã moralẽ ac p̄clarã vitã cũ opuſculis editis, prout a fide dignis accepero ſtilo ferme eodem vtens quo & ille eccleſiaſticoꝝ deſcriptor vſus eſt paucis plurima cõplectẽs recenſebo.

¶Martinus natione gallus turonẽſis diue barbare gimnaſii primariꝰ eiuſdẽq̧ ãpliator magnificus in vtraq̧ philoſophia nõ mediocriter doctus ſacrarũ litterarũ parrhiſienſis eruditiſſimus ꝓfeſſor ſubtilis ingenio ſermone ſcolaſticus alioꝝq̧ impugnator acerrimus pręclara ſcripſit volumina e quibus ſubiecta feruntur.

De fortitudine	librum vnum.
De temperantia	librum vnum.
De conſequentiis	librum vnum
De prędicabilibus	librum vnum.

¶Alia ĩſup nõnulla edidit de iuſticia (vt fertur) librũ vnũ ſup fundamẽta mõtiũ lectiões p vtiles ſed hec ad noſtrã noticiã nõ ꝑuenerũt claruit tp̄e chriſtianiſſimi regis gallorũ. Ludouici vndecimi cuius & cõfeſſor fuit ſub quo & diẽ clauſit extremũ. Poſtremo clericaci ad diue virginis edem in pace ſepultus eſt eo in loco quo & Ludouicus ipſe quieſcit vt q̄ viuus regio lateri adherebat mortuus ſeiungeretur minime.

Prima queſtio.

Utrum fortitudo cõmunis ſit virtus cardinalis. Arguitur primo ꝙ non. Nature communes dormierunt cum Iohanne huss & hieronimo pragenſe in concilio conſtanſienſi ſuos aſſertores pertinaces condempnantes ſed fortitudo communis (ſi qua foret) eſſet natura communis quia certum eſt ꝙ ly fortitudo communis non eſt virtus cardinalis: ſicut nec terminꝰ aliquis: Igitur fortitudo communis non eſt virtus cardinalis.

¶ In oppoſitum: Eſt communis Philoſophorum Theologorum: & Doctorum eccleſiæ ſententia philoſophorum ſuper ethicorum tertio tractatu ſecundo theologorum diſtinctione trigeſima .iii. tertii ſententiarum Doctorum eccleſiæ.

¶ Nam gregorius zz moralium ambroſius ſupra lucam & auguſtinus libro de moribꝰ eccleſie vno ore fortitudinẽ inter virtutes cardinales enumerant. Sed doctores locis preallegatis non capiũt fortitudinem pro fortitudine bellica tantum aut pro quolibet habitu particulari fortitudinis ſiue bellice ſiue magnanimitatis. Nec pro collectione omnium aut multorum habituum pticularium fortitudinis vt inferius patebit ex concluſionibus Relinquitur ergo ꝙ fortitudo a doctoribꝰ capitur pro habitu comuni fortitudinis Pro reſponſione ad queſtionem ſuppoſitis acceptionibus huius nominis fortitudo: ex prima queſtiõe huius libri pariter & huius termini virtus dicendum eſt pro declaratione tituli queſtionis quare aliqua virtus vocatur cõmunis ſeu generalis quod idem eſt & hoc pro primo notabili & quare aliqua virtus vocatur cardinalis ſeu principalis ꝓ ſecũdo notabili Primum declaratur per aliquas propoſitiones (quod dico de vna virtute cardinali intellige de aliis dictum) Prima propoſitio fortitudo non ideo dicitur communis quia eſt natura communis diſtĩcta formaliter a qualibet fortitudine particulari & cũ qualibet earum idemptificata realiter hanc rationem ſuadet argumentum ante oppoſitum.

¶ Secũda propoſitio fortitudo non ideo dicitur communis quia eſt nata predicari de pluribꝰ ſub ea contentis quia quelibet fortitudo eſt actus vel habitus voluntatis & certum eſt ꝙ quelibet talis ab omni termino diſtinguitur igit. ¶ Tertia ꝓpoſitio fortitudo non ideo dicitur communis quia immediate inclinat in actus ſpecie differentes patet habitus immediate ſolum inclinat ad ſimiles actus huius ex quibus genitus eſt ſed ex nullis actibus ſpecie differentibus procreatur habitus vt praedicatur ſecunda ethicorum igitur.

¶ Quarta propoſitio fortitudo ideo dicitur communis ſeu generalis quia generaliter circa matertiam fortitudinis verſatur & ſub diſiunctione ad ſuos actus formaliter vel virtualiter ſiue de actu ſiue de habitu loquamur vt volitio qua fortes vult fortiter facere aggrediendo vel expectando & habitus ex ſimilibus actibus genitus.

¶ Correlarie ſequitur ꝙ actus fortitudinis ideo dicitur ſpecialis quia ſpecialiter circa materiam & actus fortitudinis verſatur vt pote circa aliquã partem materie generalis vel circa determinatũ actũ eiꝰ vt hec volitio volo fortiter agere aggrediẽdo fortitudo ſpecialis dicitur. ¶ Sequitur ſecundo ꝙ ideo fortitudo dicitur generaliſſima q̄a circa adequatam materiam fortitudinis ſub diſiunctione ſuorum actuum imperatiue formaliter vel virtualiter ſecundum omnem combinationem vel euentum verſatur vt actus quo volo fortiter agere expectando aggrediendo fugiendo vel cunctando vel fugiendo & cunctando &c. qui formaliter ſic ĩperat ſicut actus iſte virtualiter: volo fortiter facere Et ideo propter breuiloquium vtar iſto actu volo fortiter facere in ſequẽtibus ex quo & ſimilibus actibus generatur habitus generaliſſimus fortitudinis qui vocatur a doctoribus fortitudo ſimplex non conſtituens aliquem gradum ſpecialem virtutis.

¶ Pro declaratione ſecundi dicti etiam ponũtur alique propoſitiones pro ſecundo notabili.

¶ Prima propoſitio eſt virtus non ideo dicitur cardinalis quia principaliter ſibi vendicat aliquã illarum conditionum que pertinent ad rationem virtutis in communi ſcilicet ꝙ ex certa ſcientia & electione vel propter finem aut quia firmiter & immobiliter fit Hanc propoſitionem relinquo probatam a doctore in de fortitudine & temperantia Queſtionibus ſecundis contra thomam.

¶ Secunda propoſitio virtus non ideo dicitur cardinalis quia habens eam eſt ſimpliciter bonus & oppoſitum habens eſt ſimpliciter malus: hec ꝓpoſitio ſimiliter probata eſt contra buridanum a doctore locis preallegatis.

¶ Tertia propoſitio virtus non dicitur cardinalis ſecundum proprietatem ſermonis ſed methaphorice ſeu ſimilitudinarie ad cardines hoſtii vel ad cetum cardinalium & maxime ab vltima comparatione denominationem accipio licet forte contra vocabula ceperunt ſuas denominationes eo ꝙ virtutes prius cardinales dicte ſunt q̄ cetus cardinalium denominationem ſibi vendicarit ſed ſicut in eccleſia dei vnum ponimus pontificem ſummum cui aſſiſtunt cardinales in directione grauium & arduarum cauſarum eas expediendo ſic in regimine mentis vnam ſummam &

generaliſſimam virtutem exiſtimo ponendam cui aſſiſtunt virtutes cardinales in ſuis materijs proprijs generaliſſime ſummum pontificem in virtutibus iuuantes in inclinationem aliarum virtutū quia inquantum virtus eſt generalior intantum in plures inclinat virtutes ſpeciales.

Quarta propoſitio: Virtutes non ideo dicuntur cardinales: quia ſunt potiores id eſt perfectiores in regimine mentis: nec quia inclinant immediate: nec quia limitant: ſic actus omnium aliarū virtutum: ꝙ ſi propter aliquam circumſtantiā occurrentem oportet dimittere actum virtutis cardinalis: vel alterius potius eſſet dimittendus actus alterius virtutis q̄ actus virtutis cardinalis: licet hęc concluſio videatur contra doctorem & ex cōſequente contra Guillermum Pariſienſem quem inſequitur in libro de virtutibus & vitijs tractatu decimo ſeptimo ſuadetur tamen quo ad ſingulas partes. ¶ Prima pars probatur: ſiue teneatur cum doctore in de temperantia queſtione ſecunda: ꝙ ly virtus cardinalis eſt terminus collectiuus ſupponens pro collectione habituum ſiue teneatur cum doctore in de fortitudine queſtione ſecunda: quod ly virtus cardinalis. eſt terminus diuiſiuus pro quolibet habitu fortitudinis ſupponens.

¶ Si enim dicatur primum: tunc vel talis eſt collectio omnium habituum fortitudinis poſſibilium: vel collectio aliquorum: & aliquorū non non primum: dabilis quia non eſt collectio omnium poſſibilium vt ſuppono: nec ſecundum eſt dicendum quia quacumq; collectione virtutum circa materiam fortitudinis data: dabilis ē aliqua collectio perfectior: puta illi adiungendo alias virtutes circa eandam materiam poſtq̄ prima collectio nō eſt maxia poſſibilis: Etiam nulli collectioni tali conueniunt duæ aliæ conditiones ſcilicet inclinare: & limitare actus aliarum virtutum vt poſtea patebit.

¶ Si ſecundum: contra non quilibet habitus fortitudinis eſt ęque perfectus eſſentialiter vel in eſſe virtutis ſicut dilectio dei ſuper omna pro tempore ꝓ quo quis non tenetur diligere deū: & tamē talis dilectio non eſt virtus cardinalis: vt ſupponitur. Maior patet: Quia in infinitum perfectius obiectum habet q̄ actus fortitudinis: vel habitus eius.

¶ Item multi actus fortudinis ſolum referuntur ad defenſionem reipublicæ: & actus liberalitatis affabilitatis vel veritatis referuntur in deum ergo priores actus non erunt perfectiores actibus ſecundis & tamē talis relatio in finem nō variat virtutem cardinalem in non cardinalem.

¶ Secunda pars concluſionis probatur quia habitus ſolum inclinat immediate in actus ſimiles his ex quibus eſt genitus maxime habitus acquiſitus vt patet ex precedenti notabili ſed certum eſt ꝙ actus ille qui cardinalis dicitur non eſt acquiſitus ex actibus omnium aliarum virtutum igitur.

¶ Item ſi immediate inclinaret in actus aliarum virtutum ſicut in actus ſuos adequatos eque naturaliter & prompte exiret in actus cuiuſcunq; virtutis ſicut in actus ſibi proprios quod eſt contra experientiam quia arguitiue morales philoſ ſolum cognoſcunt habitus nobis ineſſe propter promptitudinem quam habemus poſt frequentatos actus potius q̄ ante.

¶ Tertia pars concluſionis ſic ſuadetur quia ſi virtus cardinalis ſic limitaret actus virtutū etiā non cardinalium ad ſenſum tactum in concluſione: ſicut pręcendit doctor: ſequeretur ꝙ redeūdū eſſet ad opinionem Buridani quā ibi impugnat ſcilicet ꝙ actus aliarum virtutum non cardinalium ſunt ſolum ad decorem & vitia oppoſita ſunt malitiæ ſecundum quid ſcilicet peccata venialia: & actus virtutum cardinalium: redderent homines ſimpliciter bonos: & maliciæ oppoſitæ eſſent maliciæ ſimpliciter puta peccata mortalia:

¶ Cuius oppoſitum dicit Doctor contra Buridanum concluſione ſecunda prędictæ queſtionis Probatur tamen ſequella quia ſi propter aliquam circunſtantiam occurrentem oporteret dimittere actus alterius virtutis & exequi actum virtutis cardinalis hoc eſſet propterea quia minus malum eſſet contrauenire actui alterius virtutis q̄ actui virtutis cardinalis & ſi ſic hoc eſt quod buridanus vult dicere ꝙ actus oppoſitus virtuti non cardinali habet ſolum maliciam venialem vel potius nullam maliciam quia tales virtutes ſunt de conſilio tantum vt claret ex deductione buridam queſtione decimanona tercii ethicorum.

¶ Et confirmatur probatio huius concluſionis retorquendo argumenta doctoris contra Buridanum in factorem ſequitur bene: aliquis actus oppoſitus magnanimitati eſt peccatum veniale tantum vt probat Doctor primo argumento contra Buridanum adducendo ſententiam ariſtotelis quarto ethicorum ꝙ aliquis amor exceſſi[...]us pecuniarum ſecluſa iniuſticia ad alterum eſt peccatum mortale & tamen talis amor e[...] oppoſitus liberalitati tantum tunc ſic: ſi virt[...] cardinalis limitaret actus alterius virtutis [...] ſenſum datum in concluſione: ſequeretur [...]ꝓpter aliquam circunſtantiam vel oporter[...] contrauenire magnanimitati prout oppon[...]r ei peccatum veniale vel oporteret contrau[...]re illi liberalitati cui eſt op-

poſitũ peccatum mortale ſecundum Doctorẽ potius oporteret contrauenire liberalitati faciendo peccatum mortale q̄ magnanimitati faciẽdo illud quod alias eſſet peccatum veniale quod non eſt dicendum.

¶Quinta propoſitio: Virtus ideo dicitur cardinalis: quia generaliter inclinat in actus aliarum virtutum eos producendo quãdo recta ratio dictat: & eorum corruptioni reſiſtẽdo: quos naturaliter conſeruat: & limitat. Probatur: q̄a aliqua ratione virtutes dicũtur cardinales ſeu principales: & non propter generales conditiones virtutum: vt dicit prima propoſitio ſecundi notabilis: nec quia per eas: habens dicitur ſimpliciter bonus vt dicit ſecunda propoſitio: nec dicuntur cardinales a proprietate rerum: vt dicit tertia: nec dicuntur cadinales: quia ſunt potiores id eſt perfectiores: nec quia inclinant immediate: nec quia limitãt actus aliarum virtutum ad ſenſum prius declaratum. Relinquitur ergo q̄ dicuntur cardinales: propter generalem inclinationem mediatam: & productionem actuum aliarum virtutum & maxime virtutum eiuſdem generis: ad quorum actus regulariter & prompte inclinant ratione recta dictante de aliqua circumſtantia particulari: ſed in actus aliarum virtutum non ſic regulariter inclinant: ſed duabus tantum de cauſis quantum poſſum ex dictis doctorum excerpere: vt patebit in reſponſione ad argumenta. Iſtis premiſſis ponuntur concluſiones pro reſponſione ad titulum queſtionis.

¶Prima concluſio: Nulla collectio habituum fortitudinis eſt virtus cardinalis: cuius oppoſitum intendit doctor in ſecunda queſtione in de temperantia in ſolutione. ad primum argumentum:

¶Probatur cõcluſio. q̄a nulla talis collectio ẽ virtus poſt q̄ non eſt hitus: ergo nõ ẽ virtꝰ cardinalis negatiue a ſuperiore ad inferiꝰ. Nec valet dicere q̄ ly cardinalis facit terminũ capi collectiue cui adiũgitur q̄a ly cardĩalis vt attribuitur homini habenti dignitatem non collectiue accipitur: nec facit terminum cui additur collectiue capi.

¶Item ſi ſic ly communis debet facere ly homo capi collectiue quia eſt maior apparentia: & ſic iſta eſſet vera: ſortes & plato ſunt homo communis.

¶Item licet ly virtus cardinalis eſſet terminus collectiuus tamen ly fortitudo non capitur collectiue: & ſic iſta eſt vera nulla fortitudo eſt virtus cardinalis.

¶Confirmatur ratio: quia fortitudo bellica & magnanimitas non eſſent partes ſubiectiue fortitudinis: vt eſt virtus cardinalis ſed eſſent partes integrales tantum vt conſtat intelligenti. Sed conſequens eſt contra doctorem ĩ de fortitudine per totum vbi melius videtur ſentire q̄ queſtione ſecunda ĩ de temperantia vbi dicit q̄ temperantia eſt virtus cadinalis tamen nec quelibet temperantia eſt virtus cardinalis, nec aliqua ſic & aliqua non quod implicat terminis vniuoce captis: quia ſeq̄tur bene temperantia eſt virtus cardinalis: ergo aliqua aliqua temperantia eſt virtus cardinalis ab equiualentibus.

¶Item ex altera parte ſequitur: non quęlibet temperantia eſt virtus cardinalis: ergo aliqua temperantia non eſt virtꝰ cardinalis per primam regulam equipolentiarum & ſic ſemper eſt danda aliqua temperantia quæ eſt virtus cardinalis: & aliqua quæ non eſt virtus cardinalis: vel male concedit q̄ temperantia ẽ virtus cardinalis & non quælibet.

¶Secunda concluſio. Non quælibet fortitudo eſt virtus cardinalis: cuius oppoſitum cõcedit Martinus ſecunda queſtione de fortitudine in ſolutone ad primum contra quartam concluſionem. ¶Probatur concluſio: quia nõ cuilibet habitui fortitudinis conueniunt illæ tres conditiones quas tangit Martinus in concluſione tertia eiuſdẽ queſtionis: ſcilicet q̄ ſit potior in regimine mentis: q̄ incliner & limitet actus omnium aliarũ virtutum: multi ſunt habitus magnanimitatis quibus non conueniunt illæ conditiones potius q̄ habitibus libertatis: vt ipſemet concedit in ſolutione ad tertium contra tertiam cõcluſionem: ſaltem de illa condictione quod eſt inclinare in actus aliarum virtutum: & eadem eſt ratio de alijs conditionibus duabus: vt patet ex probationibus poſitis in quarta propoſitione ſecundi notabil'

¶Tertia cõcluſio. Fortitudo cõmunis ymmo cõmuniſſima eſt virtꝰ cardinalis vna de quattuor enũeratis a Philoſophis moralibꝰ & Doctoribus allegatis in oppoſitũ queſtiõis. probatur concluſio nulla collectio habituum fortitudinis eſt virtus cardinalis: vt dicit prima concluſio: nec quilibet habitus fortitudinis eſt virtus cardinalis: vt dicit ſecũda: ergo aliqua ſic & aliqua non & non eſt aliqua dabilis cui conueniunt condictiones præ nominatæ niſi fortitudo communiſſima ex generaliſſimis actibus fortitudinis genita: quæ ideo dicitur potior in regimine mentis propter principatum quẽ habet in productione aliarum virtutum: & in earum conſeruatione & protectione & ſic ly & de

bet capi expoſitiue ſic ꝙ duę ſecundę cõdictio=
nes ex ponunt illud quod importatur per pri=
mam: quia dicitur potior: propter ĩclinationẽ
& limitationem actus aliarum virtutnm: &c.
Et ſic patet ꝙ nomina bene conſonant rebus ĩ
comparetione ſimilitudinis vltimæ ad cœtum
cardinalium: quia ſicut cardinales aſſiſtũt ſũ=
mo pontifici in deciſione cauſarum particula
rium ſuppoſitorum eccleſiæ: ſic virtutes cardi
nales aſſiſtunt virtuti generaliſſimę & potiſſimę
in regimine mentis inclinantes in actus parti=
cularium virtutum. ¶ Secũdo probatur: quia
in materia fortitudinis habitus genitus ex tali
bus actibus volo fortiter facere aggrediendo
expectãdo fugiẽdo vel cũctãdo inexiſtens volũ
tati recta ratiõe dictante rõne alicuius circũſtã
tiæ particularis ꝙ fortiter eſt aggrediendum
prompte inclinat mediante actu elicito in for=
tem aggreſſum & idem actus generalis dictan
te retione recta ratione alterius circunſtantiæ
occurrentis ꝙ fortiter eſt faciendum expectan
do inclinat in fortem expectationem: ſic exẽ=
plificare potes de cunctatione: & fuga. Idem ẽ
ſi habens habitum generalem fortitudinis tẽ
tetur per pecunias vel blanditias ĩclinabit for
titudo generalis in actum fortitudinis conti=
nentiæ gradus. Et ſi tẽtetur per minas verbe=
rum inclinabit in actũ perſeuerãtiæ: & ſi tẽtet
per minas mortis aliter q̃ in bello in quo faciẽ=
dum eſt fortiter inclinabit in actum fortitudi=
nis heroici gradus etiam intellexi de verberi=
bus extra tale bellum. ¶ Et ſic patet ꝙ fortitu
do generaliſſima eſt illa de qua dicunt docto=
res ꝙ eſt fortitudo ſimplex nõ conrracta ad ali
quem gradum ſpecialem virtutis. Sed quomo
do hoc debeat intelligi patebit ex ſolutiõibus
argumentorũ. ¶ Scđo ſequitur q̃ ad modũ do
ctores dicunt ꝙ duntaxat ſunt quattuor virtu=
tes cardinales ſic non ſunt niſi quattuor habi=
tꝰ circa quattuor adęquatas materias illarum
virtutum intelligo non coincidentes ſpecie ſci
licet fortitudo generaliſſima: temperantia ge=
neraliſſima: ſic de iuſtitia & prudentia ſentias
vt paucis abſoluamus.

¶ Contra tertiam concluſionem. Arguitur
Si fortitudo generaliſſima debeat vocari virtꝰ
cardinalis propter generalem inclinationem
& limitationem omnium actuum ĩ materia for
titudinis: ſequeretur ꝙ eſſet dabilis aliqua vir
tus que debet vocari papalis propter generalẽ
Inclinationem quam habet in actns omnium
virtutum moralium circa quamcunqꝫ materiã
ſed conſequens eſt falſum & contra modum
loquendi doctorum moralium falſitas conſe=
quentis patet quia illa virtus papalis ſe hebe=
ret tanq̃ genus genaraliſſimum in coordina=
tione virtutum ſub quo ſtatim collocarentur
quattuor virtutes cardinales ſub quibus par=
tes ſubiectiue earum & rurſus partes ſubiecti
ue illarum partium vſqꝫ ad ſpecialiſſimas vir=
tutes illius coordinadionis ſed hoc non eſt di
cendum quia nulla virtus cardinalis eſt virtus
papalis; nec pars ſubiectiua virtutis cardina=
lis eſſet virtus cardinalis quod tamen requiri
tur in coordinatione prędicamentali ſcilicet
ꝙ ſuperiora de inferioribus prędicẽtur: ¶ Et
confirmatur ſequeretur ꝙ eſſet dabilis aliqua
virtus generalior in inclinando q̃ ſit aliqua vir
tutum cardinalium etiam contenta ſub habi=
tu generaliſſimo virtutum ſequela patet de ha
bitu genito ex talibus actibus volo iuſte vel
fortiter facere vel ex talibus volo iuſte vel tem
peranter agere habitus talis non ſolum incli=
naret in actus temperantie ſed in actus iuſti =
cie etiam regulariter & prompte.

¶ Item ſi eſſet aliquis habitus generaliſſi=
mus virtutum dabilis maxime eſſet habitus
genitus ex talibꝰ actibus volo bene agere ſed
talis habitus non eſſet generaliſſimꝰ virtutũ
ymo habitus genitus ex iſtis actibus volo
bene vel male agere eſſet generalior & talis
habitus eſſet ſtudioſus quia diſiunctiua debet
inſequi fortiorem partem & per conſequens
actus latus ſuper bonum vel malum ſub diſ=
iunctione meliorem partem inſequitur.
Secundo ſic tales virtutes generales ſunt cęte
ris virtutibus impfectiores in genere rei & in=
eſſe virtutis: ergo non debent dici cardinales ꝑ
excellentiam; conſequentia eſt apparens: pro=
batur antecedens; quia noticia inquantum eſt
generalior intantum imperfectior: ergo idem
eſt de actibus voluntatis alias fruitio dei clara
in patria vel eius dilectio non eſſet perfectior
ſua fruitione vel dilectione in via nec magis
quietaret fruitio beatifica voluntatem q̃ frui
tio generalis omnium ſpirituum quod tamen
eſt falſum.
Confirmatur. Superuacanei eſſent tales habi
tus generales: ergo non ſunt ponẽdi: tenet cõ=
ſequentia: pſobatur antecedens quia nõ eſſet
formaliter imperatiui executionis vt habitus
generaliſſimus fortitudinis non ſufficit moue
re membra per actum ſuum ad aggrediendũ
nec ſimiliter ad expectandum vel fugiendum
dictante recta ratioone de aliquo illorum quia
actus ille fortitudinis generaliſſimus eſt velle
quo quis equaliter vult aggredi vel expactare
fugere vel cunctari ſed ſi fortes vellet equali=

ter alterum iſtorum ſcilicet currere vel ſedere non propter hoc potius mouerentur membra ad currendum q̄ ad ſedendum ergo idem eſt in propoſito poſtq̄ aggredi & expectare ſunt incompoſſibiles ſicut ſedere & ſtare non magis per illud velle mouebuntur membra ad vnum q̄ ad reliquum. ¶Tertio ſic omnis virtus moralis debet eſſe extremorum vitiorum media ſed fortitudo generaliſſima non eſt extremorum vitiorum media quia maxime eſſet media inter timorem & audaciam & hoc non quia virtutes generaliſſime debent habere extrema generaliſſima ſicut virtutes ſpeciales extrema ſpecialia ſed timor non eſt extremum generaliſſimum in materia fortitudinis ymo timor vel vecordia eſt extremum generalius & ſimiliter audacia non eſt generaliſſimum in illa materia quia generalius eſt audacia vel intimiditas Nec valet dicere ꝙ hec duo diſiuncta audacia vel intimiditas timor vel vecordia ſunt extrema fortitudinis generaliſſime quia ſi ſic ſequeretur ꝙ eſſet dabile vitium generaliſſimum ſicut data eſt virtus generaliſſima qd̄ non eſt dicendum quia tunc vel tale vitium eſſet malum in ſuperhabundando & ſic non cōprehenderet mala in deficiendo, vel eſſet malum in deficiendo: & ſic non comprehēderet vitia in ſuperhabundando. ¶Confirmatur: ſequeretur ꝙ eſſent aliqua vitia dicenda cardinalia & plura q̄ virtutes cardinales ſequella patet: quia generalia vitia tantum inclinant & limitant actus particularium vitiorum ſicut virtutes generales limitant actus virtutum particularium & cuilibet virtuti generali duo extrema generalia opponuntur: igitur.

¶Quarto ſic. Vel virtus cardinalis inclinaret in actus omnium aliarum virtutum immediate & hoc non vt patuit ex primo notabili vel mediate id eſt mediante ſuo actu adequato elicito: & hoc non quia tunc talis actus elicitus ſubito actus omnium aliarum virtutum produceret ymo infinitos actus ſimul vel dabis rationem potius de aliquibus q̄ de aliis & quare potius vno tempore q̄ alio: forte dicis in latitudine materie virtutis cardinalis multe cadūt virtūtes particulares ratione circunſtantiarū occurrentium & in actus illarum virtutum virtus cardinalis inclinat regulariter & prompte mediāte ſuo actu propter participationem materie Contra ad minus habetur ꝙ virtus cardinalis non regularius inclinat in actus aliarum virtutum non participantium in materia q̄ virtus non cardinalis. ¶Et confirmatur ratio actus elicitus virtutis cardinalis eſt agens naturale & intellectus eſt paſſum bene diſpoſitum vt ſuppono ad ſuſcipiendū actū cuiuſcunq̧ alterius virtutis ergo cum primū talis actus virtutis cardinalis eſt in intellectu bene diſpoſito productus tam cito cuiuſcunq̧ alterius virtutis actum producit quia non eſt maior ratio ꝙ vniꝰ virtutis actum producat q̄ alterius nec valet dicere ꝙ non eſt cauſa ſufficiens actus alterius virtutis ſed requiritur dictamē prudentiale particulare alterius virtutis Ex hoc ſequitur ꝙ ſi in intelectu ad imaginationem eſſent infinita particularia dictamina aliarum virtutum cum primum in illa voluntate produceretur actus adequatus virtutis cardinalis tam cito infiniti actus aliarum virtutū particularium naturaliter produducerētur qd̄ non eſt dicendum vt conſtat: igitur.

¶Quinto ſic. Tertia cōcluſio nō innititur auctoritati nec rationi & ſimpliciter omī ꝓbabilitate caret: ergo non eſt tenenda: conſequentia ē apparens & patet antecedens quia dentur doctores vel rationes apparētes. ¶Et cōfirmatur ſi eſt dabilis aliqua virtus ſpecialiſſima circa materiam fortitudinis: Ergo neq̧ aliqua virtꝰ generaliſſima. Conſequentia tenet ex terminis ꝓbatur añs: des vnam virtutem ſpecialiſſimam circa materiam fortitudinis.

¶Sexto ſic. generaliſſimus habitus virtutum non inclinat ad actus prudentie poſtq̄ prudentia eſt habitus intellectualis & datus habitus generaliſſimus eſt habitus voluntatis modo habitus voluntatis non inclinat in actus intellectus nec contra poſtq̄ ſpectant ad diuerſas potentias ¶Et confirmatur bñ ſequitur eſt dabilis generaliſſimus bonus habitus voluntatis ergo eſt dabilis generaliſſimus habitus bonus intellectus intelligo ſemper generalitate inclinationis ſed non eſt poſſibile dare generaliſſimum habitum intellectus generalitate inclinatiōis ergo nec erit dabilis gñaliſſimus habitus volūtatis in ordine ad talē inclinationē.

¶Septimo ſic. habitus ſpecialis nō ſolum inclinat in actus ei adequatos ſed in generales actus inadequatos ab eis ſpecie differentes ergo habitus gñales nō ſolum inclinant ī actꝰ eis adeq̄tos imediate ſed et̄ iclinant ī actꝰ eis ī adeq̄tos adeq̄tos tñ reſpectu alioꝝ hītuū ꝑticl'ariū: tenet cōſequētia q̄a v̄ ē ē eadē rō v̄trobi ꝙ ꝓbat añs prio auctoritate doctoris i ſolutione argumēti cōtra q̄ntā cōcluſionē prie q̄ſtiōis & ad hoc v̄r eē rō q̄a hitus ſpecialis ſꝑ includit actū hītꝰ gñal' ergo ñ pōt iclīar ī actū ei adequatum quin inclinet in actum generalē ¶Confirmatur vel illa virtus generaliſſima verſatur

ſolum circa pericula mortis in bello & hoc nõ quia tunc non haberet generaliſſimã materiã neq; hoc modo accipiunt doctores fortitudinem in ratione virtutis cardinalis vt ſatis deducit doctor contra buridanum queſtione ſecunda huius vel verſatur circa arduum ſiue iſtud ſit periculum mortis in bello ſiue ſit aliqua periculoſa adminiſtratio & grauis vt per hoc diſtinguat̃ a temperantia cardinali:& hoc non quia alia eſt ratio magnanimitatis & alia fortitudinis bellice per conſequens fortitudo communis non verſatur circa vtramq; materiam.

¶Item non videtur martinus recte poſuiſſe illam diſtinctionem inter fortitudinem & temperantiam prima queſtione de temperantia quia ſic nullam daret virtutem non contentam ſub altera illarum poſtq̃ facit diſtinctionẽ per contradictoria.

¶Octauo arguitur ſic habitus genitus ex talibus actibus volo temperanter iuſte & fortiter agere eſt generaliſſimus in inclinando ergo concluſio non recte ſapit de habitibus generaliſſimis conſequentia eſt apparens probatur antecedens quia actus ille generaliter copulatiue latus ſuper materias diuerſarum virtutum imperatiue formaliter & ſimul inclinat in actus particulares multarum virtutum:& actus diſiunctiue latus ſuper eaſdem marerias non imperatiue formaliter & ſimul inclinat. ergo talis actus virtualiter copulatiuus eſt vniuerſalior & perfectior in inclinando q̃ alter actus latus diſiunctiue ſuper eandem materiam.

¶Et confirmatur actus quo fortes vult fortiter facere ſi fortiter faciendum eſt adeo generaliter inclinat in actus cuiuſcunq; virtutis ſicut actus latus diſiunctiue ſuper talem materiam igitur concluſio male vocat ſolum actus latos diſiunctiue formaliter vel virtualiter actus generaliſſimos fortitudinis.

¶Ad argumenta reſpõdetur ad primum conceditur conſequentia cum conſequente & nego falſitatem conſequentis nec modus loquendi eſt contra doctrinam philoſophorum moralium ſed pr̄ter eorum ſententiam & ad nomen: ſatis eſt pro tali denominatione habenda dare rationem ſimilitudinis quia ſicut fortitudo vel iuſticia habet nomen dignitatis cardinalatus propter promptam & regularem inclinationem quam habet in actus particularium virtutum circa materiam fortitudinis vel iuſticie ſic habitus genitus ab iſtis actibus generaliſſimis volo bene agere generaliſſime inclinat in actus omnium virtutum prompte & regulariter circa quamcunq; materiam virtutis. Ad probationem falſitatis conſequentis diſtingo ꝙ talis virtus cardinalis eſſet tanq̃ genus generaliſſimum in coordinatione virtutum vel ſecundum naturam predicationis & ſic nego quia modus pr̄dicandi ſolis terminis attribuitur vel ſecundum naturam inclinationis in actus aliarum virtutum & ſic concedo quia talis habitus generaliſſime inclinat indifferenter circa materias omnium virtutum mediante actu ſuo elicito & dictamine prudẽtiali particularis virtutis Et vlterius concedo ꝙ ſub illo habitu ſtatuuntur virtutes cardinales generaliter & regulariter inclinantes in actus circa materiam propriam & ſub illis alij habitus ponuntur ſpecialiores quoad inclinationem vt habitus genitus ex adequatis actibus fortitudinis bellice vel habitus genitus ex adequatis actibus magnanimitatis & ſic vlterius procedendo vſq; ad ſpecialiſſima ſecundum inclinationẽm. nolo tamen dicere ꝙ iſti termini fortitudo bellica magnanimitas ſint partes ſubiectiue ad iſtum terminum fortitudo cardinalis:ſed potius iſtius termini fortitudo vt generaliter ſignificat omnem habitum moderantem paſſiones arduas ſub quo etiam ly fortitudo cardinalis continetur tanq̃ pars ſubiectiua ab aliis condiſtincta. ¶Ex hoc patet quid ſit dicendum de veritate iſtarum propoſitionum nulla virtus cardinalis eſt papalis nulla pars ſubiectiua virtutis cardinalis eſt virtus cardinalis ſunt ambe vere & diſtingo ꝙ requiratur ſuperiora de inferioribus vere predicari vel ſuperiora in pr̄dicando & ſic conceditur vel ſuperiora in inclinando & ſic negatur modo non intendo loqui de coordinatiõe virtutum ſecundum naturam pr̄dicationis ſed ſecundum naturam inclinationis.

¶Ad confirmationem tranſeat conſequentia tum conſequente nolo dicere quin ſit dabilis aliquis habitus ſub habitu generaliſſimo qui eſt generalior ſecundnm naturam inclinationis q̃ aliqua virtutum cardinalium ſed ſatis eſt mihi ꝙ quelibet virtutum cardinalium eſt habitus multum generalis quoad inclinationem ymo generaliſſimus in ſua materia ratione cuius denominationem accipiunt Et habitibus generalioribus poſſunt nomina dignitatum patriarcharum & legatorum imponi ſed tranſeo.

¶ Ad aliud conceditur maior: & negatur mi=
nor: Ad probationem dato ꝙ habitus genitus ex
illis actibus eſſet generalior inclinatiuꝫ nonſequi
tur quin alter habitus ſit generaliſſimus in eo or=
dinatione virtutum quare nego hunc actum eſſe
ſtudioſum volo bene vel male agere quia volun=
tas per illum actum non conformat ſe dictamini
recto: nec actum elicit quia circa bonū verſatur
ſed quia indifferenter circa bonum vel malum
forte tamen non caret probabilitate dicere illum
actum eſſe bonum propter argumentum: placet
mihi oppoſitiuum.

¶ Ad ſecundum nego conſequentiam quia
virtutes non dicuntur cardinales propter excel=
lentiam quam habent ineſſe rei nec quia eorum:
actus ſunt perfectiores actibus aliarum virtutum
particularium ſiue perfectio capiatur ex difficul=
tate operis ſiue capiatur ex perfectione obiecti ſi
ue a pluritate circunſtantiarum informantium a
ctum quia omnibus his modis actus inq̄tum ſpe
cialior tanto perfectior ſed dicuntur cardinales
propter excellentiam inclinationis regularis qua
habent in ordine ad actus omnium aliarum virtu
tum & propter protectionem & conſeruationem
illorum actuum vt patuit ex Secundo nota=
bili.
¶ Ad confirmationē cōceditur cōſequētia negatā
antecedens ad probationem antecedentis tranſe
at ꝙ habitus virtutis cardinalis nō ſit formaliter
Imperatiuus immediate executionis operis exte
rioris ſatis eſt ꝙ ſit formaliter elicitiuus ſui actus
adequati a quo formaliter imperātur actus impe
ratiui exequutionis aliarum virtutum non cardi
nalium exempli gratia ſi fortes ſolum haberet ha
bitum genitum ex talibus actibus volo fortiter fa
cere vel aggrediēdo vel expectando dictante Re
cta ratione ꝙ fortiter eſſet aggrediendū habitus
ille gn̄alis mediante actu ſuo elicito inclinaret in
primum actum fortitudinis particularis aggreſſi=
ue qui eſt formaliter actus exequatiuus ipſius ag
greſſus hāc ſolutionem ſatis videtur colorare cō
firmatio adducta quia volitio qua fortes vult ſede
re vel ſtare non magis vnum q̄ reliquum imperat:
ſic in propoſito.
¶ Contra iſtam ſolutionem replicatur ſi eſſet
exercitus hoſtium ante me & haberem iſtam vo
litionem pręciſe volo aliquem iſtorum occidere p
emiſſionem iſtius ſagitte illa volitio ſufficit moue
re membra ad ſagittandum ergo actus generalis
non minus eſt formaliter imperatiuus exequutio
nis q̄ actus ſpecialis reſpondetur quod non eſt ſi=
mile quia iſta volitio eſt particularis reſpectu emiſ
ſionis iſtius ſagitte & propterea ſufficit monere
membra ad emittendum ſagittandum. Sed for
te replicabis ego ſolum volo emittere ſagittam
hoc vel illo modo ſub diſiunctione ergo non ſuffi
ciebat monere membra ad emittendum eo mo=
do quo emiſſa eſt. ¶ Et ſimiliter poteſt proba
ri ꝙ volitio qua volo aggredi non ſufficit monere
membra quia per illam volitionem ſolum impera
tur aggreſſus hoc vel illo modo ſecundum dicta=
men rationis.
¶ Reſpondeo quando emittitur ſagitta hoc
modo actus voluntatis non ſolum imperat hoc
vel ille modo ſed particulariter imperat emiſſio=
nem hoc modo ratione circunſtantiarum &c.
¶ Et dicendum eſt conſequenter ꝙ volitio
qua aliquis vult emittere ſagittam hoc modo vel
illo modo non ſufficit ad emittendum ſagittam
hoc modo. vel illo modo.
¶ Et eodemmodo dicēdum eſt ꝙ volitio qua
quis vult aggredi hoc vel illo modo non eſt ſuffi=
cienter imperatiua exequutionis actus exterioris
ſed requiritur volitio qua vult aggredi hoc mo=
do.

¶ Ad tertium conceditur maior & negatur
minor ad probationem minoris nego aſſumptum
ſi audacia capiantur vt diſtinguitur contra intimi
ditatem & timor vt diſtinguitur contra vecor=
diam etiam dato ꝙ fortitudo bellica eſſet virtus
cardinalis vt probabiliter ymaginatur buridanus
ſed ſi audacia capiatur generaliter vt comprehen
dit intimiditatem ſit ꝙ actus eius eſſet ſubire pe=
riculum mortis in bello quando recta ratio dictat
non eſſe ſubeundum & timor comprehendat ſub
ſe vecordiam cuius actus generalis eſſet non ſub
ire periculum mortis in bello quando recta ratio
dictat eſſe ſubeundum quia ſic terminis generali
ter captis ſignificarent extrema generalia virtuti
cardinali oppoſita ſed quia ſentio cum doctorē
extendente fortitudinem in ratione virtutis car=
dinalis ad magnanimitatem communiora inqui=
renda ſunt extrema quemadmodum commu=
nius eſt medium & poſſumus circunloqui per diſ
iuncta extremorum fortitudinis bellice & magna
nimitatis ita ꝙ diſiunctum ex audacia & caymo=
te erit extremum in ſuperhabundando extendē=
do nomen caymotis prout dicit martinus nomen
eſſe extendum queſtione quadrageſima tertia
&c. Ad intentionem huius doctoris extremum
in ſuperhabundando eſſet ſubire inconſiderate
& exceſſiue difficultates arduas ſiue in bello ſiue
extra bellum.
¶ Et extremum in deficiendo eſſet inconſidera=
te nō ſubire huiuſmodi arduas difficultates quan
do recta ratio dictat: tūc ad ꝓbationē q̄ æuaqliter

monet contra vtramq; opinionem conſequenter ad dicta noſtra concedo conſequens illatum ſcilicet ꝙ deueniendum eſt ad extrema generaliſſima virtutum q̄admodū probabiliter data eſt virt⁹ generaliſſima cui opponuntur ¶Et quando queris vel illud vitium generaliſſimum eſt vitiū in ſuphabundādo vel i deficiēdo ſuppōis falſū qa do duo vitia generaliſſima: vnum generaliſſimū in ſuphabundando: & aliud in deficiendo: Et ſic patet ꝙ probatio poſita vlterius non procedit.

Sed contra iſtud replicatur: Dato illo vitio generaliſſimo in ſuperhabundando: dabile eſt vnum vitium generalius complectens ſuperhabundantiam & defectum ſimul ſub diſiunctione: & talis habitus eſſet vitioſus: vt notum eſt: Igitur alterū non fuit generaliſſimum.

Et confirmatur Replica. Virtus generaliſſima eſt genita ex talibus actibus volo bene agere: ſed non contingit dare vitium in ſuperhabundando in bene agendo: nec vitium in deficiendo in bona actione: Igitur:

¶Item concluſio reſponſiua huius queſtionis aliquid imaginatur contra Buridanum: & Martinum: ergo eorum modi dicendi non ſunt citandi in medium. ¶Pro ſolutione Argumenti.

Ad replicam: dico duo: Primū eſt. Argumentum ſuadet apparenter: ꝙ dabitur vnum vitium generalius ſecundum naturam inclinationis q̄ quodcumq; dabile quod poteſt vocari generaliſſimum in ſuperhabundando. & ex conſequenti generalius generaliſſimo in deficiendo.

¶Secundo: Dico ꝙ ſatis eſt ad propoſitum quod dentur duo vitia generaliſſima ſic ꝙ nullum eſt vitium generalius in illo genere maliciæ: nec oportet tantam vnionem regiminis habere in politia ariſtocratica vel rhimocratica ſicut in vera politia regali: & ariſtotelica modo coordinatio vitiorum directioni primæ politiæ comparatur vbi ponuntur plures directoreſq́ue principales ¶Sed coordinatio virtutum regali regimini: & ariſtotelicæ politiæ eſt comparanda.

¶Ad confirmationem: tranſeat maior: & ſimiliter minor ¶Dico ꝙ vitium in ſuperhabundando non eſt ſuperhabundare in bene agendo: Sed eſt habūdare circa illam materiam circa quam actio eſt bona hoc vel illo modo: Exempli gratia. temerarie agere circa materiam fortitudinis: temperātiæ vel iuſtitiæ: id eſt velle latum ſuper illis materijs ſub diſiunctione eſt extremū in ſuperhabundando: Et velle quo quis non fert̄ ſuper illas materias ſub diſiunctione recta ratione dictāte ꝙ ſit ſic volendum eſt extremum in deficiendo.

¶Ad aliud tactum in replica. Verum eſt quod cōcluſio aliquid intendit contra eorum modum. Dicendi tamen eſt mihi impertinens ſiue fortitudo: vt eſt virtus cardinalis ſolum dicatur de fortitudine bellica: ſiue etiam extendatur ad magnanimitatem dummodo capiatur ſolum pro habitibus generaliſſimis circa tales materias adæquatas.

¶Ad confirmationem principalis argumenti. Tranſeat conſequentia cum conſequente: & forte non minor erit conuenens ſimilitudo illorum ad cetum cardinalium q̄ ſit comparatio virtutum cardinalibus: quia ſic viciſſitudines rerum fiūt ꝙ luminaria magna prędeceſſorum in corpora opaca ſuccedentium conuertantur: vel ſi non placet vitia maioribus in eccleſia dei comparare Oloferni & Nabuſardo fiat illorum comparatio ſatis eſt ꝙ aliqua demus vitia generalia quæ pricipantur principatione inclinationis in ordine ad alia vitia: ſicut virtutes gn̄ales in ordine ad virtutes ſpeciales

¶Ad quartum cum ſua confirmatione ſimul reſpondetur: quia ferme eandem petunt difficultatem: Reſponſum eſt arguendo in quarto argumento vſq; ad vltimam replicam: quæ quęrit Vtrum virtus cardinalis regularius inclinet in actus virtutum non participantium in materia q̄ virtus non cardinalis

Et quare potius vno tempore q̄ alio in actus illarum virtutum inclinat.

¶Ponunt doctores duas cauſas quare vna virtus inclinat in actus alterius. Prima cauſa eſt: Si i voluntate ſit aliqua virtus: & occurrat vitium natum impedire actum illius virtutis in ſua electione: vel conſeruatione: tunc virtus quæ ineſt inclinat in actum virtutis oppoſitæ illi vitio per ſuum actum elicitum.

¶Secunda cauſa quando vna virtus eſt nata meliorare: & facilitare actum alterius virtutis: vt habitus circa cultum diuinum inclinat mediante actu ſuo elicito in actum paupertatis temperātiæ: & obedientiæ: Quia illa facilitant actum cultus diuini: alias ad hæc non aſtringeret̄ religioſ⁹

¶Sed quia illæ cauſæ non regulariter occurrunt: debent intelligi de virtutibus non participātibus in materia facile eſſet iſtas cauſas impugnare: ſed tranſeo.

¶Ad confirmationem: etiam reſponſum eſt Arguendo vſq; ed vltimam replicam. Dico ꝙ dictamina particularia aliarum virtutum cum actu elicito non ſufficiunt ad producendum actum cir circa materiam alterius uirtutis: ſed requiritur libertas volūtatis: hoc eſt requiritur eius concurſ⁹ liber in productione actus quia voluntas libere ponit ſuum concurſum circa materiam illius virtutis: & nō circa aliā: non ſequit̄ ꝓductio infinita actuū etiam dato ꝙ eſſent infinita dictamina. Sed

Forte quæris vnde prouenit ꝙ actus vnius virtu
tis poteſt immediate concurrere ad productionē
actus alterius virtutis: & vna virtus non poteſt im
mediate concurrere ad actum alterius virtutis:
Et difficile eſt dare rationem ſatiſfacientem intel
lectui.

¶ Ad quintū nego antecedēs ꝓ qualibet pte. Ad
primam omnes auctoritates doctorum potius ap
plicantur huic ſētentiæ q̄ cuicūq; alteri vel ſi occur
rat aliqua auctoritas in cōtrarium adducas: & fa=
cile ad eam rñdebitur. Ad ſecundā partē adducta
eſt ratio ſufficiens in probatione concluſionis ter
tię. Tertia pars negatur quia ſatis apparet opinio
nis probabilitas in reſpōſione ad argumēta cōtra
tertiā cōcluſionē. ¶ Ad cōfirmationē tranſeat cō=
ſequentia & negat̄ antecedēs dico ꝙ habitus geni
tus ex talibus actibus volo iſtum hoſtem aggredi
hoc tempore hoc loco hoc modo quia recta ratio
dictat pro defenſione reip. eſt fortitudo ſpecialiſſi
ma: nec hic indiuidua quęrimus quia ſtādum eſt
in ſpecialiſſimis. ¶ Ad ſextam negatur antece=
dens: ad probationem dico ꝙ actus volunta=
tis bene inclinat in actus intellectus & econuer=
ſo & dato ꝙ ſint potentiæ diuerſæ tamen mutuo=
ſe iuuant vt facile poteſt practicari de imperio vo
luntatis reſpectu actus fidei & ecōuerſo licet nol
lem concedere imperium voluntatis inclinare ad
illū actum fidei a quo cauſatur. ¶ Ad argumētū ā
te oppoſitū conceſſa maiore negatur minor cum
cōſequentia quia licet fortitudo cōis nō ſit termi=
nus cōis: nec natura cōis idētificata cū virtutibus
pticularibus realiter ſub ea cōtentis: & ab eis for=
maliter diſtincta cuiuſmodi predicti viri fuerunt
aſſertores eſt tamen fortitudo cōis habitus gene=
raliter inclinans ad actus virtutū pticularū: vt pa=
tet ex dictis i notabilibus. ¶ Ad cōfirmationē trā
ſeat conſequentia: Dico ꝙ habitus genit⁹ ex iſtis
actibus eſt bene agendum eſt habitus intellectus
bonus generaliſſimus generalitate inclinationis
quia talis habitus inclinat ſaltem mediate ad oēs
actus intellectū perficiētes. ¶ Ad ſeptimū con=
cedo conſequentiam & nego antecedens. ¶ Di=
co ꝙ auctoritas doctoris non eſt recipienda quia
videtur eē contra ſententiam ariſtotelis ſecundo
ethicorum dicentis ꝙ habitus eſt ſolum producti
uus ſimilium actuum hiis ex quibus eſt gēit⁹: nec
valet dicere ꝙ hoc intelligit de actibus adequatis
illius habitus quia contra eum arguit̄ ratione ſic
vel quilibet habitus eēt productiu⁹ actuū diſſimi=
lium ſpecie differentium vel aliquis ſic & aliquis
nō ē poteſt dici ſecundum: quia vtrobiq; eſt eadē
ratio vt conſtat nec primum quia capio habitum
generaliſſimū in inclinando: tunc ſic certum eſt ꝙ
talis habitus eſt productiu⁹ ſuorum actuum ade=
quatorū: vel ergo eſt etiam productiuus immedi
ate actuū inadęquatorū vł nō eſt: ſi nō habetur in
tentum: ꝙ non quilibet habitus eſt productiuus e
tiam: &c. Si ſic vel ille actus inadequatus cuius ē
ꝓductiu⁹ ē gñralior q̄ ſu⁹ act⁹ adęquat⁹: & hoc ñ
quia ſuus actus eſt generaliſſim⁹ ex ſuppoſitione
ergo ſi inclinat in aliquem actum inadequatū ille
actus erit ſpecialis reſpectu illius habitus: Et ſic
habitus generalis inclinabit immediate in actum
ſpecialem quod erat probandū cuius oppoſitū di
cit Doctor in ſolutione tertij argumenti contra e=
andem ꝓpoſitionem allegatam hec ratio me mo
uebat ad ponendum tertiam propoſitionem pri=
mi notabilis huius queſtionis.

¶ Ad confirmationem patet ex ſolutione tercii
argumenti quia vtrumq; eſt probabile prolixum
tamē eſſet inſiſtere quę illarum opinionum eſſet
alteri preponenda ſentio tamen cum doctore ſi=
cut prius ꝙ fortitudo in ratione virtutis cardina
lis verſatur circa arduum ſiue ſit periculum mor
tis in bello ſiue aliqua periculoſa adminiſtratio.
Tunc ad rationem dico ꝙ aliqua eſt vna ratio cō=
munis fortitudini bellice & magnanimitati ſub
ratione ardui Et propterea non inconuenit dare
vnam virtutem vtriq; communē. ¶ Ad aliud vbi
tangitur diſtictio quam ponit martinus inter for
titudinem cardinalem & temperantiam cardina
lem eſt apparentia ꝙ difficile eſſet ſaluare aliquā
eſſe virtutem quin ſub aliqua illarum contine=
retur quod negaret & ratio eſt quia ſua diſtinctio
videtur fieri per contradictoria ſub quorum alte
ro quęlibet virtus dabilis continetur Sed hec rō
non vincit quia Martinus non diſtinguit illas vir
tutes penes arduum & non arduum ſed penes co
hibere & moderari paſſiones arduas & paſſiones
non arduas: vt facile patet cōſideranti modo paſ
ſio ardua & paſſio non ardua non ſunt contradi=
ctoria nec moderari paſſiones arduas & modera=
ri paſſiones non arduas: Forte dicis quælibet vir=
tus moderatur paſſiones arduas: vel moderatur
paſſiones non arduas: igitur Argumentum ſemp
ſtat in ſuo vigore: Antecedens patet: quia nulla
eſt virtus moralis quin circa paſſiones verſetur.

¶ Ad obiectū Diſtingo antecedens vel quælibet
virtus moderetur paſſiones arduas vel non ardu
as per ſe: & realiter: & ſic negatur: vel per accidēs
& non regulariter: & ſic cōcedit̄: modo ſub forti=
tudine & temperantia virtutibus cardinalibus ſo
lum collocant̄ virtutes per ſe: & reglariter cohi
bentes paſſiones arduas & non arduas: alias argu
mentum probaret iuſticiam comprehendi ſub ali
qua iſtarum

¶ Sed forte nec hac euaſione eris contentus
quia ex ea ſequitur gradum heroicum temperan
tiæ virtutis non comprehendi ſub hac virtute car
dinali quę tēperantia dicit̄ nec fortitudis bellicæ

gradum continentie aut temperantie ſub fortitu
dine cardinali quod eſt extraneum ſequela pa=
tet. quia gradus heroicus temperantie paſſiones
arduas per ſe moderatur & gradus cõtinentie vel
ſaltem gradus tẽperantie fortitudinis bellice paſ
ſiones nõ arduas. hec ratio videtur ferme perem
ptoria cõtra diſtinctionem martini & declaratio=
nem prima quę. de temperantia ꝓpterea mihi vi=
deri potius diſtinguntur fortitudo & temperan=
tia virtutes cardinales penes condiciones mate=
riarum cõmunium circa quas verſantur q̃ penes
paſſiões. eo ſcilicet ꝙ materia cõmunis circa quã
verſatur fortitudo cardinalis a toto gñe eſt gra=
uis et laborioſa & nõ materia cõmunis tẽperantie
cardinalis. Ideo ille virtutes ſecundum ꝙ cardina
les ſunt abinuicem diſtinguntur.

¶ Ad octauum cũ ſua confirmatione dico ꝙ non
procedunt contra concluſionem quia tales actus
virtualiter includuntur in actu generaliſſimo vir
tutis vt pote in bene agere q̃ tantũ valet ſicut vo=
lo temperanter iuſte vel fortiter vel temperanter
et iuſte facere & ſic quaſcunq; combinationes in=
cludendo.

¶ Queritur circa materiã prędicte queſtiõis vtrũ
cęteris paribus circunſtantia cõmunitatis obiecti
vel inclinationis bonitatem & maliciam actus di
minuat Et arguitur ꝙ non peccatum primi paren
tis reputatur a doctoribus omnium peccatorum
grauiſſimũ eo ꝙ maxima incommoda infert ſed
actus malus inquantum generalior eſt pluriũ in=
commodorum illatiuus eo ꝙ ratione ſue cõmuni
tatis in actus malos inclinat & quanto generalior
eſt actus tãto vniuerſalior eſt ſua inclinatio in ma
liciam vt dicit queſtio pręcedens eodem modo po
teſt ſuaderi ꝙ actus bonus inquantum generalior
in tantum eſt melior cęteris paribus in oppoſitum
arguitur ſortes qui vult luxuriari non tantum pec
cat ſicut ille qui vult inceſtum vel adulterium cõ
mittere nec ille qui vult bene agere tã bene agit
ſicut ille qui diligit deum ſuper omnia vel q vult
ꝓ deffenſione fidei martyriũ ſuſtinere igiẗ ¶ Pro
declaratiõe terminorum poſitorum in titulo quę
ſtionis videndum eſt quid circunſtantia quid bo=
nitas quid malicia actus. ꝓ primo notabili Pro ſe=
cundo dicetur quid eſt bonitatem vel maliciam a
ctus augeri vel minui ex parte circunſtantiarum
& pręcipue ex parte circunſtantie cõmunitatis ob
iecti diffinitur ſic circunſtãtia apud philoſophos
morales eſt accidentalis conditio operatiõis hu=
mane per quam operatio redditur bona vel mala
aut melior vel peior Correlarie videtur ſequi ex
illa diffinitione ꝙ conditiones informantes actũ
obiectiue vel ab actu indiſtincte non debent voca
ri circunſtantie quia tales non accidunt actui quia
ab eis de per ſe ſubſtantia actus dependet quod
eſt contra olzam & ſuos ſequaces Et videtur eſſe
contra ariſtotelem tertio ethicorũ qui omnes cau
ſas actus per circunſtantias innuit a quibus actus
eſſentialiter dependet Et ideo vt non excludatur
hic modus loquendi poteſt deſcribi ſic circunſtan
tia actus moralis Eſt Cõdictio operationis huma
ne aliquid vel aliqualiter faciens ad bonitatẽ vel
maliciam actus ſiue ſit ipſemet actus ſiue aliquid
ab ipſo diſtinctum ſiue obiectiue cõcurrat ſiue nõ
huic diffinitioni eſt ſatis conformis diffinitio quã
ponit dominus altiſſiodorẽſis tractatu triceſimo
ſecundi libri. Circũſtantia eſt proprietas perſone
vel negocii ex ſe pertinens ad laudem vel vitupe
rationem diminuendo vel augendo vel contrahẽ
do in genus In hac diffinitione vltima duplex in=
nuitur diuiſio circunſtantie prima diuiſio circun=
ſtantiarum quedam ſunt aſſiſtentes alie ſunt cir=
cunſtantie informantes actum primũ membrum
innuitur per iſtam particulam proprietas perſone
que regulariter actui aſſiſtit vnde circunſtan=
tiam actui aſſiſtere eſt talem circunſtãtiam nõ eſſe
obiectum actus hoc eſt volitam Secundum mem
brum innuitur per iſtam particulam ꝓprietas ne=
tio ſtuprum raptus inceſtus adulterium ſodomi=
ticum ſuppono ſemper ꝙ ſequens ſit grauius p̄ce
dente ſic ad ymaginationem ſi eſſent infinite ſpe
cies ꝓportionabiliter ſe ſe excedentes in grauita
te ſicut priores tunc capio iſtam volitionem volo
cognoſcere hanc demonſtrando bertham quam
dubitarem ſolutam conſanguineam coniunctam
& ſic in infinitu aſcendendo: illa volitio ſtante ta=
li dubitatione eſt infinite mala quod ſic oſtendit̄
ſi eſſent due bertha & catherina & ſcirē ꝙ cathe=
rina nō eſt cōiuncta nec cōſanguinea dubitarē tm̄
de bertha vtrū eēt ſoluta cōiūcta vel cōſanguinea
grauius eſſet velle cognoſcere bertham q̄ velle

cognoſcere Katherinam: & non niſi propter dubi
tationem de maiori peccato: ergo ſuppoſito ꝙ eſ=
ſem dubius de infinito graui peccato agnoſcen=
do iſtam īfinite grauiter peccarē per cōſequēs cir=
cunſtantia dubitationis īfinite grauiter aggrauat
& non minoris eſt efficatiæ circunſtantia cōmuni
tatis obiecti igitur. ¶Ad primum caſum dico
ꝙ caſus non eſt poſſibilis naturaliter: & caſu ſup=
natuaturali admiſſo non eſt magnum inconueni=
ens cōcedere ꝙ tranſgreſſio illius precepti eſſet in
finite grauitatis inteſiue hoc ſuppoſito ꝙ ſit ei cō
municata noticia diſtincta omnium illorum præ=
ceptorum: vel ſi ponas ꝙ ſit ei reuelatum in vni=
uerſali ꝙ ipſe eſt obligatus ad hoc ab īfinitis ſupe
rioribus: dico ꝙ hoc admiſſo actus non eſſet infini
te malus quia ſua malicia non eſt ponderanda pe=
nes multitudinem dictaminum particularium de
illis obligationibus dictantium: ſed penes diffor=
miter ad dictamen vniuerſale. ¶Ad ſecundū ca=
ſum dico ſimiliter ſicut ad priorem: nego antece=
dens. Ad probationem certum eſt ꝙ calculatio nō
valet quia non duplas ſemper in antecedente (qđ
oportet) vel poderanda eſſet grauitas illius tranſ
greſſionis penes dictamiua particularia adæqua=
ta capacitati &c. ¶Nec valet dicere poſtq̄ Paulus
fuit cōfirmatus non ſtat in ſenſu compoſito ꝙ pec
caſſet mortaliter: certū ē ꝙ illa copulatiua non eſt
poſſibilis: ſtat tamen dare aliquem certū abſq; cō
firmatione: & dato ꝙ non contingeret non eſt im
pediendus caſus gratia diſputationis. ¶Ad ter=
tium toto caſu admiſſo: tranſeat antecedens: ne=
go cōſequentiam: dico ꝙ recurrendum eſt ad mlʼ
titudinem adæquatam ſuæ capacitati dictaminū
(vt prius) penes quam debet menſurari grauitas
&c. vel penes difformitatem ad dictamen vniuer
ſale. ¶Ad quartū nego cōſequentiā conceſſo an=
tecedente tanq̄ parte probabiliori: quia difficile ē
dicere ſaltem tenendo opinionem Doctoris ſubti
lis de remiſſione peccati venialis in inferno ꝙ pec
catum illud veniale in caſu ſolum aggrauat veni=
aliter: quia ſi ſic tandem illius circūſtātiæ venialis
in inferno eſſet redemptio: & per conſequens ali=
qua grauitas mortalis in inferno eſſet remiſſa: qđ
non concederet doctor ille. ¶Ad quintum cō
ceſſo antecedente nego conſequentiam quia non
proceditur per duplationem continuam & dato ꝙ
ſic procederetur poſtq̄ eſt comparatio rerum ſpe=
cie differentium quarum quælibet in infinitum al
teram exuperat nō ſolū in grauitate ſed perfectio
ne eſſentiali. ¶Ex illo proceſſu non poſſes cōclu
dere grauiſſimum illius comparationis eſſe infini
te grauitatis alias prompte cōcluderes hominem
eſſe infinite perfectionis quia infinite perfectior
eſt equo & equus aſino & ſic conſequenter.
¶Ad ſextum caſu admiſſo qui eſt preter le=
gendo ꝙ actus eſſet infinite maliciæ intenſiue.
nego conſequentiam: quia nec circunſtancia con
munitatis obiecti: nec aliqua alia circunſtan=
cia informans vel aſſiſtens ceteris paribus tantum
aggrauat ſicut circunſtantia compoſitionis ¶Ad
ſeptimum admiſſo caſu ꝓ prima parte: nego ꝙ a
liquis talis actus poteſt libere continuari per totā
horam futuram: quamlibet partem eius vel inſtās
illius quia voluntas creata eliciens actum in inſtā
ti de neceſſitate naturali illum continuat per tem
pus in cuius inſtanti terminatiuo iterum actum li
bere conſeruat: & rurſus eundem actum naturali
ter per tempus continuat & ſic conſequenter ſic ꝙ
talis actus non poteſt corrumpi niſi in inſtanti ter
minatiuo illius temporis: Sed iſtud non videtur ve
rum: quia ſi talis actus fuiſſet ſucceſſiue product⁹
poterat corrumpi ſucceſſiue: ergo dato ꝙ ſit pro=
ductus in inſtanti ſua corruptio poteſt fieri ſucceſ
ſiue. ¶Item alias inuite voluntas aliquid vellet
puta nolendo iſtum actum neceſſario continuatū
Similiter pro tunc non poſſet peniterre de il=
lo actu: & velit nolit in caſu diſcederet in peccato
mortali puta ſi eliceret actum parum ante inſtans
mortis & anima ſepararet a corpore ante inſtans
terminatiuū tēporis in quo naturaliter continuat
propter ſimilia argumenta videtur aliquibus ali=
ter dicendum ꝙ nullus actus de neceſſitate con=
tinuat per tempus ſecundum ſe totum ſed bene
ſecundum ſe vel aliquid eius ſicut de corruptione
luminis ſolet ymaginari: ſubſtracto corpore lumi
noſo ſucceſſiue ab aliquo puncto medij illumina=
to: & licet ſecunda ſolutio non careat probabilita
te prior tamen eſt probabilis: propterea reſponde
tur ad obiectiones contra eam concedo conſequē
ter ꝙ actus in inſtanti productus de neceſſitate in
inſtanti corrumpitur: ſecus eſt de actu ſucceſſiue
ꝓducto: facile eſt dare rationē. ¶Ad aliud nō in=
cōuenit voluntatem inuite velle vt probat ſecun=
da obiectio: ſed propterea non cogetur quia non
ꝓducitur involuntate aliquis effectus cōtra incli=
nationem eius. ¶Ad tertiam obiectionem nego
aīs ſi intelligas de peccato mortali imputabili qa
eliciendo nolitionem illius actus conſtituitur eli
ciens in ſtatu gratie: ſi nō ſit aliud impedimentū.
circa hoc multe occurrūt difficultates quas omit=
to. ¶Ad octauum nego aſſumptū ad ꝓbationem
caſu admiſſo concedo ꝙ omiſſio cōfeſſionis illius
fornicationis eſt pctm̄: nego propterea ꝙ omiſſio
omiſſiōis ſit pctm̄ qa omiſſio omiſſiōis neceſſario
ſequit̄ ad omiſſionē cōfeſſiōis: illius fornicationis
ymo nulla alia lege ꝓhibet̄ & ꝓpterea nō hēt aliā
imputabilitatē a priori omiſſione. ¶Ad nonū di=
co ꝙ caſus eſt ſuper naturalis & ꝓpterea preter le
gem dabit̄ rn̄ſio: caſu admiſſo dico ꝙ actus ille nō
haberet maiorem deordinationē ad rectā rationē

quia maiori pena punitur q̄ nunc puniatur ꝓpte=
rea non ſequitur ſua infinita malicia niſi velles at
tendere maliciam ex parte magnitudinis pene ſi
cut proprie non debet attendi licet illa circunſtā
tia in caſu pręter legem infinite aggrauaret actū
prohibitum non ſequitur ꝙ ita ſit de circunſtan=
tia communitatis obiecti ſecundum legem.
¶ Ad decimū caſu admiſſo nego aſſumptū ad ꝓ=
bationem cōcedo ꝙ eſſet grauius bertham cogno
ſcere in caſu q̄ cognoſcere katherinam ſed nego
conſequentiam ꝙ ex hoc ſequatur dato illo caſu
ad ymaginationem ꝙ hec volitio volo cognoſcere
hanc eſſet infinite mala quia quemadmodum
ſcientia vniuerſalis ſiue indiſtincta & ſimiliter ꝓ=
ſequutio vniuerſalis lata ſub diſiunctione dimi=
nuat maliciā aliqualiter: ſic dubitatio vniuerſalis
vel ꝓſequutio dubitationis indiſtincte maliciam
minuit aliqualiter: & ꝓpterea licet ſequatur ex ca
ſu ꝙ hec volitio qua volo cognoſcere hanc (ſtante
dubitatione circa infinitas grauitates ſpecie di=
ſtinctas) cęteris paribus ſit peior q̄ ſi eſſet dubi=
tatio circa quaſcūq; duas vel tres vel q̄ttuor & ſic
in infinitū: nō tñ ſequit̃ ꝙ eſſet īfinite grauis ſicut
dictū eſt de volitiōe qua volo peccare infinitis pec
catis &c. ¶ Ad argumentū an̄ oppoſitū patet ſolu
tio ex hijs q̄ dicta ſunt in ſolutiōe argumēti cōtra
primā ꝑtem tertie cōcluſionis dico tamē ꝙ falſum
aſſumit̃ in argumēto ſcilicet ꝙ doctores reputant
pctm̄ primi parētis oīm pctōꝝ grauiſſimū ſed di=
cunt ꝙ eſt grauiſſimū grauitate ſequele. ¶ Que=
ritur tertio. vtrū q̄libet actus fortitudinis bellice
ſit in gradu heroico virtutis cōſtitut⁹ ¶ Et arguit̃
ꝙ ſic q̄a circūſtātia mortis ſufficit cōſtituere actū
in gradu heroico poſtq̄ mors eſt oīm terribiliū ter
ribiliſſima ſed q̄libet actus fortitudinis bellice ha
bet ꝑiculū mortis nō ſolū ꝓ circūſtātia ſed ꝓ obie
cto ergo q̄libet talis actus eſt ī gradu heroico cōſti
tutus. ¶ Et confirmatur circūſtātia ꝑiculi mortis
ſufficit quecūq; actū martirii ī gradu heroico con
ſtituere & nō minus cōcurrit ꝑiculū mortis tanq̄
circūſtātia vel obiectū cuiuſcūq; actus fortitudīs
bellice q̄ tanq̄ circūſtātia vel obiectū martirii: igit̃
ſi tale ꝑiculū ſufficiat vltimū cōſtituere ī gradu he
roico virtutis ſufficiet cōſtituere primū. In oppoſi
tum eſt ariſtoteles ſeptimo ethicoꝝ tractatu prīo
in qualibet virtute ſpeciali tres gradus aſſignans
pariter & triplicē maliciā oppoſitā. ¶ Pro declara
tione tituli queſtionis dicendū eſt q̄d gradus he=
roicus: & poſtq̄ gradus heroicus eſt mēbrū cōdiſtī
ctum a gradu cōtinētie & gradu tēꝑantie aſſignā=
dū eſt diſcrimē inter illa mēbra & inter malicias
oppoſitas. Cōtinētia gradus & incōtinētia viciū ei
oppoſitū dicunt̃ citra limites hūane cōditiōis: tē=
pantia grad⁹ (q̄ ab ariſtotele virtus nuncupat̃) cū
malicia ei oppoſita intra limites hūane cōdiciōis
ſunt. Gradus heroicus & beſtialitas ei oppoſita vl
tra humanā cōdicionē actū cōſtituūt. per limites
humane cōdicionis intelligo condicionē humanā
in medio ſitam inter beſtias & intelligētias ſic ꝙ
illa natura non notabiliter agitat̃ impulſibus paſ
ſionū ſenſualiū ſicut agitantur beſtie nec tñ eleua
tur ſua conditio vt operationes communem ho=
minū facultatem excedentes procreat. Ex his in=
feruntur terminorum deſcriptiones ¶ Cōtinētia
gradus eſt act⁹ vel habitus quo quis ꝑſiſtit in ope=
re virtutis vincendo paſſiones inexiſtentes & no=
tabiliter inſurgentes ſiue a delectationibus ſiue
a triſticijs proueniant ſecundum iudicium recte
rationis. Incontinentia vero ei oppoſita eſt actus
vel habitus quo quis vincitur a paſſionibus in exi
ventibus & notabiliter in ſur gentibus cōtra iudi
cium rationis ſiue ſint delectationes ſiue triſticie.
Ex iſtis diffinitionibus facile ꝑcipitur ꝙ continē=
tia gradus recipit diuiſionem & ſimiliter inconti
nentia gradus hoc ſignificat coniunctio diſiuncti
ua in diffinitionibus poſita quia ſi paſſiones a de=
lectabilib⁹ ꝓueniant vocatur gradus continētie ꝓ
prie ſumptus cui incontinentia oppoſito ſumpta
opponitur: ſi vero a triſtabilibus procedant paſſio
nes vehementes puta triſticie actus vel habitus
vincens illas dicitur perſeuerancia gradus cui op
ponitur mollicies a continentia ꝓprie capta diſtin
cta quarum vtraq; continētie communiter accep
te ſubalternatur ſicut incontinentia proprie ſum
pta & mollicies ſubalternantur incontinentie cō
muniter dicte ¶ Tēperātia gradus eſt act⁹ vel ha
bitus quo quis perſiſtit in opere virtutis paſſioni=
bus ſedatis vel non notabiliter inſurgentibus cō
tra dictamen recte rationis quem gradum ſub di
uidit doctor ſub. di. trigeſima ſexta. q̄ne. i. ar. i. 3.
ſententiarum in virtutem imperfectam medio=
crem & perfectā. Oppoſito modo diffinitur mali
cia ſiue intemperantia vicium oppoſitum eſt act⁹
vel habitus quo quis perſiſtit in opere contra iu=
dicium recte rationis paſſionibus ſedatis vel ſal=
tem nō notabiliter inſurgentibus. ¶ Gradus he=
roicus eſt quo quis perſiſtit in opere virtutis ſupra
communē facultatem hominum vel ex natura a=
ctus vel ratione circunſtantie conformiter ad iu=
diciū recte rationis. ¶ Beſtialitas eſt actus vel ha
bitus quo quis inſequitur impetū paſſionum ſen=
ſualium vltra condicionem humanam (ſyndereſi
extincta vel quaſi extincta) cōtra iudicium recte
rationis. ¶ Secundo Notandum eſt ꝙ de differen
tia ſpecifica iſtorum graduū ſiue virtutū ſiue ma
liciarum inter doctores eſt controuerſia magis
verbalis q̄ ad rem (mea ſententia) Guillelmus o=
kam queſtione vltima tertia ſententiarum quē in
ſequit̃ martinus vult illos grad⁹ virtutū ſpecie di
ſtigui & ſil'iter grad⁹ maliciaꝝ ſꝑ inuoluēdo aliq̄d

BIBL... UNIVERSIDAD DE SEVILLA ... PROVINCIAL

In obiecto vnius quod non inuoluitur in obiecto
alterius & pręcipue rectam rationem in gradibus
virtutum vt actus in gradu continētie hanc rectā
rationem pro obiecto habet: fugiende ſunt paſſio
nes notabiles actu inherentes quando & quomo
do oportet & actus gradus temperantie hanc ra=
tionem inuoluit nedum ſunt fugiende paſſiones
inexiſtentes ſed occaſiones talium: actus gradus
heroici rationem vniuerſalem habet pro obiecto
talem ſcilicet. actus virtutis non eſt deſerendus
nec turpe eſt committendum pro quocunq; quod
eſt contra iudicium recte rationis & ſic infert diſ=
crimen inter gradum heroicum gradum continē
tie & temperātie gradum quia primus gradus ha
bet rationem vniuerſaliem rectam pro ibiecto
duo alii gradus rationes rectas particulares &
per conſequens ſpecie deſtinguntur quia actus di
ſtinguntur p obiecta. ¶Ex hoc infert ille doctor
Iohannem errare qui ponit illos gradus eiuſdem
ſpeī & ſolū differre penes intenſum & remiſſum
ſed profecto ſuum correlariū eſt nullum quia cer
tum eſt q doctor ſubti. non negaret illos actus
ſpecie differre ſuppoſito q habeant obiecta ſpe=
cie differentia: deberet ergo probare ſuū funda=
mentum videlicet q ille rationes ſpecie differētes
neceſſario ſint obiecta actuū in illis gradibus con
ſtitutorꝫ quod negat doctor ſubtilis: & propterea
olzam ſolū fabricat quaſdā terminorꝫ deſcriptio=
nes ex quibus ſibi ſoli cōcluditur: nec eſt intentio
doctoris ſubtilis q dūtaxat penes intenſum & re
miſſum differant ſatis eſt ei q non oportet actus
illorū graduum ſpecie differre. ¶Notandum eſt
Tertio q hitus virtutis dupliciter pōt ſe habre ad
piculū mortis: vno mō ſecūdū actū elicitū in abſen
tia piculorꝫ qui dr non impatiuus executiōis: alio=
modo ſecundū actum elicitū in pñtia piculorum
impatiuum executionis formaliter. Et quolibet
iſtorum modorū contingit dupliciter vel ſine con
trapugnatione & renitentia virum vel cū contra=
pugnatiōe & virium renitentia Exempla ſunt fa
cilia Iſtis notatis ponūtur concluſiones. ¶Prima
concluſio Actus iſtorum gradum ſiue virtutum ſi
ue vitiorum aliqui ſpecie differunt ſed non omēs.
¶Secunda concluſio. actus eliciti tantum circa
periculū mortis ſiue cum contrapugnatione ſiue
ſiue cōtrapugnatione non ſunt cōſtituti in gradu
heroico. ¶Tertia concluſio non omnis actus im=
peratiuus exequutionis periculi mortis cum con
trapugnatione eſt in gradu heroico conſtitutus.
¶Quarta concluſio omnis actus formaliter im=
peratiuus exequutionis mortis ſine contrapugna
tione eſt in gradu heroico conſtitutus. prior pars
prime cōcluſionis ſuadetur rationibus olzam qa
illorum graduum aliqui actus habent diuerſa ob
iecta ſicut multi actus eiuſdem gradus vt certum
eſt: Secunda pars probarur quia ſtantibus iudicio
recte rationis in intellectu & delectatione vel tri=
ſticia in ſenſu inclinante ad oppoſitum recte ratio
nis voluntas ex ſua libertate poteſt ſe confirma=
re iudicio rationis puta nolle fornicari abſq; hoc
q talis volitio habeat illud dictamen pro obiecto
vel paſſionem exiſtentem in ſenſu: quo facto talis
actus voluntatis erit actus continentie gradus vt
patet ex primo notabili: volo ergo q remittatur
paſſio ſenſitiua vſq; ad nō gradum vel ſaltem quo
vſq; non notabiliter inſurgat (voluntate predictū
actum cōtinuante) tunc in fine remiſſionis actus
ille continuatus erit in gradu temperantie conſti
tutus & rurſus intēdatur paſſio ſenſitiua ſic q re=
gulariter homines tam vehementem paſſionem
habentes paſſioni ſuccumberent qua aucta volun
tas exiens in ſimilem actū vel priorem continuās
redderet actum in gradu heroico conſtitutum ſic
poſſes perſuadere de gradibus maliciarum.
¶Secūda concluſio probatur de actu elicito tantū
ſine contrapugnatione quia ibi eſt maior difficul
tas hic actus non negabo fidem & ſi oporteat mo
ri non eſt actus communem facultatem hominū
excedens elicitus in abſentia periculorum etiam
de prope inſtantium quia regulariter homines ta
les actus eliciunt qui ſi eſſent in actuali preſentia
periculorum ſicut laurentius prope craticulam a
ſancto propoſito diſcederent ſic petrus in pericu
lorum abſentia (inquit) etiā ſi oportuerit me mo
ri tecum non te negabo qui in preſentia periculo
rum ad vocem ancille dixit ſe non nouiſſe homi=
nem. ¶Tertia concluſio probatur quia alias qui
libet actꝰ fortitudinis bellice in preſentia pericu
lorum imperatus eſſet in gradu heroico conſtitu
tus quod non eſt verum quia hoc non excedit
communem facultatem hominum vt conſtat.
¶Item alias in fortitudine bellica non eſſet repe
ribilis triplex gradus virtutis contra determina=
tionem ariſtotelis ſeptimo ethicorum. ¶Quarta
concluſio probatur quia alias non quodlibet mar
tyrium eſſet in gradu heroico conſtitutum cōtra
communem ſentētiam doctorum nec mors eſſet
omnium terribilium terribiliſſima (contra ariſto=
telem Tertio ethicorum) quia mors maxime eſſet
terribilis vbi non eſt ſpes euadendi nec ſpes vlciſ
cendi in hoſtem nec diſtractio ab apprehenſione
penarum qualiter contingit in morte imperata in
pręſentia periculorum ſine cōtrapugnatiōe. Con
tra ſecundam partem prime concluſionis videtur
expreſſa ſententia ariſtotelis ferme per totum pri
mum tractatum ſeptimi ethicorum. ¶Arguitur
ratione ſic quecunq; continentur ſub diuerſis ſpe
ciebus nō ſubalternatim poſitis ſpecies differūt
ſed quicunq; actus quorum vnus eſt ſub gradu cō
tinentie & alter ſub gradu heroico vel temperan

tiæ contineret ſub diuerſis ſpecieb⁹ nõ ſub alter= nati poſitis: alias iſta non eẽt impoſſibilis act⁹ gra dus continentię eſt actus gradus heroici vel tem= perãtię. ¶ Et confirmatur. Nulli actus iſtoꝝ graduum poſſunt ſimul ineſſe eidem vo= luntati: & poſſunt ſucceſſiue i eſſe: ergo ſpecie dif ferunt: tenet cõſequentia: quia oĩa cõtraria ſunt ad inuicem ſpecię differentia: probat̃ antecedens quia ad actum continentię requirit̃ q̄ paſſio vehemens citra communem facultatem inſit volũtati: & ad actum heroicũ requiritur q̄ victoria illius paſſio= nis excedat cõmunem facultatem ad actum vero temperãtię requiritur q̄ nulla talis paſſio inſit vel ſaltem q̄ non ſit vehemens: modo certũ eſt q̄ iſta nõ ſimul ſtant: igitur &c. ¶ Secundo ſic: Vel diffe rentia iſtorum graduũ ſumitur ex parte intenſio nis & remiſſionis actuũ vel ex pte obiecti vel ex p= te paſſionis ſic q̄ grad⁹ continentiæ ſit remiſſio & gradus temperantiæ intenſior: & grad⁹ heroicus intenſiſſimus. Non primũ: quia ſtat bene q̄ habẽs paſſionẽ excedentẽ cõmunem facultatẽ eliciat a= ctum vincentem illam paſſionem ſolũ intenſũ vt duo & alter habes paſſionem citra cõmunẽ facul tatem eliciat actũ intenſũ vt quatuor: ſimiliter ſtat habentem paſſionẽ citra cõmunẽ facultatem eſſe exercitatum circa materiam temperantię ſic q̄ ha bitus eius ſit vt octo & alterum cui nulla paſſio in eſt retrahens &c. nõ eẽ exercitatum circa talẽ ma= teriã: & ſic habitus eius erit intenſus vt quatuor vel vt duo aut forte nullũ hẽt habitum: igitur nõ requiritur q̄ actus vel habitus grad⁹ temperãtiæ ſit intenſior actu vel habitu grad⁹ cõtinentiæ. Nõ ſecundum: vt patet ex ꝓbatione ſecũdę partis pri mæ cõcluſionis: idẽ enim actus eſt ſucceſſiue cõ ſti= tutus in diuerſis gradib⁹ virtutis q̄ non contige= ret ſi diſtinctio illorum graduũ ſumeretur ex par te obiectorũ. Nec tertium eſt dicendum: alias ſeq̄ retur q̄ act⁹ habẽs paſſionẽ vltra cõem hominũ fa cultatẽ ꝓ obiecto ſucceſſiue poſſet conſtitui i gra= du temperantiæ vel in gradu cõtinentiæ: ſequela ꝓbatur volo q̄ ſortes habeat paſſionẽ i ſenſu quã vicere excedit cõmunẽ facultatem qua ſtãte eliciat talem volitionem non obſtãte hac paſſione (q̄ ẽ vl tra cõmunem facultatẽ hominũ) volo iſiſtere rec= te rati õi: tunc ſtat volũtatẽ actũ ſuũ cõtinuare da= to q̄ remittat̃ paſſio in ſenſu: ſic q̄ ſtat citra cõmu nem facultatem quo facto talis act⁹ erit cõtinẽtia grad⁹ vel ſuppoſito q̄ paſſio remittat̃ ad nõ gra= dum eodem actu continuato talis actus eſſet tẽpe rantia grad⁹. Nec valet dicere neceſſario corrũpi tur actus remiſſa paſſione (quæ eſt obiectũ) quia no= ticia abſtractiua bene manet eadem corrupto ſuo obiecto: ergo volitio poteſt manere ſuo obiecto cor rupto / alias volitio eſſet de natura noticię q̄d non eſt dicendum. ¶ Et confirmatur. Gradus virtutis eſt ipſemet actus vel habitus taliter ſe habẽs / ſed actus non eſt i ipſomet: nec habitus i habitu ergo nullus actus eſt in gradu temperantiæ vel continẽ tiæ. ¶ Tertio ſic actus gradus i continentiæ a toto genere: eſt melior actu gradus temperãtię & act⁹ grad⁹ heroici a toto genere melior vtroq̄ iſtorum ergo iſta ſpecie differunt: tenet cõſeqnentia: quia non oporter vnum eſſe meliorem alio propter in= tenſionem: vt patet ex argumento pręcedenti: er go eſt melior propter ſpecificam differentiã: pro= batur antecedens: gradus heroicus communiter conceditur melior propter maximam eius diffici tatem: ſed eadem ratione actus continẽtiæ debet eſſe melior actu grad⁹ temperantię: quia difficili⁹ eſt vincere paſſionem vehementem q̄ modicã vel nullam. ¶ Et cõfirmatur multis alijs modis actus conſtituitur in gradu heroico q̄ ratione paſſionis inexiſtentis ſenſui vt ratione circunſtantię mortis q̄ vincere cõmunem facultatẽ excedit dato q̄ nul la paſſio inſit. ¶ Quarto ſic. Nulli ſunt grad⁹ vi= tiorum iſtis gradib⁹ virtutum oppoſiti ergo cõclu ſio ſupponit falſum: tenet conſequentia. ꝓbatur antecedens: quia vel illa vitia opponerẽt̃ iſtis gra dibus in ſuperhabundando tantũ vel in deficien do tantum vel aliqua i deficiendo & aliqua in ſup habundãdo. Non primum: nec ſecundũ: quia tũc dabilis eſſet aliqua virtus cui alterum extremoꝝ deficeret: & ſic virtus non eſſet cõlectatrix medij cõtra Ariſtotelem ſcđi ethicorum. Nec ẽ dicendũ tertium: quia qnero: vel temperantia grad⁹ oppo nitur ſicut extremum in ſuperhabundando tem perãtiæ gradui vl' ſicut extremũ i defficiẽdo: ſi pri mũ q̄ro extremũ i defficiẽdo reſpectu tẽpãtię gra dus: ſi ſecũdum quero extremũ in ſuperhabũdan do reſpectu eiuſdem: & vix reperies. ¶ Et con= firmatur. Intemperantia gradus ẽ virtus: ergo nõ eſt vitium: conſequentia eſt clara. Probatur ante= cedens: quia eſt extremorum media videlicet iter incontinentiam & beſtialitatem quorũ beſtialitas eſt extremum in ſuperhabundãdo: & incontinen tia in deficiendo circa eandẽ materiaam & i tẽpe= rantia medio modo ſe habet: igitur eſt virtus

¶ Quinto ſic. Beſtialitas non eſt vitium: ergo nõ ſunt tres gradus maliciarum: cõſequẽtia eſt clara Probatur antecedens qa maxime eſſet vitiũ oppo ſitum gradui heroico: ſed hoc nõ: tum primo quia beſtialitas dumtaxat circa delectabilia innatura= lia verſatur: vt i comeſtione carnis humanæ qua= lis creditur eẽ apud gottos (ſi Iheronimo credit̃) licet littera corrupta hẽat ſcotos vel in comeſtio= ne carbonũ quorum vſus eſt apud mulieres de no uo prægnantes: modo circa talia grad⁹ heroic⁹ nõ verſatur & cõtraria debent eſſe circa idem. Tum ſecũdo: quia beſtialitas inter grad⁹ maliciarũ de= bet eſſe maxima malicia poſtq̄ deijcit hominem a

ſuo ſtatu:& non alij:& tamen vnum oppoſitũ gra
dui heroico virtutis eſt omnium maliciarum mi=
nima alias ariſtoteles non dixiſſet tale vitium eſſe
condonabile:& probatur ratione ſigno aliquẽ ma
le natum/talis ſecundum ariſtotelem non poteſt
attingerẽ gradum heroicum virtutis propter vitia
tam naturam:ergo ſi deficiat a gradu heroico vir
tutis non vitioſe agit:vel ſi poteſt attingere poſtꝗ
cum maxima difficultate attigit parua valde erit
malicia ſui actus ¶ Et cõfirmatur. Intẽperantia a
toto genere eſt peior:quia ex electione & iſanabi=
lior continentia gradu quæ excludit electionẽ:&
facile ſanatur: antecedens patet ex textu ariſtote
lis in ſeptimo. ¶ Ad primum:nego aſſumptũ:qa
non eſt intentio Ariſtotelis in illo primo tractatu
dicere ꝙ gradus virtutũ diſtiguitur in genere rei
ſed ſatis eſt ꝙ differant ratione ſiue ieſſe virtutis
ſic ꝙ ſit alia ratio quare actus dicitur continentia
gradus ꝗ temperantia gradus vel gradus heroic⁹
¶ Ad rationem:diſtinguit̃ maior:vel ꝙ debeant
differre ſpecie eſſentiali quę ponuntur ſub ſpecie
bus non ſubalternatim poſitis & ſic negat̃: vel ꝙ
adminus debeant differre ſpecie accidẽtali:& ſic
conceditur:& vlterius conceditur minor cõſequẽ
tia cum conſequente intelligendo ſic cõſequẽs ꝙ
differunt ſpecie accidẽtali puta ſpecie moris ergo
nõ differunt ſpecie moris. Nec valet obijcere ꝙ ſũt
partes eiuſdem virtutis ſpecialis vt pote i abſtinẽ
tia virtute hic triplex grad⁹ eſt reperibilis ſcilicet
abſtinentia in gradu cõtinentię in gradu tẽperan
tiæ & in gradu heroico. ¶ Rñdeo:nego cõſequẽ=
tiã ſed argumentũ probat ꝙ iſti tres termini abſti
nentia in gradu continentię:abſtinentia in gradu
tẽperãtię & abſtinẽtia gradu heroico ſũt ꝑtes ſub
iectiuę huius termini abſtinentia:& ꝙ nullus illo
rum terminorum ſignificat medium adęquatum
inter extrẽma vitioſa ratione cui⁹ debeat dici vir=
tus ſpecialis & propterea potius dicuntur gradus
virtutis ꝗ virtutes ipſæ. Nolo ergo dicere ꝙ diffe
rant ſpeci e virtutis eo ꝙ conſtituant diuerſas vir=
tutes ſpeciales:ſed ideo ſpecie virtutis dicunt̃ dif
ferre quia diuerſas rationes ꝑticulares eiuſdẽ vir
tutis ſpeciales ſibi vendicãt:ſic dicendum eſt in a
lijs virtutibus ſicut in abſtinentia ¶ Ad confirma
tionem:nego antecedens ſimpliciter:quia ſtat bñ
ꝙ aliquis habeat actum fortitudinis in gradu con
tinentiæ:& habeat actum abſtinentiæ i gradu tẽ=
perantiæ:& ſimiliter habitum ſimul & ſemel quia
ſtat bene ꝙ aliquis habeat paſſiones retrahentes
ab actu vnius virtutis:& non ab actu alterius: con
cedo tamẽ ꝙ nõ ſtat habere ſimul & ſemel duos a
ctus:circa materiam eiuſdem virtutis:quorũ vn⁹
debet vocari actus in gradu continentiæ & alter a
ctus in gradu temperãtię reſpectu eiuſdem virtu
tis ſpecialis:& nego cõſequentiã ꝙ propterea dif=
ferant ſpecie ſaltem eſſentiali. Ad probationẽ cõ=
ſequentiæ:nego ꝙ actus illorum graduũ contrari
antur bene verum eſt tamen ꝙ iſti termini abſtinẽ
tia in gradu continentię abſtinentia in grau tẽpe=
rantiæ:& abſtinentia in gradu heroico habent cõ
notationes incompoſſibiles eo ꝙ cõnotant diuer=
ſam habitudinem ad paſſiones retrahẽtes a iudi=
cio rationis:ſimile eſt in naturalibus:nunꝗ iſtę de
nominationes ſunt compoſſibiles reſpectu eiuſdẽ
ſedens & ſtans:& conueniunt eidem rei ſucceſſi=
ue tamen res que eſt ſedens & res quæ eſt ſtans nõ
propterea ſpecie differunt ſaltem eſſentiali. Seqt̃
correlarie licet hec ſit impoſſibilis actus gradus
continentie eſt actus gradus temperantie iſta non
eſt tamen impoſſibilis actus gredus continentie
erit actus gradus temperantiæ vel fuit vel poteſt
eſſe. Correlarium eſt manifeſtum ex logica. Sed
forte replicabis contra ſolutionem ſi iſti termini
ſolum important habitudinem ad paſſiones ſo=
lum inexiſtentes & retrahentes a iudicio recte ra
tionis ſequeretur iſta concluſio ꝙ in nobis non eſ
ſet dabilis aliquis actus fortitudinis ſpecialis qui
eſſet conſtitutus in aliquo iſtorum graduũ & ſi=
militer non eſſet dabilis aliquis actus temperan=
tie quem eſſet cõſtitutus &c. ſed hic concluſio
eſt contra doctrinam ſubtiliter loquẽcium in phi
loſophia morali qui dicunt actus generales taliũ
virtutum nõ eſſe conſtitutos in gradu vt pote hi
actus volo fortiter facere volo temperanter agere
quorum primus vocat̃ fortitudo ſimplex ſiue nõ
contracta & alter vocatur tẽperantia ſimplex &c.
probatur tamen conſequentia quia vel illi actus a
ctus eliciuntur a voluntate non habente paſſiões
retrahentes a iudicio rationis & ſine difficultate
excedente cõmmunẽ facultatẽ & ſic erunt cõſtitu
ti in gradu tẽperãtie illarũ virtutũ ſpecialiũ vel
inſunt paſſiones retrahentes & hoc dupliciter vel
victoria illarum ſuperat cõmunem facultatem &
ſic erunt in gradu heroico:vel victoria eſt citra cõ
munem facultatem:& ſic erunt in gradu continẽ
tiæ. Reſpondeo:concluſio eſt concedenda. Ad ra
tionem dico ꝙ magis conforme eſt ariſtoteli i ſep
timo ethicorum omnem actum fortitudinis collo
cari ſub aliquo illorum trium graduum condiſtin
ctum & ab ariſtotele innominatum: & dico ꝙ illi
quos dicis ſubtiliter loquentes in moralibus po=
nunt paſſiones cadere obiectiue in actibus ſtudio
ſis & propterea aſſignant gradum condiſtinctum:
ſed illud fundamentum nõ eſt neceſſarium vt pa=
tet ex dictis immo probabilius eſt oppoſitum:
¶ Sed forte adhuc non es contentus hac ſolu=
tione quia primi parentes in ſtatu innocentiæ ha
buerunt actus tempersntiæ & aliarum virtutum
moralium & tamen illi actus non erant conſtituti
i aliquo iſtorum graduum igitur eſt aſſignandus

alius gradus: ſic poteſt argui de angelis beatis: & de animabus ſeparatis a corpore: Probatur minor: quia non habebant paſſiones retrahentes a iudicio rectæ rationis in illo ſtatu perfectiſſimo.

¶ Reſpondetur non inconuenit actꝰ illorum non fuiſſe cõſtitutos in aliquo iſtorũ graduũ q̃ a iſti gradꝰ ſolũ aſſignãt ĩ virtutibꝰ purgatoriis & ñ purgati animi. ¶ Ad ſecũdũ dico ꝙ differẽtia iſtorũ graduum non debet ſumi ex parte intenſionis vel remiſſionis actuum vel habituum vt arguit ratio adducta. Nec ex parte obiectorum vt dicunt notabilia: & probatio ſecunde partis concluſionis. do ergo tertium ꝙ actus iſtorum graduum & ſimiliter habitus cognitiue diſtinguntur ratione paſſionũ retrahentium & ad improbationem concedo ꝙ aliquis actus habens paſſionem pro obiecto cuius victoria exedit communem facultatem hominũ poteſt ſucceſſiue conſtitui in triplici gradu virtutum propter remiſſionem huius paſſionis: & dico ꝙ nõ oportet propter corruptionem realem obiecti actus ꝙ actus corrumpatur: nec ꝙ actus variat ſuum obiectum quemadmodum hoc nõ oportet de notitia abſtractiua cum qua magis conuenit actus voluntatis quoad hoc q̃ cum noticia intuitiua vel ad minus ſic contẽdas actum habere naturam noticię intuitiue in ordĩe ad ſuum obiectum illũ ſcilicet qui cauſatur a noticia intuitiua rei. eadem ratione concludere debes ꝙ illa q̃ cauſatur a noticia abſtractiua naturam illins debet inſequi quod ſufficit ad propoſitum: quia capiam vnũ actum voluntatis a tali noticia cauſatum. Correlarie videtur ſequi ꝙ non eſt dabilis actus adeo bonus quin ille idem actus poteſt fieri malꝰ quia licet habeat dictamen rectum inexiſtens pro obiecto illd̃ dictamen poteſt corrumpi actu manente eodem. & per conſequens intellectu producente iudiciũ oppoſitum nõ eſt tam facile defendere ꝙ quilibet actus malus poteſt fieri bonꝰ tum propter articulum parrhiſienſem de odio dei: tum quia variatio dictaminis licet mutet actum de bonitate in maliciam non oportet tamen ꝙ mutet de malicia ĩ bonitatem ¶ Ad confirmationem qua queritur quę entitas eſt gradus virtutis. dico ꝙ iſte terminꝰ gradus virtutis capitur duobꝰ modis ſicut iſte terminus ſpecies humana. vno modo collectiue pro collectione actuum elicitorum in præſentia paſſionis cuius victoria non excedit communem facultatẽ vel pro collectione talium actuum elicitorum in præſentia paſſionis retrahẽtis cuius victoria ſuperat cõmunẽ facultatẽ &c. & hoc modo aliquis gradus eſt in gradu cõtinẽtiæ & aliq̃s in gradu tẽperantiæ tanq̃ pars in toto ſicut ly homo eſt in p̃dicamẽto ſubſtantiæ. Alio modo capitur iſte terminus nõ collectiue & tunc ſupponit pro quocunq; actu elicito ĩ cõm iudiciũ rationis (paſſione inexiſtente & retrahẽte) cuiꝰ victoria excedit vel nõ excedit &c. & ſic iſta non eſt concedẽda hic actus eſt in gradu continentiæ niſi ſit ibi conſtructio intranſiua

¶ Ad tertiũ quicq̃d ſit de antecedẽte nego cõſequẽtiã: quia nõ ſequit̃ q̃libet dilectio dei vt octo cęteris pibꝰ eſt melior dilectiõe dei vt. z. ergo dilectio dei vt octo ſpecie differ eſſẽtiali a dilectiõe vt duo ſic ĩ ꝓpoſito: ſed difficultas eſt ĩ ãtecedẽte & communiter ſolet concedi minor qua conceſſa vniuerſaliter cęteris paribus concedenda eſt maior ꝙ ceteris paribus actus continentię gradus eſt melior actu tempetantię gradus propter maiorem difficultatem ſuę elicionis. Notanter addidi intellecta minori vniuerſaliter quia multi dicerent quia paſſim dicitur ꝙ ſi ſit paſſio acquiſita ex culpa noſtra cuius victoria excedit communem facultatẽ hominum licet actus elicitus in præſẽtia illius ſit actus gradus heroici non tamẽ eſt melior cæteris paribus q̃ alter actus ſine tanta difficultate elicitꝰ ſecus eſt ſi paſſio non inſit ex culpa propterea dixi intellecta minori vniuerſaliter concedenda eſt maior: quicquid ſit reputo maiorem cum ſua contradictoria probabilem quia probabiliter reputo ꝙ difficultas proueniẽs ex culpa auget meritum ſicut illa quæ prouenit a natura Nec ſequitur propterea ꝙ talis ex culpa importaret commodũ q̃a forte adhuc eſt debitor magnę penę vel reatꝰ peccatorum præcedentium niſi forte ꝑ accidẽs ſicut beatus petrus poſt trinam negationem vtilitatem magnæ contritionis habuit. Sed forte dices quid ergo dicendum eſt ad argumentum tenendo partem oppoſitam: negatur maior. Ad probationem diſtingo ꝙ quilibet actus gradus continentię habet maiorem difficultatem annexam: vel prouenientem ex culpa facientis: & ſic conceditur: vel non prouenientem ex culpa: & ſic negatur: modo eſt difficultas proueniens ex culpa facientis non auget bonitatem nec moralem nec meritoriam. Forte dices ſequeretur ꝙ culpa correcta per penitẽtiam & per condignam ſatiſfactionem emendatam adhuc imputaretur ad pœnam ſaltem ad pęnam damni: ſequela probatur: ſi eſſent duo qui haberent paſſiones equales retrahentes a iudicio rationis quorum vnꝰ acquiſiuiſſet ſuam paſſionem ex culpa et alter ſine culpa vt pote ab egritudine vel naturali complexione & elicerent actus æquales contra inclinationem illarum paſſionum ille qui acquiſiuit paſſionem ex culpa etiam emendata non tantũ merebitur ſicut alter & hoc non niſi quia culpa emẽdata derogat merito: igitur. ¶ Reſpondetur: conſequens eſt conceeendũ conſequenter ad poſitionem ſcilicet ꝙ culpa emẽdata de per accidens derogat merito ſicut ſecundum opinionem opoſitam culpa emẽdata eſt cauſa augmenti meriti.

¶Ad confirmationem: concedo ꝙ actꝰ conſtituitur in gradu heroico alijs modiſq̄ ratiõe paſſiõnis exiſtẽtis cuius victoria excedit cõmunẽ facultatẽ puta ratiõe circũſtãtiæ iformãtis ſicut i exẽplo dato vel ratiõe pſonæ elicientis vt ſi male nati eliceret actꝰ difformes ſuis inclinatiõibꝰ vel vt aliqui volunt ratione concurſus dei ſpecialis ſicut in beata virgine vel in anima chriſti dilectio dei erat conſtituta in gradu heroico ¶Sed contra hoc argumentor. Non magis excedebat facultatẽ animæ chriſti ſic ſpecialiter adiutæ actum intenſum dilectionis dei elicere & illum non differre q̄ excedit facultatem animę ſortis diligẽ deum vt duo & illam per horã continuare ſine tali ſpeciali auxilio: ergo dilectio dei animæ chriſti non fuit conſtituta in gradu heroico magis q̄ dilectio ſortis.

¶Item licet excederet communem facultatẽ totius ſpeciei humanę elicere talem dilectionem tamen non excedit communem facultatem hominum ſic diſpoſitorum ergo reſpectu illorum non debet dici gradus heroicus quod videtur cõcedẽdum: tũ quia ſunt actꝰ purgati animi: tum quia ſicut poſtea videbitur ad actũ eſſe herocum requiritur ꝙ excedat communem facultatem hominum taliter diſpoſitorum qualiter ẽ ille qui elicit actũ. fateor tamen ꝙ fuerũt longe excellentiores actꝰ animæ chriſti q̄ actus heroici. Forte replicabis: ſequeretur ꝙ per continuam exercitationem actuum heroicorum eliciens tales actus deueniret iterum ad ſtatum imperfectiorem: exempli gratia: ſit ſortes ſic habituatus temperanter viuere ꝙ excedat communem facultatem hominum talẽ facere abſtinentiam etiam ſic diſpoſitorum vſq; ad hoc inſtans: ſed poſt hoc inſtans propter maximã exercitationem præcedentem non excedat communem facultatem taliter diſpoſitorum tales actus elicere vel continuare: tunc poſt hoc inſtans illi actꝰ nõ eſſent heroici reſpectu illiꝰ cui prius fuerunt heroici & non niſi propter ſuam bonã exercitationem: igitur. ¶Reſpondeo concedendo vltimum conſequens illatum: vt probat ratio illud eſſe concedendum ſcilicet ꝙ ille non eſſet heroicus ratione illorum actuum non tamen ſequitur ꝙ ſimpliciter non ſit heroicus quia ſtat ꝙ exercitet ſe circa actꝰ difficiliores illis puta circa actus qui excederẽt cõmunem facultatem hominũ ſic diſpoſitorum & ſic in infinitum. Nec valet ſi inferas ſequeretur ꝙ tales actus eſſent minoris meriti ſecundum ꝙ talis eſſet perfectior in ſua exercione: patet conſequentia: quia prius fuerunt conſtituti in gradu heroico & nunc non ſunt cæteris paribus: conſequentia non valet: quia difficultas nõ debet augere meritum reſpectu illius cui non ineſt talis difficultas propter bonam exercitationẽ eius ſicut i ꝓpoſito vel ſi vis concedere ꝙ vtrobiꝙ maior difficultas auget meritum cęteris paribꝰ conſequens illatum eſt concedendum tanq̄ corrolarium ſequens ¶Ad quartum conceſſa cõſequẽtia negatur antecedens: ad probationem antecedentis poteſt dici primo ꝙ illa vitia ſunt extrema in ſuperhabundando tantum eo ꝙ inclinant ad inſequendum impetum paſſionis contra iudiciũ rectæ rationis quãdo & qualiter non oportet: nec propterea ſequitur ꝙ ſint aliqua vitia in deficiendo tantum eis oppoſita: licet Ariſtoteles probauerit virtutem eſſe extremorũ mediam ſecũdo ethicorum: hoc eſt recte intelligendum de virtutibꝰ ſpecialibus & non de gradibus virtutum. Secundo dico ꝙ duplex eſt incontinentia gradus ſiue loquamur de mollicie ſiue de incontinẽtia proprie dicta ſiue fiat menſio de incontinẽtia vt eſt vtriuſq; communis: quædam eſt incontinentia vitium i ſuperhabundando alia eſt incontinẽtia vicium i deficiendo: exemplum primi vt ſi circa materiã temperantiæ inſint aliquæ paſſiones retrahentes hominem a recto iudicio rationis ſcilicet ad comedẽdum minꝰ q̄ oporteat & voluntas dimiſſa ratione inſequitur talem paſſionem indiſponentem actꝰ elicitos erit intemperantia gradus in deficiendo Et poteſt ſic deſcribi eſt actus vel habitus quo q̄s minus facit quæ recta ratio dictat propter paſſionem inexiſtentem alias incontinentia gradus in ſuperhabundando eſt actus vel habitus quo volũtas facit plus q̄ recta ratio dictat propter paſſionẽ inexiſtentem & ad plus faciendum inclinantem vt ſi eſſent paſſiones inclinantes ad comedendũ q̄ttuor libras vbi recta ratio dictat ꝙ regula temperantiæ eſt trium librarum talis actus vel habitꝰ eſſet incontinentia gradus i ſuperhabundando ſic exemplificare poſſumus in materiis aliarum virtutum. eodem modo eſt diſtinguenda intemperãtiam vicium in deficiendo & vicium in ſuperhabundãdo. In temperantia in deficiendo eſt actus vel habitus quo quis prompte inſequitur impetũ paſſionis non vehementis ſine remorſu conſcientię contra dictamen rationis &c. intemperantia in ſuperhabundando eſt actus vel habitus quo quis prompte inſequitur impetum paſſionis inclinantis ad plus faciendum q̄ recta ratio dictat nõ murmurante conſcientia &c. ſic poſſes practiquare de beſtialitate licet beſtialitas non ſic videatur contraria gradui heroico ſicut prędictę duę malicię gradui continetiæ & temperantiæ contrariãtur.

¶Ad confirmationem nego antecedens conceſſa conſequentia ad probationem antecedentis diſtingo ꝙ intemperantia eſſet extremorum viciorum media vel ꝙ ſit media ſic quod inclinat ad actus conformes dictamini recto & non citra nec vltra: & ſic negatur: vel ꝙ ſit media ſecundum ordinẽ illarum maliciarum ſic ꝙ nec ſit peſſima nec ſit

minus mala: ſed vna illarum deterior & altera in-
ferior in malicia: & ſic ſolet concedi q̧ itemperan
tia eſt illarum maliciarum media. ℂ Ad quintū:
nego antecedens conceſſa conſequencia. ℂ Ad
probationem antecedentis diſtingo q̧ beſtialitas
ſit vitium oppoſitum gradui heroico vel q̧ ſit op-
poſitum formaliter eo modo quo opinio opponi-
tur ſcientię & extrema virtutum ſpecialium oppo
nuntur virtutibus ſpecialibus: & ſic negatur: & ra
tio eſt: quia contraria formaliter debent eſſe circa
idem prout probat ratio: vel q̧ ſit vitium oppoſi-
tum gradui heroico ſecundum analogiam in or-
dine ad conditionem humanam & ſic conceditur
quia gradus heroicus & beſtialitas contrario mo
do ſe habent ad coditionem humanam: nam gra
dus heroicus conſtituit actum vltra communem
conditionem humanam virtute cuius cōuenit cū
intelligentijs: & beſtialitas ponit actum citra com
munem conditionem humanam virtute cuius cō
uenit hō cū beluis. ℂ Ad probationē ſecundo ad
ductam in argumento: concedo q̧ beſtialitas ē ma
xima illorum vitiorum a toto genere ſed nō opor
tet quemlibet actū beſtialitatis quolibet actu con
tinentiæ vel temperantiæ gradus eſſe deteriorē.
ℂ Ad improbationē: diſtingo q̧ vitium oppoſitū
gradui heroico ſit malicia minima ſecundum ari
ſtotelem: vl' vitium formaliter ei oppoſitum & ſic
cconceditur cæteris paribus: vel vitium oppoſitū
per analogiam: & ſic negarur: modo beſtialitas ſo
lum opponitur gradui heroico per analogiam: &
vitium oppoſitnm formaliter eſt cōdonabile: nec
debet vocari beſtialitas niſi nouam velis effinge-
re acceptionem termini. Forte dicis beſtialitas ali
quando importat carentiam vſus rationis vbi nō
poteſt eſſe ratio vitij: ergo eodem modo vbi eſt par
ua ratio vitij act⁹ vel habitus poteſt beſtialitas de
nominari. Reſpondetur q̧ non eſt eadem ratio q̄a
carens vſu rationis maxime conuenit cum beſtijs
in actibus ſuis: ſecus eſt de illo qui non reſiſtit paſ
ſioni excedenti communem facultatem hominū
Sed ſi vis talem beſtialem appellare non conten-
do de terminis. ex hoc patet quid ſit dicēdum ad
rationem adductā de male nato. Ariſtoteles non
vult dicere talem non poſſe attingere gradum he
roicum ſed cum difficultate: concedo: vitium illi
us viri eſt condonabile: & paruæ maliciæ
ℂ Ad confirmationem patet quid ſit dicendū ex
ſolutione tertij argumenti: poteſt deffendi q̧ cæ-
teris paribus incontinentia ſit peior intemperan
tia eo q̧ ſit contra conſcientiam & non intempe-
rantia gradus & licet intemperantia ſit inſanabi-
lior non ſequitur proptetea q̧ ſit peior: quia ira in
collerico nō eſt peior q̄ in flegmatico cæteris pari-
bus: & tamen in primo eſt inſanabilior q̄ in ſecun
do. ℂ Ad aliud conced o q̧ intemperantia ſit ex
elicitionē poſitiua volūtatis & hoc nō oportet ad
incontinentiam. ℂ Ex hoc non ſequitur q̧ intem
perantia ſit peior quia incontinens libere ſuam
elicitionē excludit pmittendo ſe duci ab ipulſu
paſſionis neglecto iuditio rationis actualiter mur
murantis quod magis aggrauat q̄ elicitio poſitiua
tenendo q̧ in temperantia ſit deterior facile eſt re
ſpondere ad motiua in oppoſitum.

ℂ Contra ſecundam concluſionem arguitur
ſic. Capio duos quorum vnus eſt bene uatus & al-
ter male natus a natura: ſtat q̧ ſit æque difficile illi
male nato propter qualitates ſui generis velle ſu
bire periculum mortis in abſentia periculorum q̄
difficile eſt bene nato velle ſubire ꝑiculū mortis ī
pñtia periculoꝝ vt forte tā difficile fuit ſardana
palo apprehenſo mortis periculo velle mori pro
defenſione reipublicæ etiam in abſentia pericu-
lorum q̄ difficile fuit hectori in preſentia periculo
rum ſe mortis periculo exponere. Tunc ſic actus
Hectoris in pręſentia eſt conſtitutus in gradu he-
roico: ergo actus ſardanapali elicitus in abſentia
periculorum eſt in gradu heroico conſtitutus: te
net conſequentia per ſuppoſitum quia tantum ex
cedit facultatem ſardanapali & omnium homi-
num ſic diſpoſitorum elicere volitionem mortis
in abſentia &c. q̄tum excedit facultatem hecto-
ris vel hominum ſic bene natorum in pręſentia
ꝑiculorum velle mortem oppetere pro deffenſio
ne reipublice. ℂ Et conformatur actus elicitus in
abſentia periculorum ē omnino eiuſdem ſpeciei
ſpecialiſſime cum actu elicito in preſentia pericu
lorum ergo ſi actus elicitus in pręſentia periculo-
rum imperatiuus mortis eſt actus heroicus etiam
alter actus elicitus in abſentia periculorum erit
heroicus conſequentia eſt apparens probatur an
tecedens quia omnes cauſe manent eedem puta
ille voliciones habent idem obiectum commune
idem dictamen prudentiale & non oportet aliquā
circūſtanciam occurrere obiectiue in vno que nō
occurrit obiectiue in altero igitur.

ℂ Secundo ſic: Hic actus eſt conſtitutus in gradu
heroico nolo fornicari pro aliqua re quæ eſt con-
tra dictamen rectæ rationis etiam elicitus in
abſentia periculorum propter rectam rationem v
niuerſalem cadentem in ratione obiecti illius ac-
tus: & tamen ille actus eſt elicitus tantum in abſē
tia periculorum: igitur concluſio non continet ve
ritatem: conſequentia non eget probatione cum
minore: probatur maior quia ſtante illa nolitione
fornicationis ſi recta ratio dictaret in particulari
q̧ ſubeunda eſt mors ne fornicaret volitio impe-
ratiua mortis de neceſſitate naturali ſequeretur &
mors īpata ſi nō ſit īpedimētum: ergo illa volitio
mortis nō ē act⁹ heroic⁹: q̄a nō libera: & ꝑ cōſeqūs
illa nolitō fornicatiōis hn̄s rectā rōnē vniuer

ſalē ꝑ obiecto ē act⁹ heroic⁹ qd erat ꝓbādū: & cōfir
mat ſortes ī gallia volēs actu īpatio executiōis ire
ad ſctū iacobū nō īpedit⁹ facit actū adeo bonum
ymo meliorē ꝙ plato ī hiſpania vidēs ecclīā ſcti ia
cobi volēs īpatie ire ad ſctm̄ iacobū ergo pñtia rei
nihil facit ad hoc ꝙ act⁹ cōſtituat̃ ī gradu heroico
Forte dicis exēplū nō ē ad ꝓpoſitū: qa hic abſētia
rei maorē difficltatē īgerit volūtati ꝙ pñtia: ſec⁹ ē
de pñtia piculorū maxime mortis ſiue tpal ſiue
eterne. Ex hac rñſione ſequunt̃ duo primū ꝙ tan
ta pōt eſſe abſentia rei vel ſaltē difficultas ꝓpter
abſentiam ꝙ ratione abſentie actus cōſtituat̃ ī gra
du heroico. Scdo ſequit̃ ꝙ ſortes credēs ſe infalli
biliter eſſe in pñtia piculorū & tñ realiter nō eſt in
pñtia illorū (nō obſtāte tñ morte quā credit ſe paſ
ſurū ex illa appheñſione piculoꝝ) vult pſeuerare
in bono virtutis talis actus nō eſſet cōſtitutus ī gra
du heroico patet cōſeqñtia qa nō eſt in pñtia picu
lorū qd requirit̃. ❡ Tertio ſic ſtat ſortē ī abſentia
piculorū habere tā efficacē nolitionē negatiōis fi
dei ꝙ licet offerreret̃ ei mors ꝓ tūc nō negaret fi
dē ymo potius ſubiret ꝙcūꝗ tormētoꝝ gñā tunc
talis nolitio in abſentia piculoꝝ eſſet cōſtituta in
gradu heroico ergo nō recte ſentit cōcluſio dicēs
nullū actū in abſentia piculoꝝ elicitū eſſe talem.
nec valet ꝓbatio concluſionis de petro ꝙ nolebat
negare xp̄m in abſentia piculoꝝ quia ſi talis fuiſ
ſet nolitio petri ꝙ nō negaſſet xp̄m in piculorū pñ
ſentia ſuus actus fuiſſet iudicatus ab oībus heroi
cus & ꝑ conſequens ſic eſſet in propoſito. ❡ Et cō
firmat̃ nōminus repugnat actū elicitū in abſentia
piculorū eſſe cōſtitutū in gradu cōtinētie ꝙ in gra
du heroico: ſed ñ repugnat [illegible] primū in abſen
tia piculorū ergo neꝗ ſcdm cōſequētia nō eſt du
bia ꝓbat̃ maior qa quocūꝗ actu in gradu cōtinen
tie dato ille ꝑ ſolā remiſſiōnē naturalē cōſtituitur
in gradu heroico & ꝑ cōſequēs ſi det̃ primū in ab
ſentia piculorū oportet dar ſcdm: rurſus cōſequē
tia eſt clara ꝓbat̃ añs ſuppoſito vno cōi apd docto
res ꝙ taliter ſe habeat act⁹ in gradu cōtinētiæ i or
dine ad difficultatē inexiſtentē qualiter ſe habet
opinio in ordine ad fortitudinē: ita ꝙ aucta opi
nione reiicit̃ formido ſic creſcēte actu continētiæ
remittit̃ difficultas retrahēs & ꝑ cōſequens ad re
miſſionē entitatiuā opiniōis ſeqt̃ icremētū formi
dinis tūc ſic ergo ad remiſſionē entatiuā actus in
gradu cōtinēcie ſequit̃ icremētū difficultatis & ꝑ
cōſequēs ſi actus cōtinētię deberet remitti vſq ad
nō gradū in infinitū debet̃ augeri difficultas & vl
tra ergo añ remiſſionē cōpletā erit ſufficiēs diffi
cultas ad cōſtituēdū actū in gradu heroico quod
erat ꝓbandum.

❡ Ad pmū cōtra ſcdam cōcluſionē vix dat̃ caſ⁹ qa
appheſio mortis eternæ vt abſētis nō reddit actū
cōtra pceptū diuinū vltra cōem faltatē hoīu et ſic
cōdictionatorū alias tales raro peccarēt ymo ex
cederet eorū facultatē peccar mortaliter qd nō vi
detur cōcedēdū de aliqb⁹ nō cōfirmatis ī grā ha
bentib⁹ vſū rationis. ſed caſu dato cōcedo ꝙ qd ad
modū actus hectoris in caſu eſſet heroicus ſic a
ctus ſardanapali nō ꝓpter circūſtancia piculi mor
tis abſentis ſed ꝓpter qualitates ſui generis qua
rum victoria excedit cōmunē facultatē hominū
ſic diſpoſitorū forte dicis ſequit̃ ergo ꝙ ſardana
pal⁹ nō fuit vitupabilis quē cōdēpnat ariſtoteles
ethicorū primo & ꝑplures alii morū cenſores: ſeq̄
la tamen ꝓbat̃ quia nullus eſt carpēdus ſaltē nō ē
maximis oprobriis dign⁹ ꝙ omittit actū facltatē
cōmunē hominū ſui gñis excedētē. Reſpōdeo ne
gādo cōſequētiā qa nō cōſtat ſardanapalū habuiſ
ſe qualitates ſic eū diſponētes forte ad vecordiā
ex praua cōſuetudine deducebat̃ vel ꝓpter ipet⁹
paſſionū inclinātes ad illecebra qbus ex ſua cul
pa reſiſtere omiſit. ❡ Item licet ex qualitatib⁹ ſui
generis talē hebuiſſet inclinationē qd cōmunē fa
cultatē hominū ſui gñis exceſſiſſet fuiſſet multū
vitupabile in eo nō exponere ſe piculo mortis ꝓ
deffenſione reipublice cuius regimē ſuſcepat vbi
alteri inferiori nō fuiſſet ſic exprobrabile. ❡ Ad
confirmationē nego añs & dato ꝙ eſſent eiuſdem
ſpeciei in gñe rei cōſequētia eſt nulla ſufficit ei ꝙ
nō ſint eiuſdē ſpeciei in gradu moris: ſed ſimplici
ter nego añs queadmodū fruitio dei in patria ſpē
differt a fruitione quā habem⁹ in via ſic in ꝓpoſi
to & ratio eſt qa prima cauſatur a noticia intuiti
ua obiecti & ſcda a noticia abſtractiua ſatis impro
pria: ſic volitio mortis ī pñtia piculorū cauſat̃ a no
ticia intuitiua periculorum: & altera a noticia ab
ſtractatia eorūdē. Forte dicis nō ſequit̃ cauſę ſpē
differūt: ergo effectus differūt ſpē: ꝑ cōſequēs ſo
lutio nō ſufficit añs ſolet ꝓbari de caloribus cauſa
tis a ſole & ab igne. Rñdeo aliud eſt ī effectib⁹ ſpi
ritualib⁹ & ī materialib⁹ vide argumētū ī ꝓlogo
.q.z. ❡ Ad ſecūdū cōceſſa cōſequētia cū miori ne
go maiorē ad ꝓbationē maioris trāſeat añs & ſimi
liter primū cōſequēs: ſed nego vltimā cōſequētiā
cum cōſequēte ſcilicet ꝙ ex hoc ſequat̃ volitionē
fornicationis hñtem rationē vniuerſalē ꝓ obiecto
eſſe actū heroicū ſi eliciat̃ in abſentia piculorū: ſe
cus eſt ſi non eorū pñtia eliceret̃ qa tunc ille actus
eſſet virtualiter īpatiuus mortis & liberī pñtia pi
culorū & ratio quare talē actū hñtē rōnē vniuerſa
lem nego eſſe heroicū in abſentia piculorū ē hęc:
quia maxie redderet̃ extra cōmunē facultatē ꝓ
pter circunſtāciā mortis quā eminēter icludit ſed
hoc nō ſufficit qa circunſtātia formalis mortis in
abſentia piculorū nō ſufficiebat in petro nolente
negare xp̄m etiā cū formali circūſtācia mortis ap
prehenſa ergo a multo fortiori ſua apphenſio vir
tualis nō ſufficit ī abſētia piculoꝝ. ❡ Ad cōfirma

tionē rñſum eſt arguendo vſq; ad duo correlaria illata ex ſolutiōe. ¶ Primū correlariū cōcedo q̄a videt̄ excedere cōem facultatē hōīnū apphenſa maxīa difficultate q̄ ſolet cōtigere eūdo hiriſ̄m ꝑpter diſtāciā loci & ꝑpter pīcula poſſibilia īter inimicos crucis immo ſi n̄ eſſet alia difficultas q̄ ex pte diſtātie loci illa ſufficeret cōſtituere actum in gradu heroico ſuppoſitis debitis circunſtantiis & queādmodū circūſtācia magni tpis ſil'ter actū cōſtituit vltra cōem facultatē vt i ieiunio vel oratiōe ¶ Ad ſcdm correlariū negō cōſeq̄ntiā ad ꝓbatiōnē dico q̄ ſufficit habere apphenſionē pīculi mortis tanq̄ pręſentis ſiue ſit pręſens ſiue non.

pedimētū q: ſc3 talis ꝓpt̄ excellētē hitū ī ꝑñtia t̄ribilis
nec tiōre nec audacia afficit̄: pōit̄ fortitudo. Si tñ vtrū
q3 fiat: tūc fortitudo dr̄ magis ꝟtꝰ q: pōit rcitudinē rōis
ī opere hūano circa t̄ribile: q̄ q: rēouet ea q̄ ipediūt ne
hmōi rcitudo pōat̄ ī tali opere. ¶ Cōtra v. ꝯcluſionē ar
ſic. fortitudo nō ē vna ꝟtꝰ. ḡ fortitudo nō ē ſpēalis ꝟtꝰ.
Añs ꝓbat̄. fortitudo h3 q̄tuor extrēa. ḡ nō ē vna ꝟtus.
ꝯñā t3 q: ois vna ꝟtꝰ mediat int̄ duo extrēa tm̄ ⁊ aſſū
ptū ꝓbat̄ q: forti. h3 duo extrēa ī aggrediēdo ſc3 auda
ciā: cū q̄s excedit ī aggrediēdo: ⁊ vecordiā cū q̄s deficit ī
aggrediēdo. ⁊ h3 duo ī expectādo ſc3 tiditatē q̄ q̄s defi
cit ī expectādo: ⁊ ītimiditatē q̄ q̄s ſupabūdat ī expectā
do ḡ fortitudo nō ē vna ꝟtꝰ. ¶ Pro ſolutiōe hꝰ rōis q̄tā
git difficultatē d vnitate fortitudis ē aduertēdū ꝙ opi
nio quorūdā fuit ꝙ fortitudo ē vna ꝟtꝰ gñe: ſ3 ipa diui
ē in multas ſpēs ꝓpt̄ rōez īmediate añ ſcīāz. Quā opi
nionē reprobꝫ buridanꝰ ī duobꝰ pūctis. pⁱmo ī hoc ꝙ
dicā ꝙ nō ē idē hitus quo aggrediur vbi rcā rō dcāt ag burl. 3. e
grediēdū eē ⁊ q̄ expectamꝰ vbi rcta rō dicāt eē expectādū thi. q̄ſtio.
Scḋo in hoc ꝙ ponit timorē ⁊ audaciā nō eē ꝯrias paſ 17.
ſiōes. Circa igr̄ hāc difficultatē ſit pⁱma ꝓpō. Ois for
titudo ē vna nūo. ꝓbat̄. ois hitꝰ ē vnꝰ nūo ois fortitu-
do eſt hitꝰ ḡ ois fortitudo ē vna nūo. Scḋa ꝓpō. ois for secunda
titudo ꝟtꝰ ē eadē alteri fortitudi gñe ſubalterno ꝓba.
q: oiū ē vnū obiectū gñe. ſ. terribile ⁊ oiū actꝰ ſt̄ de gñe 1
q: oēs ꝯueniūt in hoc quod ē ſubire vel nō ſubire peri
culū morꝫ in bello ꝯfortiter ad dictamē rcē rōis. ¶ Ter 3.
tia ꝓpō: ñ omnis fortitudo eſt cuilꝫ fortitudini eadē ſpē
p3 q: fortitudinis (ſicut ⁊ cuiuſl3 alteriꝰ ꝟtutꝫ) ſunt tres
gradꝰ ſpē drñtes ſc3 ꝯtinentia: tēperātia: heroica. igr̄.
Secūdo q: aliq̄ habitꝰ fortitudinis hñt circūſtātias ꝓ 2
obiectꝫ. l3 in illis varietas q̄cūq̄ circūſtātia ſemper va-
riat̄ habitꝰ igr̄. S3 q: hec rō aliā difficultatē petit q̄ a
lio loco declarāda eſt: ideo de ea nichil plꝰ dr̄: ¶ Tertio 3.
ꝓpoſitio dicē ad ſenſū pⁱme opinionis ⁊ ꝯ buridanū totū burl
duo ſūt actꝰ pⁱncipales fortitudinis ſcilic3 expectare et ybi ſup.
aggredi q̄ ſūt ſpē diſtīcti ḡ ſūt ēt vel eē pñt duo habitꝰ
fortitudinis ſpē diſtīcti. ꝙ ſūt duo actꝰ fortitudinis ſc3
expectare ⁊ aggredi ꝯſtat. Quod ſūt ſpē diſtīcti ꝓbat̄
q: ꝯſtat multos rcē ſe hr̄e ⁊ laudabilit̄ ī aggrediēdo q̄
ñ ſe hñt laudabilit̄ ī expectēdo ⁊ ꝯ. ⁊ eos eē bñ habitu
atos in vnoq̄ ñ ſūt bñ habituati in alio ḡ habitꝰ expe-
ctādi fortiter ē ſpē diſtīctꝰ ab habitu aggrediēdi forti
ter. ꝯñā t3 q: ſi eēnt hitꝰ eiuſdē ſpēi tūc poſito vno coꝝ
ī voluntate alicuiꝰ talis eſſ3 iclīatꝰ ſufficiēter per illū hi 2.
tū in vtrūq3 actū. Secūdo vbicūq3 ſūt prudētie diſtin-
cte ſpē ibi ſūt hitꝰ ꝟtuoſi morales diſtīcti ſpē. ſed pru-
dētia dirigēs nos in aggrediēdo diſtīcta ē ſpē a prudē
tia dirigēte nos in expectādo. ḡ ⁊ hitꝰ ab his immedia
te regulabiles ſūt diſtīcti ſpē. maioꝝ p3 q: cuilibet a
ctui prudētiali ſm ſpēz corrñdet ſuū opꝰ directū. Et mi
noꝝ ꝓbat̄ q: ſūt alie ⁊ alie diſcipline militares in ag-
grediēdo ⁊ in expectādo. Tertio. cū oblicatione ⁊ erro 3.
re in aggrediēdo. ñ ſtat rectitudo in aggrediēdo. ſed cū
oblicatione ⁊ errore in aggrediēdo ſtat rectitudo in
expectādo ḡ rectitudo in expectēdo ñ ē rectitudo in ag
grediēdo. ⁊ per ꝯñs nec habitꝰ eſt idem habitui. Quar 4.
to rectitudini in aggrediēdo ꝯrariat̄ obliq̄tas in ag
grediēdo: ſed rectitudini in aggrediēdo ñ ꝯrīat̄ obliq̄
tas in expectādo. ḡ iſta ⁊ illa ñ ſūt eiuſdē ſpēi. ꝯñā t3 q:
q̄cūq3 ſūt eiuſdē ſpēi ipa talia ſūt ꝙ cuicūq3 ꝯrīat̄ vni
eidē ꝯrīat̄ reliquū. Quinto: vbicūq3 eſt alia ⁊ alia me- 5
dietas ibi ſūt habitꝰ mediū dicentur aū ſpē diſtincti ſed
expectādi ⁊ aggrediēdi ē alia et alia medietas. ḡ ibi
ſūt alii ⁊ alii hitꝰ ſpē. Quarta ꝓpō ſi timoꝝ ⁊ itimidi
tas ſignificēt extrēa illiꝰ medietatꝫ q̄ ē in expectādo: et 4. ꝓpō.
audacia ⁊ vecordia ſignificēt extrēa ꝑciſe illiꝰ medietā-
tis q̄ ē in aggrediēdo: tūc timoꝝ nō ꝯrīat̄ audacie: nec
intiditas vecordie. Patet q: timoꝝ et audacia ſimul

ſunt in eodē: ſūt enī multi q̄ vnūquēꝙ ⁊ temerarie aggrediūtur: ⁊ tñ pene nullū expectare audēt ſūt etiā aliq̄ qui facille aggrediunt: ⁊ tñ cū ſentiūt reſiſtētiā ſtatim fugiūt quod ꝓbatur ꝑ illud. Ar̄ꝫ. tertio ethicoꝝ vbi loq̄tur de his q̄ hn̄t expiētiā ꝑiculoꝝ bellicoꝝ ⁊ tñ non ſūt fortes. Videnᷓ vtiꝙ (inquit) fortes q̄m non ſciunt alii q̄lia ſunt nōnulla ſ. in ania in bello q̄ terrorē faciūt imꝑitis. ⁊ ſeq̄tur: deinde facere: ſed nō pati maxīe pn̄t Ecce quomodo aliq̄ bñ poſſunt ꝑcutere ⁊ inuadere hoſtē ſed nō pn̄t diu reſiſtere hoſtib⁹ ꝑcutiētib⁹. Patet idem ꝑ illud quod ibidē ſtatim ſubiūgitur. Milites autem tīdi q̄n ſuperextēdit ꝑiculū, p̄mi enī fugiunt: ciuilis autē ꝑmaentia moriunt. hic autē ex p̄ncipio ꝑtinabāt vt meliores exeūtes: cognoſcentes autem fugiūt Ex his manifeſte ꝓbo ꝙ timor ⁊ audacia ſimul ſunt in eodem. volo q̄ aliq̄ milites freq̄nter exeāt in tales act⁹ ſcꝫ aggrediendi cito a p̄ncipio ⁊ ſtatim poſt cum viliter hoſtis ſuſtinet vel in vadit fugiendi: ita ꝙ ex hmōi actibus freq̄ntatꝫ generēt in eis habitus q̄bus ꝓmpte ⁊ expedite faciāt q̄ prius ſine habitibus faciebāt. tūc ſic ille actus aggrediēdi hoſtē ē ab aliquo hītu: ⁊ nō ab hītu fortitudis vt cōſtat. Tū q̄ꝛ aggreſſio illa eſt inconſiderata Tū q̄ꝛ ar̄ꝫ. dicit tales milites nō eſſe fortes: nec eſt ab hītu timoris q̄ꝛ incliat ad oppoſitū ſcilicet ad fugiendū ꝗ eſt ab hītu audacie. Act⁹ ſimilr̄ fuge quē poſtea eliciūt nō eſt ab hītu fortitudis q̄ꝛ tales nō ſunt fortes. Tū etiā q̄ꝛ fugiūt et q̄ꝛ deficiūt in patiēdo vt hꝫ textus nec ab hītu audacie q̄ꝛ incliat ad oppoſitū ꝗ eſt ab hītu timiditatis. ꝗ ſil' ſūt audacia ⁊ timiditas. Utrum autē timor ⁊ intimiditas: audacia ⁊ vecordia ſignificēt q̄ꝺ dictū eſt nō diſputo. q̄ꝛ ſi nō ſignificēt: pn̄t dari alia noīa ſignātia hmōi medietates. Satis ē eī ꝙ ille medietates ſint ſpē dr̄ites. Q̄ꝺ aūt ibi ſint pl'a extrea ſpē diſticta q̄ duo: ⁊ ñ tm̄ vnū mediū ſꝫ pl'a: videt ſētire Thomas ſcd̄a. ii. q. cxxvi. in reſponſione ad tertiū vbi dicit ꝙ fortitudo mediat inter inpauiditatē ⁊ audaciā: ⁊ ꝙ non eſt inconueniens ꝙ ſecūdum diuerſa media habeat diuerſa extrema. Ex quo patet ꝙ ſecūdum ipſum in fortitudine reꝑiuntur plura media ⁊ diuerſa extrema: ⁊ nō loq̄tur (vt ꝯſtat) de mediis tm̄ numero diſtictis: q̄ꝛ ſunt illa infinita: ꝗ de mediis ſpē diſtictis. ¶ Quinta ꝓ-

quinta ꝓpō

poſitio non ideo q̄lꝫ fortitudo eſt eadē cuilibet fortitudini ſpē ſpēaliſſima q̄ꝛ fortitudo mediat inter duo extrema. Quod āt fortitudo mediat inter duo extrema ꝓbat q̄ꝛ licet ſint quattuor extreā vt dictū eſt tamen iſta quattuor ꝯtienter ſub duob⁹. ſ. ſub iſtis nō ſubire ꝑiculū belli cū recta rō dictat eſſe ſubeūdū ⁊ ſubire ꝑiculꝫ belli quādo vel quomō recta ratio dictat nō eē ſubeūdū inter q̄ extrema eſt vna medietas duab⁹ cōmūis ſcꝫ ſubire vel non ſubire periculum belli cōformiter ad rectitudinem rationis p̄rimū autē extremū ꝯtinꝫ itīditatē et vecordia ſꝫ ꝯtinꝫ itīditatē ⁊ audaciā. Tūc ꝓbat ꝓpō iuſticia ꝑticularis eſt inter duo extrema ſilicet inter reddere vnicuiꝙ q̄ꝺ ſuū ñ ē et retinere quod ſuū nō eſt ⁊ tñ nō q̄libet iuſticia eſt cuilibet iuſticie eadem ſpē. ſicut iuſticia diſtributiua non eſt eiuſdē ſpēi cū cōmutatiua nec vendicio cum locatione: nec locatio cum fideiuſſione et hoc ideo quia ſub his duobus extremis continent̄ multa alia inter que poſſunt eſſe alie ⁊ alie medietates igit̄

6. ꝓpō

Sexta propoſitio. non ideo q̄libet fortitudo eſt cuilibet eadem ſpē q̄ꝛ eaꝝ oīm eſt vn⁹ finis ꝓxim⁹ et immediatus pꝫ. nā cuilibet iuſticie eſt vnus finis ꝓxim⁹ ⁊ imediat⁹. ſ. reddere vnicuiꝙ quod ſuum ē ⁊ tamen ꝯſtat ꝙ iuſticia diſtributiua eſt ſpē diſticta a iuſticia cōmutatiua. Silr̄ oīꝫ tꝑātiaꝝ ē vn⁹ finis. ſ. vſ⁹ moderat⁹ tāgibiliū ⁊ guſtabiliū ⁊ tñ ꝯſtat ꝙ tꝑātia venereoꝝ ē alia ſpē a tꝑātia ciboꝝ ⁊ potuū Ita poſſꝫ argui de liberalitate ⁊ aliis v̄tutib⁹. Scd̄o ſi ſic ſeq̄ret ꝙ audacia ⁊ fortitudo eēnt

2.

ei⁹ de ſpēi, ꝯñs ē fſm ſaltem de eo quod eſt per ſe audacia et de eo quod eſt per ſe fortitudo igitur et patet cōſequētia. q̄ꝛ mlti q̄ audacit̄ faciūt ita irēdūt ſic faciēdo ſaluare bonū cōe vel vicere hoſtes ſicut illi q̄ fortiter faciūt ⁊ ꝓſtituūt eq̄ bñ ſibi hūc finē illi ſicut iſti Tertio bonitas act⁹ nō depēdet ꝑciſe ⁊ adeq̄te ex fine: ſꝫ ex oībus aliis circūſtāciis ꝗ ex vnitate finis nō p̄t cōcludi vnitas hīt⁹. ꝯñs tꝫ q̄ꝛ remanēte vnitate finis act⁹ variabitur de bono ī malū ꝓpt̄ defcm̄ aliaꝝ circūſtāciaꝝ Sptima ꝓpō nō q̄lꝫ fortitudo ē eadē cuilꝫ fortitudi ſpē ꝓpt̄ actū ei⁹ de ſpē ꝯnatū a q̄lꝫ fortitudie cāri ꝓbat̄ nā hñs hītū fortitudis aggreſſiue p̄t elicere hūc actū fortit̄ faciēdū ē: ⁊ ſilē m̄ ſm ipſum p̄t elicere ille q̄ hꝫ hītū fortitudis expectatorie. ⁊ ille ēt q̄ vtrūꝙ hꝫ ꝓ tpe ꝓ quo dubitat vtꝝ aggrediēdū ſit an expectādū. Silr̄ hñs iuſticiā cōmutatiua ſm vēditionē ⁊ ēptionē ⁊ iuſticiā cōmutatiuā ſm locatōēꝫ ꝓ tpe ꝓ quo dubitat an dom⁹ ſit emēda vl' locāda elicere p̄t ēt ab vtroꝙ hītu hunc actū iuſt̄ ē faciēd ē ſiue emēdo ſiue locando. Scd̄o hīt⁹ nō ſortit̄ ſpēꝫ ex actib⁹ īadeq̄tꝫ: ſꝫ hmōi act⁹ ſūt iadeq̄ti iſtis hītib⁹. ꝗ ex iſtis actib⁹ nō ſortiunt̄ ſpēꝫ iſti hīt⁹ ꝗ ꝓpter vnitatē ſpecificā iſtoꝝ actuū nō ē arguēda vnitas ſpecifica hītuum verū ē tñ ꝙ ſi eēt aliq̄s hīt⁹ q̄ exiret ī iſtos act⁹ tāq̄ ī act⁹ ſibi adeq̄tos: ille eēt diſtict⁹ ſpē ab illis hītib⁹ q̄ hēret iſtos act⁹ tāq̄ iadeq̄tos: ⁊ alios tāq̄ adequatos Et pn̄t ꝑticulari⁹ declarari Sit aliq̄s q̄ audiat phm̄ vel p̄dicatorē laudātē fortitudinē de q̄ ille nihil vn̄q̄ p⁹ audiuerat: ⁊ moueat̄ ī deſideriū fortitudinis ⁊ velit fortiter facere ⁊ freq̄nt̄ eliciat hmōi volitiōēꝫ tal' frequent̄ eliciēdo hmōi actū acq̄rit quēdā hītū iclināt̄ eū ad fortiter volēdū q̄ hīt⁹ ē multū cōis ⁊ īꝑfcēs poſtea iſtruat̄ ꝑticulari⁹ de actib⁹ fortitudis: tūc mediāte actu iſti⁹ hīt⁹ ī ꝑfecti ⁊ rcā rōe dictāte ſibi ꝙ ē nūc fortit̄ expectādū ꝓ bono rei publice exit ī actū tā exteriorē q̄ iteriorē fortit̄ expectādi ꝙ ſi frequētet eū gn̄abit ī eo nouus habitus iclināſ eū ad expectēdū fortit̄ ſcd̄m iudiciū recte rōnis. Mediāte vō actu p̄mi hīt⁹ ⁊ rcā rōe dictāte ſibi ꝙ eſt nūc fortit̄ agrediēdū exibit ī actū fortit̄ aggrediēdi ex cui⁹ frequētatiōe gn̄abit ī eo ali⁹ hīt⁹ iclināſ eū ad cōſiles act⁹ ⁊ iſti duo hīt⁹ poſteriores cōtinēt p̄mū nō continētia q̄ ſuperi⁹ cōtinet iferi⁹ q̄ꝛ hec cōtinētia nō repeᵹitur iter res q̄ non ſunt ſigna ſed cōtinētia v̄tuali aut ēminētiali ſi ita velis appellare ad hūc: ſ. ſenſū ꝙ ī quēcūꝙ actū fortitudis p̄t p⁹ hīt⁹ cū potētia ī eūdē p̄t q̄lꝫ alioꝝ cū potētia ſꝫ nō eꝯ. Cuilꝫ ei hñs hītū ſꝫ vel tertium: p̄t velle facere fortit̄: ſꝫ nō q̄lꝫ hñs p̄mū p̄t velle facere fortit̄ expectamēto. ſꝫ p̄m⁹ hīt⁹ tm̄ nat⁹ ē elicē p̄mū actū. ſ. ꝙ fortit̄ faciēdū ē ꝯforiter ad iudiciū rōis Et iſte act⁹ cū rcā rōe dictāte ꝙ hoc mō vel illo fieri p̄t fortiter ꝯcurrūt ad cauſēdū alios act⁹ ex q̄b⁹ gn̄āt̄ alii hīt⁹ Ad rōēꝫ igr̄ ꝯ v. ꝯclōēꝫ pꝫ q̄ꝺ rn̄dēdꝫ ſit q̄ꝛ oſtēſū ē quomodo fortitudo mediat int̄ duo extreā. quoꝝ q̄lꝫ ꝯtiet ſub ſe alia duo ⁊ int̄ duo illoꝝ ē vna medietas ⁊ it' alia duo eſt alia medietas. Cū ꝗ dr̄ fortitudo hꝫ. iiii. extreā diſtīgr̄ vl' ſꝫ eādē ſpēꝫ ei⁹ ⁊ ſic negat̄. vl' ſꝫ diuerſas ſpēs et ſic ꝯcedit̄. hꝫ tñ duo extreā ſicut dictū ē cōta oīb⁹ ſpēb⁹ Et hoc modo itelligēdū ē ꝙ oīs v̄t⁹ mediat int̄ duo extrea. Ad vitādꝫ tñ iꝑortunitates ſophiſticas ē aduertēdꝫ ꝙ extremū v̄tutꝫ accipit̄ dupl'r. Uno modo ꝑ e itētionalr̄ ⁊ tūc extremū v̄tutis ſignificat act⁹ vicioſos int̄ quos act⁹ v̄tuoſ⁹ mediat ⁊ tūc oēs q̄ ſūt ex vno latere dn̄r vnū extremū ꝑ equalentiā: ⁊ oēs q̄ ſūt ex alio latere dn̄r ēt vnū extremū ꝑ equalentiā. Et ſm hūc mō oīs v̄t⁹ moral' dr̄ hr̄e duo extreā. Alio mō accipit̄ extremū v̄tutꝫ ſcd̄e itētiōalr̄: ⁊ tūc extremū accipit̄ ꝓ ꝯceptu ſignite oēs act⁹ vicioſos: ⁊ q̄ nō ſūt ꝯformes rcē rōi circa materiam tal' v̄tutꝫ cogitādo ſupabūdātiā vl' defcm̄. Et hoc modo ē itelligēdo data ſūt duo extreā fortitudis. cū q̄ ſtat ꝙ ſcd̄ꝫ ſpēs ſuas hꝫ q̄tuor vl'. vi. vl' plura. Sꝫ iā arguēdū ē ꝯ aliq̄s ꝺ p̄dictꝫ ꝓpoīb⁹. ⁊ ꝓ ꝯ tertiā ⁊ ꝓbat̄

argumē. buri.

rōibꝰ buridā̄ ꝙ q̄lʒ fortitudo ē cuilʒ fortitudī eādē ſpē
Etp̄o arguit auc̄te ⁊ rōe. auc̄te alberti dicēt̄ ꝙ q̄uis
ponat̄. iiii. extreā fortitudīs nō ē tn̄ niſi vnū mediū qꝛ
ſupabūdās ī tiore deficit ī audacia ⁊ ſupabūdās ī au
datia deficit ī tiore ⁊ ita īt̄ audaciā ⁊ tiorē vnicā medie
tas ē fortitudo. Sc̄do oīs ɏtꝰ ē vna ipſe q̄ ē ad vnū fi-
nē ſpē ſʒ oīs fortitudo ē ad vnū finē qꝛ ad ſaluāde bo-
nū cōe vl̄ ad bn̄ ſe hn̄de ī bello vl̄ ad optinēde ſup ini-
micos victoriā quē finē ꝯſeq̄mur aliī expectādo: aliī ag
grediēdo: aliī vtroq̄ȝ modo ǧ fortitudo eſt vna ɏtꝰ ſpē
maiorē ꝓbat qꝛ ɏtꝰ ⁊ viciū ſpecificātur fine qđ ꝓbat
auc̄te ⁊ rōe p̄mo auctoritate arꝭ. dicēt̄. iiii. ethi. ꝙ ille
nō dr̄ recte ꝓdigꝰ q̄ ꝓpt̄ itpātiā ꝯſūit pecuniā: ſʒ magꝭ
itpatꝰ dicit ēt ꝙ q̄ dat nō boni grā: ſʒ ꝓpter q̄dā aliaʒ
cām nō ē liberalis: ſʒ alꝰ q̄s vt ſi det ꝓpt̄ adulteriū ē
2 adult̄: ⁊ ſi vt ſibi det̄ ē cupidꝰ. ¶ Sc̄do ꝑ illud qđ habe
tur t̄cio ethicoꝝ. Finis aūt oīs opationis ē q̄ ſecūdū ha
bitum et forti aūt fortitudo bonū talis aūt finis det̄-
minat̄ eū vnūq̄dq̄ȝ fine. Tertio rōe ſcđʒ diuerſitatē fi-
niū diuerſificat̄ electio ǧ ſʒ diuerſitatē finiū diuerſifi-
4. cat̄ ɏtꝰ. qꝛ ɏtꝰ ē hītꝰ electiuꝰ. Quarto qꝛ nihil ē bonū
niſi ꝓpt̄ cās fiales vt dicit ꝯmētator ſc̄do metha. ǧ ne
cē ē oīa ſumē ſpēʒ ⁊ rōēʒ bōitat̄ ſue ex fīe ſʒ ɏtꝰ ē bōi-
5 tas q̄dā igr̄ ¶ Quīto tiorꝫ audacia ſūt ꝯrie paſſiōes
ǧ oīs hītꝰ iclīās ad vnū decliat ab alio. ǧ īt̄ audaciā et
tiorē n̄ ē niſi vna medietas. ¶ Cōtra q̄rtā ꝓpōnē ar̄. ⁊ ꝓ
bat̄ ꝙ tior ⁊ audacia ſūt ꝯrie paſſiōes. p̄mo auctorita
te. Arꝭ. ſc̄do rhetorice dicēt. q̄ n̄ aūt de tiore maifeſtū eſt
q̄d ſit ⁊ quō ſingl̄i hn̄tes tīmidāt maifeſtū ex his ⁊ au-
dē q̄d ē ⁊ circa q̄lia audaces ⁊ quō diſpoſiti audaces
ſūt auſibile ei ꝯrīūtido. Cōtra. vii. ꝓpōeʒ ar̄ ſic. ¶ Oēs
hītꝰ apti nati ꝓducē actꝰ eiuſdē rōis ⁊ ſpēi ſūt eiſdem
ſpēi. ſʒ q̄lʒ illoꝝ t̄ū hītuū natꝰ eſt ꝓducē actꝰ eiuſdē ſpēi
vt ī deductiōe eiuſdē ꝓpōis habet̄ igr̄ oēs illi hītꝰ ſūt
3 eiuſdē ſpēi Secūdo actꝰ ſeq̄ntes hītū ſūt eiuſdē ſpēi cū
actibꝰ ex qbꝰ hītꝰ ē geitꝰ ſʒ duo poſtrēi hītꝰ n̄ ſūt geiti
ex actibꝰ p̄mi hītꝰ. ǧ neq̄ȝ ſit̄ ꝓducti illoꝝ hītuū Tertio
5. poſito hītu p̄moꝰ cū rcā rōne de forti expectatōe p̄t elici
actꝰ fortit̄ expectādi. et poſito eodē hītu cū rcā rōe de
forti aggreſſiōe p̄t pōi fortꝭ aggreſſio ǧ ille pꝰ hītꝰ ſuf
ficit cū rcā rōe ad actꝰ hītuū poſtioꝝ. ꝯ̄ñs illi pōſtrei
hītꝰ ſupfluūt Ad p̄mā ꝯ tciā ꝓpōeʒ rn̄r (vt dctm̄ ē) q̄ꝛ for
titudie repitur vna ꝯrietas cōis ⁊ due ꝯrietates ſpēa
les. ⁊ hoc tādē cogr̄ ꝯcedē buridanꝰ q̄ in rn̄ſiōe ad q̄dā
rōēʒ opīonis quā ipugnt̄ d icā: ꝙ ſi ꝑ audaciā ītelligat̄
hītꝰ iclīās ad exceſſū ī aggreſſū Et ꝑ tīditatē ītellegat̄
hītꝰ iclīnās ad exceſſū ī fugatē audacia nō oppōit̄ ꝓ-
p̄e tīditati. ſʒ audacie oppōit̄ vecordie ⁊ tīditati ī tīdi-
tas ꝓpt̄ āt duas ꝯrietas ſpēalit̄ ponūtur due medietas
Dico p̄tea ꝙ dato ꝙ n̄ eēt niſi vna ꝯrietas extreoꝝ p̄nt
tn̄ eē p̄les medietates ſpē ꝓpt̄ diuerſas circūſtātias q̄
ſūt obiecta actuū ⁊ hītuū ꝑ ſe bonoꝝ: Ad ſcđʒ negat̄ ma
ior vt̄ ꝓbatū ē. ⁊ ad ꝓbatōeʒ dico ꝙ dupl̄r p̄t itelligi
ꝙ ɏtꝰ ⁊ viciū ſpecificāt̄ fīe: vno mō adeq̄te ⁊ total̄r ⁊ ſic
ego nego tā de actibꝰ ⁊ hītibꝰ q̄ ſūt ꝑ ſe ɏtutes aut vi-
cia q̄ ſcʒ hn̄t circūſtātias ꝓ obiect̄ q̄ȝ de actibꝰ ⁊ hītibꝰ
q̄ nō ſūt ꝑ ſe ɏtutes aut vicia. ſicut ſūt actꝰ exteriores ⁊
ēt multi actꝰ inr̄iores q̄ nō habēt circūſtātias ꝓ obie
ctis. Alio mō in adeq̄te et particulariter. ⁊ hoc ego con
cedo de actibus ⁊ habitibꝰ ꝑ ſe bonis aut ꝑ ſe malis.
Ex hoc autē nō ſequitur ꝙ vbicūq̄ȝ eſt idē finis ibi ſit e
adem ſpecies habitus. ſʒ bene ſeq̄tur ꝙ vbicūq̄ȝ eſt a-
lius ⁊ alꝰ finis ibi ē alꝰ ⁊ alꝰ hītꝰ ſʒ ſpēʒ ꝙ ɏum eſt
de hītibꝰ ꝑ ſe bonis aut ꝑ ſe malis ⁊ etiā de actibꝰ De
actibꝰ aūt nō ꝑ ſe bonis vel malis. dico p̄mo ꝙ nō ſpe
cificātur a fīe ſecūdū ſuam ſbām nec totaliter nec ptī-
aliter. pʒ qꝛ ambulādo ad eccleſiā ꝓpter deū eſt oīno
eiuſdē ſpēi cū ambulatōe ad eādē eccīaʒ ꝓpt̄ vanā glo
riam cū eadē oro cōtinuata et nō interrupta poſſit p̄i

mo fieri ꝓpter deū ⁊ poſtea ꝓpter vanā glaʒ. ⁊ deni-
gratio pietꝭ q̄ fit ꝓpter oculos ē eadē ſpē cū denigrati
one pictꝭ q̄ fit vt deturpet̄ pies. ⁊ ruptio parietꝭ q̄ fit
cā luīs hn̄di eſt eadē ſpē cū ruptione q̄ fit cā īgreſſꝰ hn̄-
di. dico ſc̄do ꝙ loq̄ndo de ſpē accn̄tali quō hō albus dr̄
alterꝰ ſpēi ab hōie nigͦ: licʒ ſit ī ꝓpriiſſima locutio ꝙ fīs
bonꝰ aliq̄n ſpecificat ⁊ aliq̄n non ſpecificat actū finis
etiā malꝰ aliq̄n ſpecificat ⁊ aliq̄n nō ſpecificat. Et hoc
ſecūdū iſtas duas ſpēs q̄ ſūt bonitas et malicia hoc ē
finis bonꝰ aliq̄n de malo actu facit bonū ⁊ aliq̄n nō: et
finis malus aliq̄n facit malū actū de bono ⁊ aliq̄n non
Exēplum p̄mi vt ſi vadā ad eccleſiā loco tpe ⁊ modo de
bitis: ſʒ tn̄ ꝓpter malū finē ſcʒ vanā gloriā. tūc mutato
fine in cōtinuatōe āmbulatiois. ita ꝙ ego iā vadaʒ ꝓpt̄
deū: ambulatio mea q̄ erat mala ꝓpter in debitū finē
iā fit bona. et ita finis bonꝰ ſpecificat eā. i. de mala fa-
cit bonā. Exemplū ſc̄di vt ſi ego vadā ad eccleſiaʒ loco
tpe mō ⁊ fine indebitꝭ ꝓpter ſolius finis trāſmutatio-
nē nō mutabit̄ actꝰ meꝰ de malo in bonū. qꝛ actꝰ meus
adhuc remanet malus propter alias circūſtācias malas
Exēplū tercii. vt ſi ego vadā ad eccleſiā loco tēpore mō
et fine debitis ſcʒ propter deū et eūdo ego mutē bonū
finē ⁊ incipiā ire ꝓpter vanā gloriam: tūc actꝰ meꝰ de
bono fiet malus. Exēplū quarti vt ſi ego vadā ad eccleſi
am propter vanā gloriā ⁊ eūdo mutē finē ⁊ īcipiā ire ꝓ
pter auariciā: tūc finis iſte nō mutat actū meū de bono
in malum. quia nō erat prius bonꝰ: ſed ſp remanet in
ſpecie mali. Si vel tamen intelligere ꝙ ſpecificat actū
meum q̄tuʒ eſt ex ſe: qꝛ ſi in rei ɏitate āmbulatio mea
fuiſſʒ bona. Iā ꝑ ꝓſtitutionē iſtiꝰ finis fient mala aut ēt
ꝙ ſpecificat eā ſcđm ſpēm malitie tranſmutatio eā de
vna ſpē malicie in aliā: qꝛ āmbulatō q̄ prius erat vana iā
eſt auara: extēdēdo hmōi denominationes: ego nō ꝯdi
co. ſʒ hoc nō eſt ſcđʒ ſpēʒ ſpēaliſſima ſʒ ſcđʒ quādā ſpeci
ficationē gn̄icā ⁊ cōmunē ſub q̄ p̄nt multe ſpēs cōtine-
ri. hec alio loco declarāda ſūt. ⁊ ibi diffuſiꝰ exponēda.
Ad primā ꝓbationē aūtis: cū dr̄ ꝙ qui ꝓpter intpantī
am cōſumit ſua nō recte dr̄ ꝓdigus ſʒ magis intpatus:
Ad hoc dico ꝙ dato ꝙ hoc eēt̄ verū ex eo nihil cōcludi
tur niſi ꝙ finis ꝯcurrit ad ſpecificationē actꝰ ſpeciali
ter aut inadeq̄te: quod maxime ɏm eſt de fine reſpectu
actꝰ et hītꝰ virtutis. Reſpectu autem hītus vicioſi (qꝛ
cum deficit vnica circumſtantia abtus ɏtuoſi: actꝰ dr̄
vicioſus. Ideo finis poteſt ſpecificare totaliter: ſpecifi
catione tamē generali ſub qua multe ſpēs ꝯtinebūtur
Dico ſecūdo ꝙ. Arꝭ. non hʒ qđ allegatur. Pro quo tn̄
ē aduertēdū ꝙ Arꝭ hʒ ſc̄do capl̄o p̄mi tractatꝰ q̄ q̄ dat
qbꝰ nō oportet vel nō boni grā. ſʒ ꝓpter aliā cām non
eſt liberalis ſʒ alꝰ quis dicet̄. vbi euſtraciꝰ hoc ē (inq̄t)
prodigus vel itēperatꝰ. Et capl̄o ſeq̄nti vbi de prodi-
go loq̄tur propt̄ qđ (inquit) intpati ipoꝝ ſūt multi. fa-
cile eīn ꝯſumētes in itpantias ꝯſūptiui ſūt ⁊ ꝓpter nō
ad bonū viuere ad voluptates declinant. Et cōcludit
ex his ꝓdigꝰ igr̄ iducibilis eſſe ſi ī hec tranſit. Ad hoc
ǧ qđ argumētū q̄rit vtꝝ prodigus cōſumēs propt̄ intē
perātiā ſit magis itpatꝰ q̄ȝ ꝓdigus. Rn̄deo ꝙ ꝓdigus
ꝓprie dr̄ ille q̄ ſine hōeſtate ⁊ vtilitate vera vel eſtiata
pecunias facile cōſūit. Dico igit̄ p̄mo ꝙ prodigalitas
mediāte actu ſuo elicito inclinat ad actum intpantie. 3
Patet quia q̄ ſunt illiberales frenū hn̄t ⁊ īpedimētum
ꝯ intpantiā ſcilʒ retētionē vel amorē pecuniaꝝ. ſʒ ꝓdi-
galitas aufert hmōi amorē: igit̄. Secundo dico ꝙ ali
quis cōſumens pecuīas ꝓpter intpātiā ē intpatus ⁊ nō 2
ꝓdigus. patet quia alicui tali intpātia eſt cā ꝯſumēdi
et non cōtēptus pecuniaꝝ: ⁊ maxime in illo q̄ alias nō
eēt pecunias cōſumpturus. Tertio dico ꝙ aliquis ꝯſu
mēs pecunias ꝓpter intpātiā ſimilis ē ꝓdigus ⁊ itpa 5
tus. pʒ qꝛ aliquis talē ē qui negligit pecunias ⁊ q̄ ꝑ faci
li cā ⁊ leui cōſūit etiā ꝑ qua recta rō nō dictat eas eē

cōſumendas.q̄ꝛ ergo leuis ⁊ icōſideratꝰ ē in ꝯſumptio
ne pecūiaꝝ nec eas diligit dicit̃ ꝓdigꝰ q̄ꝛ vero eis ab=
utit̃ ad explendam intēperētiā ſuā dicit̃ intēperatus.
4. ¶ Quarto dico ꝙ aliq̄s talis eſt magis itēperatꝰ q̄ ꝓ
digus ⁊ aliq̄s magis ꝓdigꝰ q̄ itꝑatꝰ. Pꝫ q̄ꝛ i aliquo
tali eſt itēſioꝛ amoꝛ voluptatꝫ q̄ neglectꝰ pecuniaꝝ. In
aliq̄ vero ē itenſioꝛ neglectꝰ pecuniaꝝ ꝯtra iudiciū ra
5. tiōis q̄ amoꝛ voluptatis. ¶ Quīto dico ꝙ talis ex hoc
dꝛ intēperatꝰ ⁊ nō ꝓdigꝰ q̄ꝛ ꝯſumit pecunias i volupta
tibꝰ. Pꝫ q̄ꝛ in hoc qḋ ē ꝯſumere pecunias i voluptati
bus intꝑate exꝑmit̃ ꝓpꝛius actꝰ intꝑātie ⁊ nō ꝓpꝛius
actꝰ ꝓdigalitatis. Ad aliā aūt ꝯcedo de determinatio
ne cōi ⁊ gñica: ꝑ quā tñ actꝰ recedit a q̄dā ꝯfuſiōe. vt ſi
q̄s iret ad eccleſiā ⁊ nō ꝓpt̃ aliquē finē: iſte actꝰ mūdū
eſſet bonꝰ vel malꝰ: ſuppoſito ꝙ ꝑ nullā aliā circūſtan
tiā redderet̃ malꝰ. Tūc aſſūpto bono fine puta cultu di
uino/ eſſet bonꝰ. aſſūpto xͦo malo fine/ vt puta ydola=
tria eſſet malꝰ. Ad terciū ꝯcedo ꝙ ſm diuerſitatē finiū
diuerſificat̃ electioꝛ maxīe loquēdo de electiōe ꝑ ſe bo
na. nō opꝫ tñ ꝙ ſm idēptitatē finiū idēptificet̃ electio.
Iuſtꝰ eñ ⁊ foꝛtis eūdē finē hñt: ⁊ tñ nō eadē eoꝝ electio
imo vnꝰ vnomō ꝓcurat ſalutē rei publice ⁊ aliꝰ alioͦ
Et hoc pꝫ ēt exēplo medici ſanātis diuerſos egros. q̄
lꝫ hēant eūdē finē nō tñ eaſdē electiōes. Ad q̄rtam nego
ꝯñam ſi itelligat̃ de ſpē ſpēaliſſima/ ⁊ de ſumere tolla
tur ⁊ adeq̄te. Ad. v. dictū eſt ſatis. ¶ Ad rōnē ꝯtra quar
tā ꝓpōem iā rñſū eſt. quia dictū ē quō timoꝛ ⁊ audacia
ꝯriant̃ ⁊ quō nō. Ad pmā rōez cōtra. vii. ꝓpōem cōcedo
maioꝛē de actibꝰ adeq̄tis oibꝰ illis hitibꝰ ⁊ i hoc ſen
ſu nego mioꝛē. Nā pmꝰ hitus cāt pmū actū tāq̄ ſibi ade
q̄tū: poſterioꝛes vero cānt eū tāq̄ ſibi iadeq̄tū: ⁊ hñt ali
os actꝰ eis adeq̄tos. ¶ Ad ſcḋaꝫ ꝯcedo maioꝛē de acti
bus adeq̄tis hitū ſeq̄ntibꝰ. ¶ Ad t̃ciā negat̃ vtraqꝫ ꝑs
aūt ⁊ ſi itelligat̃ cū ꝑciſiōe ⁊ excluſiōe cuiuſlibꝫ alterꝰ
actꝰ t̃ hitꝰ. ⁊ dico ꝙ ſi poneret̃ pmꝰ hitꝰ cū rctā rōe ⁊c.
nūq̄ exiret in actū ſcḋi vel t̃cii hitꝰ. Sꝫ dico ꝙ poſita re
cta rōe ⁊c. cū iſto hitu pmo iſte hitꝰ exit i actū ſibi ꝓpꝛiū
⁊ iſte actꝰ. ſ. foꝛtit̃ faciēdū ē cū recta rōe dictāte de foꝛti
expectatiōe incliat ad actū foꝛtit̃ expectādi. ex cuꝰ fre=
q̄ntatiōe gñat̃ nouꝰ hitꝰ i ſic oꝑante. ¶ Ad rōes poſt
taſi pn̄cipio q̄ſtiōis. Ad pmā ꝯcedit̃ maioꝛ ⁊ negatur
mioꝛ ꝑ vtraqꝫ ꝑte. Ad ꝓbationē pme ptis rñdeo ꝙ ꝓ=
cedit de foꝛtitudīe q̄ ē robur coꝛꝑis de q̄ hic nō loq̄mur
Ad ſcḋaꝫ pt dici vt dt. b. Thōas ꝙ auctoꝛitas apl̄i itel
q.c.xxiii. ligit̃ de ifirmitate coꝛꝑali. foꝛtitudo aūt ē ifirmitas mē
2.2. arti. tis nō coꝛꝑis. Alit̃ pt dici ꝙ aplūs accipit ifirmitatē ꝑ
pmo. rebelliōe paſſionū ⁊ oppugnatiōe xͦtuoſe mētis. quas
paſſioes ⁊ ifirmitates crebꝛo vīcēdo augemꝰ xͦtutē no
ſtrā ac ꝑficimꝰ/ q̄ foꝛte nō oppugnata toꝛpeſceret ⁊ de
bilitaret̃. ¶ Ad ſcḋam rōem negat̃ aña ⁊ ad ꝓbationē
pmā rñdeo ꝙ ꝓcedit de foꝛtitudīe ſcḋomodo accepta.
¶ Ad ſcḋam ꝓbationē q̄ ē ex ābꝛoſii auc̄te dico ꝙ loq̄t̃
de foꝛtitudīe. tercio mō q̄ ſcꝫ cōis ē magnanimitati et
foꝛtitudini ꝓpe dicte q̄ dr̃ defēdē oꝛamēta oīꝫ xͦtutū q̄ꝛ
ſm ari. magnani ē q̄q̄d ē i oī xͦtute maxim. dr̃ ēt cuſto
dire iudicia nō q̄ꝛ eliciat foꝛtitudo actꝰ iuſticie: ſꝫ q̄ꝛ ꝑ
iudiciis exeq̄ūēdis ⁊ ſeruādis foꝛtꝫ ꝑatꝰ eſt ſe diſcrimi
moꝛtꝫ obiicē. dr̃ etiā foꝛtitudo decertare aduerſꝰ oīa
vicia: nō q̄ꝛ magnanimitas eliciat actꝰ oīꝫ xͦtutū: ſꝫ q̄ꝛ
magnanimitas mediāte actu ſuo elicito/ icliat ad fu=
gā oīm vicioꝝ. magnani eñ ē velle fugē oēꝫ turpitudi=
nē mediāte q̄ volitiōe magnanimꝰ ſiue foꝛtꝫ decertat ꝯ
oīa vicia. ꝙ ſi iuicta ad laboꝛes ⁊ foꝛtis ad ꝑicula hꝫ
ex ſe foꝛtitudo hocmō dicta. ꝙ ſit rigidioꝛ aduerſꝰ vo
luptates ⁊ ꝙ fuget auariciā hꝫ nō q̄ꝛ elicit actꝰ xͦtutū
oppoſitaꝝ: ſꝫ q̄ꝛ mediāte actu ſuo elicito iclinat ad ho
rū oīm fugā tāq̄ ad fugā eoꝝ q̄ ꝓpꝛiū actū ſuū ipediūt.
oīs eñ xͦtꝰ mediāte actu ſuo elicito iclinat in fugā oīꝫ
illoꝝ vicioꝝ q̄ ꝓpꝛiū actū ſuū impediunt.

Queritur ſcḋo. Utrum foꝛtitu=
do ſit xͦtus cardinalis. Arguitur ꝙ nō oīs
xͦtꝰ cardinalis ē pn̄cipue circa ea circa q̄ xͦſa
tur vita hūana ſꝫ foꝛtitudo nō eſt circa ea i q̄bus p̄ci
pue xͦſat̃ vita hūana. ergo foꝛtitudo nō ē xͦtꝰ cardina
lis. minoꝛ ꝓbat̃: q̄ꝛ foꝛtitudo ē circa ꝑicula moꝛtꝫ i bel
lo q̄ raro occurrūt i bello. ¶ In oppoſitū ē cōis phōꝝ
⁊ theologoꝝ opinio. nā gregoꝛiꝰ. xxii. moꝛaliū: ābꝛoſi
us ſuꝑ lucā. ⁊ Augꝰ. libꝛo de moꝛibꝰ eccl̄ie foꝛtitudinē
int̃ xͦtutes cardinales enūerāt. Pꝛo rñſione ad q̄ſtio=
nē ſit pma ꝯcluſio. Nō iō aliq̄ xͦtus dꝛ cardinalis q̄ꝛ pn̄= 1.cōclu. Iſta ꝯ pom. ꝯ. tho
cipue ſibi vēdicat id qḋ ꝑtinet cōit̃ ad xͦtutes. ꝓbat̃ q̄ꝛ
ſi ſic ſeq̄ret̃ ꝙ eſſet tm̄ tres xͦtutes cardīales: eo ꝙ tm̄ ſꝫ
tria q̄ ꝑtinēt cōit̃ ad oēs xͦtutes: ſicut habet̃ cōiter ſcḋo
ethicoꝝ ſcꝫ ꝙ opꝰ fiat ex certa ſcia ⁊ electiōe/ ꝙ ꝓpt̃ fi=
nē/ ⁊ ꝙ fiat firmiter ⁊ imobili iudicio. ¶ Scḋo hec tria 2.
ita ſūt cōia oibꝰ xͦtutibꝰ ꝙ nō magis inſūt vni q̄ alt̃i:
niſi foꝛte ꝓueniat ex itēſiōe ipſiꝰ hitus: ita ꝙ hitꝰ ceterꝫ
ꝑibus quanto ē itenſioꝛ tāto magis ſibi vendicat iſta
tria: ⁊ nullꝰ ſibi vēdicat ex rōe generꝫ vel ſpēi ſue. Naꝫ
oīs habitꝰ xͦtuoſus moꝛalis ē hitus electiuꝰ medii a q̄
nō diſcedit q̄diu recta rō dictat eē imoꝛādū. Ex q̄ ifert̃
ꝯtra btm̄ thomā ꝙ foꝛtitudo nō iō dr̃ xͦtus cardialis Coꝛrela.
q̄ꝛ maxime ſibi vēdicat laudeꝫ firmitatis ınq̄tū ſcꝫ illō eadeꝫ. q.
qḋ ipellit ad deſerēdū opꝰ foꝛtitudis grauꝰ ipellit q̄ arti. ii.
illō qḋ ipellit ad deſerēdū opꝰ tꝑantie. q̄ꝛ doloꝛ grauꝰ
⁊ vehemētiꝰ ipellit ad deſerēdū opꝰ bonū q̄ voluptas
Iō firmitas foꝛtitudīs ē magis laudabilis q̄ firmitas
tꝑantie. ꝓbat̃ coꝛrelariū. Oīs xͦtꝰ ſm gradū heroicū
hꝫ firmitatē eq̄liter laudabilem. igit̃. non iō foꝛtitudo
dicitur cardinalis quia vendicat ſibi firmitatem eque
laudabilē. aña ꝓbat̃: q̄ꝛ ⁊ iuſtꝰ ⁊ tꝑatꝰ ſm gradū heroi
cū hñt firmitatē i ope ſuo tā laudabileꝫ ꝙ ſūt ꝑati non
deſerē opꝰ ſuū ꝑ q̄cūqꝫ qḋ ē ꝯtra rectā rōneꝫ imo de fa
cto hñt opꝰ tā difficile ꝙ ꝑ difficultate ſua ipm̄ ē poſi=
tū ſupꝛa cōeꝫ hoīm facultateꝫ/ aut ex natura actꝰ/ aut
ex circūſtātia imo firmitas eoꝝ ē tāta ꝙ hñt actū actu=
aliter iꝑatiuū moꝛtis ſubeunde: ſi nō ſubeūdo moꝛtē
recta rō dictet ꝙ deſerat opꝰ xͦtutꝫ. hmōi aūt firmita=
te nulla eſt maioꝛ aut laudobilioꝛ. ergo q̄libꝫ xͦtꝰ i gra
du heroico firmitatē eq̄ laudabilē firmitati foꝛtitudis
ſibi vēdicat. ¶ Scḋo: cū hmōi firmitate ſtat ꝙ vita hu 2.
mana nō voluat̃ circa hmōi xͦtutē tanq̄ circa cardineꝫ
aut ꝙ ſm eā limitet̃ hūana honeſtas: aut ꝙ i rebꝰ gra
uibꝰ ⁊ difficilibꝰ mēs nihil agat ſine ea. ergo i hoc nō
ꝯſiſtit cā quare foꝛtitudo ſit xͦtꝰ cardialis. Eſt tñ i hac
mat̃ia difficile ꝓbare vel iꝓbare ꝙ nulla xͦtꝰ dr̃ car
dialis ſm ꝓpꝛietatē ſermōis. ſꝫ tm̄ ſm q̄dā ſimilitudi
nē. difficile ē aūt ꝯſidere a q̄ ꝓpꝛetate ſit deriuata ſimili
tudo. ¶ Scḋa ꝯcluſio: nō iō aliqua xͦtꝰ dꝛ cardialis q̄ꝛ 2.cōclu.
ſic circa eā voluit̃ velut i cardinibꝰ tota hūana ꝯuerſa
tio/ ꝙ hñs eas ē ſimplicit̃ bonꝰ ⁊ nō malꝰ: aliqua vero
deficiente q̄bꝰcūqꝫ aliis hitis nō dr̃ ſimplicit̃ bonꝰ. Et Buri. 5.
expōit adhuc buridanꝰ addēs ꝙ ſic ſuꝑ xͦtutes cardia ethi. q. 19.
les ſuſtētat̃ hūana ꝯuerſatio ꝙ alie nō ſūt niſi de ꝯgrui
tate ⁊ decoꝛe bōitatꝫ humāe ⁊ nō de neceſſitate. Et rōe
huiꝰ ꝓbat̃ ꝙ peccādo viciis oppoſitꝫ iſtis xͦtutibꝰ mo
ralibꝰ peccat moꝛtalit̃ ⁊ hō ſimplicit̃ dr̃ malꝰ. Sꝫ pec
cādo viciis oppoſitꝫ aliis xͦtutibꝰ nō peccat̃ moꝛtalit̃ K
nec dr̃ hō ſimplicit̃ malꝰ. ¶ Pꝛo ipugnātiōe huiꝰ opinio 1. ꝓpoſi.
nis ⁊ ꝓbatiōe ꝯcluſiōis pn̄s poīte ſit pma ꝓpō. Nō q̄li
bet peccās vicio oppoſito xͦtuti cardiali peccat moꝛta
lit̃. ꝓbat̃. q̄ꝛ ſi ſic: ſeq̄ret̃ ꝙ q̄libꝫ peccās vicio oppoſito
magnanitati peccaret moꝛtal̄r. ſꝫ ꝯñs ē fl̄m igr̃. pꝫ ꝯña
q̄ꝛ foꝛtitudo fꝫ ꝙ ē xͦtꝰ cardial̄ ē cōis tā magnitati q̄
foꝛtitudi ꝓpe dicte. Et falſitas ꝯñtis pꝫ ꝑ ari. iiii. ethi.
di. ꝙ caimꝰ ⁊ puſillanimis nō ſūt mali/ deficiēs aut in
q̄t puſillanimis: ſuꝑabūdās aūt caimꝰ nō mali q̄d cēvi
dēt̃/ neqꝫ iuſti/ nō eī malefactoꝛes ſūt peccātes autem.

Et rõem aſſignat. qꝛ vident̃ ſeipſos ignorare. Et ad-
huc ↄcludit de puſillanib⁹ ꝙ magis videt̃ eẽ pigri ꝙ̃ i
ſipiẽtes ⁊ hoc ẽt ↄcedit buridan⁹. Q̃ð aũt fortitudo ſe
cũdũ ꝙ ẽ cõis magnanimitati ⁊ fortitudini ꝑprie dicte
ſit ṽt⁹ cardinalis pꝫ ꝑ grego. ⁊ ãbro. ſenecã. tullium et
gñalit̃ oẽs auctores: q̃ diuiſerũt ṽtutẽ i quattuor tm̃.
Tales em̃ magnanimitatẽ ⁊ fortitudinẽ eãdẽ ṽtutẽ fe
cerũt ⁊ aliĩ huiuſmõi ṽtutẽ noĩe magnanimitatꝫ: aliq̃ñ
noĩe fortitudinis appellauerũt. ⁊ ad hoc ꝓbandũ va-
2. lẽt multa ſupi⁹ allegatã. ¶ Secũdo ſi ſic: ſeq̃ret̃ ꝙ ex-
ceſſiua illiberalitas ſiue ſupabundãs amor pecuniarũ.
ſecluſa iniuſtitia ad alteꝝ nõ eẽt pctm̃ mortale: ⁊ ꝑ ↄñs
null⁹ auar⁹ peccaret mortalit̃ niſi ſimul eẽt iniuſt⁹ ſed
ↄñs ẽ falſũ. ⁊ pꝫ ↄña. qꝛ ſm̃ burida. liberalitas non eſt
niſi ad decorẽ honeſtatis moralis in tm̃ ꝙ peccãs vici
is oppoſitꝫ nullo peccet mortaliter niſi ſimul ſit iniu
3. ſtus. ¶ Tertio ſeq̃ret̃ ẽt ꝙ iracũdia ⁊ mẽdaciũ q̃bus tm̃
nihil iniurie alteri afferret̃: ẽt ꝙ̃tũcũqꝫ feruẽti deſide-
rio fierẽt nõ eẽt pctm̃ mortale. Illud ẽt argueret̃ de ia
ctãtia ⁊ appetitu vane laudis. nullũ em̃ taliũ eẽt pctm̃
4. mortale niſi ſimul ꝑ ea afferret̃ alt̃i iniuria. ¶ Quarto
qꝛ ſeq̃ret̃ ꝙ religioſ⁹ dat⁹ ↄtẽplationi diuinoꝝ q̃ nũꝙ̃
cogitat ſubire ꝑicula mortꝫ i bello nõ eẽt ꝑfect⁹ ſm̃ hu
manã honeſtatẽ. ↄñs videt̃ abſurdũ igit̃ ⁊c. pꝫ ↄña. qꝛ
talis nõ hꝫ ṽtutẽ fortitudinis ſtricte accepte: quã buri
da. ꝑ ſe ⁊ nõ ſcðm ꝙ icludit magnanimitatẽ dicit eſſe
ṽtutẽ cardinalẽ. ¶ Quito qꝛ ſi ſit. ſeq̃ret̃ ꝙ fortitudo
5. hmõi ſtricte accepta nõ eẽt virt⁹ cardinalis. ↄñs ẽ cõ-
tra opĩnãtẽ ⁊ pꝫ ↄña. Tũ ꝑmo qꝛ peccãs ↄtra fortitudi
nẽ per audaciã nõ videt̃ peccare mortaliter. neqꝫ repe-
rit̃ ꝙ ari. dicat eã malũ: ſꝫ tm̃: ſuperbũ: audacẽ ⁊ ficto-
rem vere fortitudinis. Tũ ſecũdo qꝛ non omis q̃ timet
vbi etiã recta rõ ſi eſſet dictaret nõ eẽ timẽdũ peccat mor
taliter. Cũ q̃s timeat intẽdũ ꝑpt̃ inexperiẽtiã periculo-
rũ. Sicut ecõtra: aliq̃ ſũt audaces ꝑpter experiẽtiã eo-
rũ vt vult Ari. in eodẽ tertio. Tũ tercio qꝛ ſi null⁹ pec-
cãs vicio oppoſito fortitudini peccat mortalit̃ niſi ſi-
mul iniuriã afferat alteri puta reipublice. ergo cũ ꝑpter
hanc rõem ſolã buridanus neget alias ṽtutes eẽ car-
dinales ſequit̃ q̃ð fortitudo ſtricte accepta nõ ẽ ṽt⁹ car
6. dinalis. ¶ Sexto ſi ſic ſeq̃ret̃ ꝙ oĩs iprudẽtia eẽt pctm̃
mortale: ⁊ maxie q̃ nõ eſſet iuicibilis. ſꝫ ↄñs eſt fſm̃. ⁊ pꝫ
ↄña qꝛ oĩs iprudẽtia eẽt viciũ oppoſitũ prudẽtie q̃ ẽ vir
tus cardialis. Et falſitas ↄñtis pꝫ. Tũ qꝛ nõ tenet̃ crea
tura rõalis ad q̃libet prudẽtiã. Tũ qꝛ obliquatio i mĩ
tis dirigibilib⁹ ꝑ prudẽtiã nõ ẽ pctm̃ mortale: vt dedu
cit buridan⁹ de ꝓdigalitate: magnificẽtia: affabilitate
eutrapelia: mãſuetudine ⁊ aliis multis. ergo nec ipru-
dẽtie oppoſite prudẽtiis directiuis haꝝ opationũ ſũt
pctã mortalia. Ex his oĩb⁹ ſatis videt̃ ſupradicta ↄclu
ſio ꝓbata. Scꝫ ꝙ nõ iõ aliq̃ ṽtus dr̃ cardialis qꝛ circa
eã voluit̃ hũana ↄuerſatio mõ ſupra ꝑ buridanũ expo
3. conclu. ſito. ¶ Tertia ↄcluſio. iõ q̃ttuor ille ṽtutes: prudẽtia:
reſo. doc. iuſticia: tpantia: ⁊ fortitudo dicũtur cardiales qꝛ circa
1. eas tanq̃ circa cardines ſic voluit̃ moralis honeſtas
ꝙ hñs eas hꝫ potiſſimos ṽtutũ habit⁹ ⁊ cũ hoc habet
habit⁹ iclinãtes ad act⁹ oĩm aliaꝝ virtutũ moraliũ et
eos limitantes: ita ꝙ ꝑ hmõi quatuor hui⁹ facilit̃ exit
in oĩm aliaꝝ ṽtutũ act⁹ ⁊ eos moderat̃. ꝓbat̃. ṽtutes
em̃ dicunt̃ cardinales aut ꝑ ſimilitudinẽ ad cardines
oſtii aut ꝑ ſimilitudinẽ ad cardines orbis: aut ꝑ ſimili
tudinẽ ad carnaliũ dignitatẽ ac cetũ. ꝑmo q̃dẽ qꝛ ſicut
circa cardines voluit̃ oſtiũ ⁊ voluẽdo apit̃ et claudit̃:
ita ⁊ circa has ṽtutes vniuerſa moralis honeſtas vo-
luit̃. ſꝫ hoc non ẽ qꝛ ꝑter iſtas nõ ſit alia moralis hone
ſtas: vt õ ꝓbatũ ẽ. Nec qꝛ nulla ihoneſtas moralis alia
ab ihoneſtatib⁹ iſtis ṽtutib⁹ quatuor oppoſitꝫ ſit ma
2. la. iõ dicũt̃ cardinales mõ dicto in ↄcluſione. Secundo
dicunt̃ cardiales ꝑ ſimilitudinẽ ad cardinas celi: qꝛ ſi
cut cardĩes celi ſupeminẽt toti mũdo iferiori: ⁊ celeſtes
mot⁹ determinãt ⁊ limitãt: ⁊ mot⁹ eꝛ⁹ diſtinguũt: ita ⁊ hu
iuſmodi ṽtutes ſupeminẽt i domicilio mẽtis nr̃e ⁊ li-
mitãt ⁊ diſtinguũt omes mot⁹ eꝛ⁹. Tũ qꝛ iclinãt (vt di-
ctũ ẽ) in mot⁹ aliaꝝ ṽtutũ. Tũ etiã qꝛ icũbẽdo opibus
aliaꝝ ṽtutũ maxie cauendũ ẽ ne ſm̃ aliquã iſtaꝝ qua-
tuor peccet̃. qꝛ tũc deſerẽdũ eſſet op⁹ alti⁹ ṽtutis. ⁊ iu-
ſticie vel tẽperãtie vel fortitudini vel prudẽtie vacãdũ.
Tertio dicunt̃ cardinales ꝑ cõpationẽ ad cardinaliũ 3.
cetũ: qꝛ ſicut cardinales aſſiſtũt ſũmo pontifici ⁊ i gene
rib⁹ ac arduis reb⁹ ſũm⁹ põtifex nihil agit ſine eis. Ita
⁊ he. iiii. ṽtutes aſſiſtũt hũane menti ſine q̃b⁹ humana
mẽs nihil arduũ ⁊ difficile facile ꝑſumit. Sed ꝑ earum
moderationẽ exit in oẽs honeſtatis moralis actus. q̃ð
veriſſime pt̃ itelligi ꝑ iclinationẽ ⁊ imitationẽ iã dictã
non puto tñ ex hac ſimilitudine trãſlatũ eẽ nomẽ cardi
nalis ad ṽtutes ſed trãſlationẽ noĩs ꝑ hãc ſimilitudi-
nẽ fuiſſe cõfirmatã. poſt has aũt tres ſimilitudines ad
dit guillerm⁹ piſien. ṽitas tñ in hoc ẽ (ſicut magis cre-
din⁹) qꝛ ex ꝑncipatu ⁊ ꝑcellẽtia quã habere viſe ſũt ad
alias dicte ſũt cardinales. iſte aũt ꝑncipat⁹ ⁊ hec ꝑcel
lẽtia ↄſiſtit i trib⁹ ↄditiõib⁹ expſſiſ i ↄcluſiõe: prima eſt
ꝙ ſint in regimine mẽtis potiores. Scða ꝙ iclinent in
act⁹ aliaꝝ ṽtutũ ⁊ facilitẽt eos. Tertia ꝙ limitẽt alia-
rũ ṽtutũ act⁹ ⁊ opa. ꝑmũ deduci poſſet. Tũ ex materia
Tũ ex actib⁹: Tũ ex viciis oppoſitis. ſꝫ qꝛ hoc ab oĩbus
eſt ↄceſſũ: iõ ſupſedeo. ⁊ apparebit etiã ſatis ex tertio.
Scðm pꝫ nã q̃ ẽ iuſt⁹ ꝑfecte ⁊ hꝫ habitũ prudentie faci
le acq̃rit ſibi mãſuetudinẽ. Nã iuſtus facile aſſueſcit ad
tolẽdã iracũdiã oẽm ꝑ quã ifert̃ iniuria alteri. q̃ iracun
dia pacata facilit̃ etiã pacat̃ oĩs alia. Similit̃ q̃ ẽ iu-
ſtus ꝑfecte facile vitat oĩa vicia oppoſita ṽtutib⁹ hũa
ne cõicationis ꝑ q̃ ledit̃ ꝑxim⁹: qꝛ ſe maculãdo illis vi-
ciis etiã ſe macularet iuſticia. Similit̃ q̃ ẽ fortis ⁊ ma
gnanim⁹ ex ipſa aĩmi celſitudine ⁊ magnanimitatꝫ cõ
ditiõib⁹ facilit̃ fit liberalis ꝑpt̃ ↄtẽptũ pecuniaꝝ queꝫ
hꝫ. Sed adhuc (inq̃t Ari. in q̃rto ethicoꝝ) ⁊ circa diuici
as ⁊ potẽtatũ: ⁊ oẽm bonã fortunã: ⁊ ifortuniũ mode-
rate hẽbit quõcũqꝫ fiãt. ⁊ neqꝫ bñ fortunat⁹ gaudioſus
erit: neqꝫ ifortunat⁹ triſtis. ⁊ paulo poſt rõem aſſignat
Qui aũt (iq̃t) ⁊ honor puũ eſt: huic ⁊ alia. ꝑpt̃ q̃ð ⁊ de
ſpectores vident̃ eẽ. Similit̃ q̃ vere magnanim⁹ eſt ꝑ-
pter eãdẽ cãm facilit̃ fit magnific⁹. ad q̃ð etiã iclinat̃ ꝑ
iuſticiã. Tũ ex religiõe q̃ ẽ cult⁹ diuin⁹ ꝑ quã iclinamur
ad magnifice faciẽdũ circa tẽpla diuina: ⁊ gñalit̃ cir-
ca oĩa q̃ ꝑtinẽt ad cultũ diuinũ. Tũ ex pietate q̃ ẽ amor
ꝑrie ac parentũ ac eoꝝ oĩm q̃ nobis aliq̃ nature neceſ-
ſitudine ↄiũcti ſũt. ꝑpt̃ quã iclinamur magnifice face-
re in his q̃ ad dec⁹ ꝑrie ꝑtinẽt in nuptiis filioꝝ ⁊ filiaꝝ
⁊ in funerib⁹ eoꝝdẽ vel parẽtũ noſtroꝝ ⁊ i edificiis ad
poſteritatẽ noſtrã ꝑuẽturis. Qui ẽ etiã magnanim⁹ in
clinat⁹ ẽ ad mãſuetudinẽ. qꝛ ſcðm Ari. in q̃rto magna
nim⁹ nõ eſt memor mali. nõ em̃ (inq̃t) eſt magnanimi re
cordari aliq̃lit̃ ⁊ mala. Inclinat̃ etiã magnanim⁹ faci
lit̃ ↄtra vicia oppoſita illis trib⁹ ṽtutib⁹ hũane cõica
tiõis. Cũ nõ ſit iactator nec maliloqu⁹: nec de ꝑuis plã
ctiu⁹ aut deꝑcatiu⁹: nec oditor nec amator: occult⁹ ⁊ ma
gis ṽitatẽ curet ꝙ̃ opinionẽ. Qui aũt tpat⁹ eſt: facilit̃
etiã exit i act⁹ aliaꝝ ṽtutũ. nã tpat⁹ paucioꝛib⁹ multũ
eget ꝙ̃ intpat⁹ cũ in itpatis ſũptus nõ nccĩus ⁊ ſupflu⁹
q̃ fit ꝑpt̃ voluptatẽ excedat ſũptũ reꝝ nccãꝝ ad vitam
q̃re ſibi plura ſupſũt q̃b⁹ liberalit̃ ⁊ magnifice facere
poterit: itẽperãtia etiã actualis excitatiua ẽ iracundie
ↄtra mãſuetudinẽ: diſcordie ⁊ litigii ↄtra affabilitatẽ
iactãtie ↄtra ṽitatẽ ſcurrilitatꝫ ⁊ iriſiõis ↄtra eutra
peliã ⁊ inuerecũdie ↄ verecũdiã laudabilẽ paſſionẽ q̃ oĩa
facile ꝓbari poſſẽt auctũb⁹ ſacre ſcripture ſctõꝝ ⁊ pho
rum. Tercium probatur ſcilicet ꝙ iſte ṽtutes quatuor
ſint limitatiue actuum ⁊ operuꝫ oĩm aliaruꝫ ṽtutuꝫ.

Quia ſi ſit agendū ſcḋm aliquā aliarū virtutū ⁊ ppꝛ circūſtantias occurrentes neceſſe ſit vel deſerere illud opus vel cōtra aliquā harū virtutū peccare: recta ratio dictabit opus illius virtutis eē tūc deſerēdū: et nō eſſe peccandū per iniuſticiā vel per intēperātiā vel per imprudentiā: aut cōtra foꝛtitudinē. verbi grā. Si ſuccurrendum ſit pauperi ⁊ recta rō ꝑ rerū cōditione dictet ꝙ ego nō poſſum ſuccurrere ſibi niſi detinēdo alienū: aut alteri iniuriā faciendo. teneoꝛ nulli iniuriā inferre ⁊ ſi aliter non poſſim pauperi ſuccurrere: debeo ſuccurſū illū liberalē deſerere. Et dico liberalē: qꝛ ſcḋm multos in aliquo caſu puta neceſſitatis aut eminētis indigētie ſuccurſus nō eēt liberalis: ſed eēt opus iuſticie. Siĺr ſi tpe quo faciendū eſt foꝛtiť ⁊ q̄renda ſunt arma ad defenſionē ciuitatis quā hoſtes oppugnāt occurrat michi opus magnificentie ⁊ non poſſim vtriq̄ ſimul ſufficere: ego deſerā opꝰ magnificētie: ⁊ incūbā operi foꝛtitudinis. Eodē mō poſſet de aliis virtutibus oſtendi. Per hūc ergo modū iſte q̄tuoꝛ virtutes limitāt oīm aliarū virtutū actꝰ.

4. cōclu. ¶ Quarta concluſio. Foꝛtitudo ſtrictiſſime accepta non enumerať ab autoꝛibus inť virtutes cardinales. ſed foꝛtitudo coīter accepta ad magnanimitatē et foꝛtitudinē ꝑpꝛie dictā coīs. Pria pars ꝓbať ꝑ rōem factā aā oppoſitum.

2. ¶ Scḋo non eſt veriſimile ꝙ viri ſcti ⁊ perfecti in morali honeſtate careant aliquo vno toto gn̄e virtutum cardinaliū. ſed innumeri tales caruerunt foꝛtitudine ſtricte accepta: nec vnq̄ habuerūt actꝰ nec exterioꝛes nec interioꝛes talis virtutis. et ſi habuerūt aliq̄s interioꝛes fuerūt remiſſiſſimi ⁊ diſtātiſſimi ab iperio ex-
3. ecutionis: imo multi nec vrbes incolebant. nec res publicas adminiſtrabāt igitur. ¶ Tertio. Humilitas eſt vnū de maxīs fūdamentis ⁊ vnus de cardinibꝰ moralis honeſtatis. ergo vel ē virtus cardinalis vel pars virtutis cardinalis. ſed nō eſt virtus cardinalis: vt conſtat: ergo eſt pars alicuius virtutis cardinalis. ſed ipa nō eſt pars prudētie: nec iuſticie: nec tēperātie: nec foꝛtitudinis ſtrictiſſime accepte: ergo foꝛtitudo ſtrictiſſime accepta nō eſt vna de virtutibus cardinalibus. et per ꝯñs ꝑter tres alias dabilis ē quarta: foꝛtitudine hoc mō accepta coioꝛ: ſub q̄ humilitas cōtineať. nulla aūt ē niſi foꝛtitudo cōiter accepta: q̄ ſub ſe magnanimitatem cōtinet: et ſub q̄ cōtineť humilitas. vt patebit
4. cū de magnanimitate ageť. ¶ Quarto ꝓbať concluſio rōe ſupꝰ ſctā. qꝛ oēs auctoꝛes q̄ virtutē in quattuoꝛ virtutes cardinales diuidūt: de magnanimitate et foꝛtitudine indifferēter loquunť. ⁊ actus tā magnanimitatis q̄ foꝛtitudinis exp̄mūt.

5. cōclu. ¶ Quīta cōcluſio. Foꝛtitudo ſtrictiſſime accepta ē ps virtutis cardinalis. ꝓbať. Foꝛtitudo ſtrictiſſime accepta ē pars foꝛtitudinis coiter accepte. ſ3 foꝛtitudo cōiť accepta ē virtus cardinalis. ergo foꝛtitudo ſtricte accepta ē pars virtutꝫ cardinalis. ¶ Cōtra pmā ꝯcluſionē arguiť ſic. Requiſita ad virtutē ſūt laudabilia q̄dā ſcḋm q̄ attēdiť ipſa ratio ⁊ pfectio virtutꝫ: ergo q̄to talia vel vnū eoꝝ ē in aliq̄ virtute magis laudabile tāto ipa pt dici virtꝰ pfectioꝛ: ſ3 virtutes aliq̄ dn̄r cardinales qꝛ ſūt pfectioꝛes. ergo etiā dn̄r cardinales. qꝛ pcipue ſibi vēdicāt aliqd ptinēs ad virtutē. ¶ Ad hoc rn̄deť ꝙ nō ois cā ppꝛ quā virtus aliq̄ dr̄ pfectioꝛ reddit virtutē i gn̄e cardialē. Nā illo ppꝛ qḋ iuſticia ē pfectioꝛ q̄ tēperātia nō facit iuſticiā eē virtutē cardialē: ſed illa perfectiō q̄ eſt pncipatꝰ virtutꝫ ſup alias virtutes nō cardinales facit eā potiſſime eē cardinalē. Ille aūt pncipatꝰ conſiſtit in illis tribꝰ q̄ dicta ſūt in ꝯcluſiōe tertia. ſ. i maioꝛi perfcōe: in iclinatiōe ad actꝰ aliarū virtutū. ⁊ i limitatione actuū aliarū virtutū mō ſupra expoſito. ¶ Cōtra ſcḋam cōcluſionē nō arguiť. qꝛ impugnatio eiꝰ ⁊ defēſio magis patebit cū de viciis ꝑticularibꝰ ageť: ⁊ indreť q̄ ſūt moꝛtalia ⁊ que nō. ¶ Cōtra t'tiā cōcluſionē arguiť contra ſcḋam partē. Si quattuoꝛ virtutū cardinaliū habitꝰ inclinarēt in actꝰ oīm aliarū virtutū: ſeq̄ret ꝙ oēs alie virtutes ſuperfluerēt: ſed ꝯñs ē cōtra. Arguitur et alios phōs ⁊ ſctōs igiť. Et p3 ꝯñs. qꝛ habitꝰ nō ſūt necc̄ii niſi ppꝛ actꝰ. ¶ Scḋo. vel q̄lib3 virtꝰ cardinalis inclinat ad 2.
quoſlibet actꝰ aliarū virtutū vel ad aliq̄s ⁊ aliq̄s non pmum qꝛ ſūt multi actꝰ affabilitatis ipertinētes magnanimitati vel tēperātie. Nec ſcḋm qꝛ nō eſt maioꝛ rō ꝙ iclinet i iſtos q̄ in illos. ¶ Tertio. Alie virtutes incli- 3.
nāt in actꝰ iſtarū virtutū cardinaliū vt liberalitas ⁊ māſuetudo in iuſticiā. Et ſimiliť vna virtꝰ cardinalis i actū alterius ergo vel oēs ſūt cardinales vel nulle nā liberalis per cōtēptū pecuniarū abdicat a ſe auariciam. ⁊ māſuetꝰ iracūdiā ⁊ odiū per q̄ coꝛrūpūť iudicia: ⁊ foꝛtitudo inclinat ad tēperātiā. Nā ſi qs ꝑ tpe quo pugnādū ē cōtra hoſtē velit agere intēperate per inclinationē foꝛtitudinis abducit ab illo actu itēperātie. qꝛ cōditio rerū ē talis q̄ ſi faciat itēperate nō faciet foꝛtiť. ⁊ ſimiliter ꝓbaret de iuſticia reſpectu eiꝰ de intēperātie. ¶ Ad pmā reſpōdeť ꝙ aliq̄s habitꝰ dr̄ inclinare i actū aliquē dupliciter. Vnomodo imediate. ⁊ tūq̄ i actū vnigenīs ſic ꝯñs h3 apparētiā. Aliomō mediate actu ſuo elicito ⁊ tūq̄ in actu etherogeneū i alterꝰ ſpēi ab actibꝰ ex qbꝰ gnaťē ille habitꝰ. ⁊ hocmodo ꝯñs nō valet. Et hocmō virtutes cardinales dn̄r inclinare i actꝰ oīm virtutū: nō imediate ſic ꝙ ipe habitꝰ ſit cā actꝰ; ſed mediāte actu ſuo elicito. q̄ ē pxima cā actꝰ alterius virtutis ⁊ tūc ex illo actu frequētato gn̄ať habitꝰ nouꝰ. ¶ Ad ſecūdā dr̄ dādo ſcḋm mēbꝝ. Et ad ipbationē negaꝫ aſſūptū. Pro cuiꝰ itellectu ē notandū ꝙ vnaq̄q̄ virtus h3 inclinare inclitionē ſui ppꝛii actꝰ: ⁊ i cōtinuationē eiꝰ q̄diu recta ratio dictat eū eſſe conſeruādū: ⁊ q̄ cōtingit interdū ꝙ aliquod viciū oppoſitū alicui virtuti non cardinali aut ex natura actuū aut rōe circūſtātiaꝝ impeditiuū ē ne ꝑ tūc eliciať vel cōtinueť actus virtutis cardinalis. Ideo q̄tū ꝑ ſe ipa virtꝰ cardinalis inclinat in actū ſuū tantū iclinat i fugā illiꝰ vicii ꝑ quod impediť ab actu ſuo ⁊ ꝑ ꝯñs inclinat etiā in actū virtutis illi vicio oppoſite. Inclinat etiā ois virtus cardinalis in actꝰ virtutū oīm ꝑ q̄s actꝰ eas reddūť faciliores vel meliores ſm quē modū inclinat i fugā ſeculi ⁊ in religionē: ⁊ cultus diuinꝰ i abdicationē oīm tēpoꝛaliū. ¶ Ad terciam cōcedo aſſūptū i caſibꝰ certis: ſ3 nō regulariť. ⁊ nego ꝯñam. Tū pmo qꝛ cōparatio virtutū ⁊ pncipalitas nō eſt attendēda ſm ea q̄ caſualiť ſiue in caſu ſūt ſ3 ſm ea q̄ regulariť cōtingūt. Tū ſcḋo qꝛ q̄uis virtutibꝰ illis nō cardinalibꝰ ineſſet iſta ſecūda ꝯditio: nō tn̄ pma ⁊ tcia ideo nō debēt dici cardinales. ¶ Cōtra q̄rtā cōcluſionē arguiť ſic. foꝛtitudo ſtrictiſſime accepta h3 oēs ꝯditiōes exp̄ſſas in tercia ꝯcluſiōe ergo ipa ē virtꝰ cardinalis. Aũs p3 qꝛ ipa ē pfectioꝛ virtutibꝰ nō cardinalibꝰ: ⁊ iclinat in actꝰ eaꝝ ⁊ etiā limitat actꝰ aliaꝝ. nā ſi ꝑ aliquo tpe eutrapelia vel affabilitas vel magnificētia impediret actū foꝛtitudinis: recta ratio dictaret ꝙ eſſet deſerēdꝰ actꝰ liberalitatis vel eutrapelie ⁊ aſſumēdꝰ actꝰ foꝛtitudinis. ¶ Secūdo per quintā concluſionē foꝛtitudo belli- 2.
ca ē pars virtutis cardinalis. ⁊ non niſi pars ſubiectiua. qꝛ foꝛtitudo cōiť accepta ē genꝰ ad magnanimitatē ⁊ foꝛtitudinē ſtricte acceptā ergo foꝛtitudo ſtricte accepta ē virtus cardinalis. ¶ Confirmať. qꝛ bn̄ ſequitur: foꝛtitudo ſtricte accepta ē pars virtutis cardinalis. ergo foꝛtitudo eſt pars virtutis cardinalis. accepta foꝛtitudine in ꝯitecōiť. ſed foꝛtitudo non eſt pars virtutis cardinalis: ergo foꝛtitudo ſtricte accepta non ē ps virtutis cardinalis. ſed ipa eſt virtus cardinalis vel pars virtutis cardinalis: ergo ipa eſt virtus cardinalis.
¶ Tertio omis foꝛtitudo eſt virtus cardinalis: ſed foꝛ- 3.
titudo bellica eſt foꝛtitudo. ergo foꝛtitudo bellica eſt virtus cardinalis. Maioꝛ probatur: foꝛtitudo eſt

virt⁹ cardinalis ⁊ nõ aliqua ⁊ aliqua nõ: ergo q̄libet
eſt ꝟtus cardĩalis. nõ enĩ põt dici ꝙ nulla. qꝛ tunc fl̃m
fuiſſet ꝙ fortitudo eſt virtus cardinalis. cũ iſte due con
tradicant. ¶ Ad rõnes iſtas q̄ magis habent difficul-
tatem logicalem ꝓueniẽtem ex modo loquẽdi quã rea
lem. R̃ſidet per ordinem. ¶ Ad primã ſuppoſito ꝙ hoc
nomen virtus cardinalis ſit terminus non collectiuus:
concedo añs ⁊ ꝯñs. non enim nego ꝙ q̄libet habitus ſi
gnificatus ꝑ fortitudinem ſtricte acceptã ſit virtus car
M. dinalis. Sed dico ꝙ cum diuiditur virtus cardinalis ĩ
quattuor prudentiã: iuſticiã: fortitudinem: ⁊ tẽperanti
am: non accipit̃ ibi fortitudo ſtricte vt ſignificat forti-
tudines bellicas: ſed cõmunit̃ ad hãc fortitudinẽ ⁊ ma
gnanimitatẽ: ita ꝙ fortitudo ſtricte nõ eſt vnũ de mẽ-
bris diuidentibus. cũ quo ſtat ꝙ q̄libet fortitudo ẽ vir
tus cardinalis ſicut ſi ego diuiderẽ animal in rõnale ⁊
irrationale ⁊ dicerẽ ꝙ irrationale non accipit̃ hic pro
quadrupede quia mẽbrũ diuidens eſt communi⁹ q̄ ſit
quadrupes. Ita etiã dico ꝙ fortitudo ſtricte non enu-
merat̃ ab autoribus inter virtutes cardĩales: nõ quia
ipſa non ſit virtus cardĩalis: ſed qꝛ ipſi auctores recte
diuidentes nõ fecerunt fortitudinẽ hoc mõ acceptã mẽ-
brum diuiſionis. ¶ Et ſi q̄rat̃: quõ ⁊ pro quo ſuppo-
nit fortitudo ĩ illa concluſione quarta. Reſpõdetur: ꝙ
ſupponit materialit̃ ꝓ voce: rõe iſtoꝝ additoꝝ ſtricte
accepta: cõiter accepta. qꝛ res q̄ non ſunt ſigna non ac
cipiunt̃ ſtricte vel cõiter ſed termini tm̃. ¶ Ad ſcðam cõ
cedo primam ꝑtem añtis ⁊ ſecundam: acceptis termĩs
materialiter ⁊ ſignificat totum añs ꝙ iſte termin⁹ for-
titudo bellica eſt terminus minus communis vel infe-
rior ad iſtum terminũ virtus cardinalis hoc eñ eſt eſſe
partem ſubiectiuam ⁊ cũ infertur: ergo fortitudo ſtri-
cte accepta ⁊c. nego ꝯñam. ſed bñ ſequitur: ergo hitus
ſignificat⁹ ꝑ fortitudinẽ ſtricte acceptã eſt virt⁹ cardia
lis. Sicut non ſeq̄tur: iſte terminus homo ẽ pars ſubie
ctiua iſtius termini animal: ergo iſte termin⁹ hõ ẽ ani-
mal. ſed debet inferri: ergo homo eſt animal vel res ꝓ
qua ſupponit homo eſt animal. De parte autem ſub-
iectiua nõ p̄dicatur ſuũ totũ niſi terminis ꝑſonaliter ac
ceptis: ⁊ tñ in cõſequẽte fortitudo accipit̃ ꝓ termino: ra
tione iſtius additi ſtricte accepta. ¶ Ad confirmationẽ
nego añs. Tum primo: qꝛ fortitudo in añte accipit̃ ma
terialit̃: ⁊ in ꝯñte ꝑſonaliter. Tũ ſcðo: qꝛ etiam dato ꝙ
vtrobiq̄ȝ accipiat̃ fortitudo materialiter. adhuc ꝯñtia
nõ vȝ. Et ſi ꝓbet̃ ab inferiori ad ſupius. R̃ſidet̃ ꝙ non
vȝ terminis materialiter acceptis. ſicut non ſequit̃: hõ
eſt inferius ad aĩal. ergo animal eſt ĩferius ad animal
Et ſi dicas contra primum: ꝙ in ꝯñte fortitudo accipi-
tur materialit̃ ꝓpter illam additionem accepta forti-
tudine in ꝯñte cõiter. R̃ſidet̃ negando aſſũptũ. ⁊ dico ꝙ
illud additũ in forma in qua addit̃ nullo mõ trahit ter
minũ illũ fortitudo ad ſuppõnem materialẽ. Nam ad
hoc ꝙ hec ſit vera fortitudo ſtricte accepta eſt pars vir
tutis cardinalis: opȝ ꝙ cum hoc totum fortitudo ſtri-
cte accepta ſit ſubiectum propoſitionis: de illo ꝓ quo
ſupponit hoc complexum verificetur p̄ratum ꝓpõis. ſȝ
ꝓ nullo ſupponit hoc complexum fortitudo ſtricte ac-
cepta niſi ꝓ termino. cum ſoli termini accipiantur ſtri
cte vel large. ⁊ ita concedẽdũ eſt añs: maxime ſuppoſi-
to ꝙ ly virtutis cardinalis ſupponat maĩaliter: alias
non. ¶ Sed cum dico: fortitudo eſt pars virtutis acce-
pta fortitudine cõiter: ſubiectum ꝓpõis ẽ fortitudo. et
nichil additur ſibi quod trahat ipm̃ ad ſupponendũ ꝓ
voce: niſi dicas ꝙ ly pars trahit. ſȝ hoc eſt falſum: licet
bñ hoc complexum pars ſubiectiua trahat. ꝑ hoc autẽ
additũ accepta fortitudine ⁊c. nõ trahit̃ ad aliã ſupoſi
tionem. ſed ſignificat̃ ꝙ ſubiectũ illi⁹ ꝓpõis ſuppõit tã
ꝓ habitibus fortitudinis bellice q̄ ꝓ habitibus magna
nimitatis. Si tamen diceret̃ ꝙ hoc nomẽ pars trahit

terminũ ad ſuppõem materialẽ tolerabile eſſet: ⁊ ma-
xime qñ reddit̃ loquutio vera ꝓ ꝑte ſubiectiua.
¶ Ad terciam conceditur concluſio illius ſilogiſmi.
Ad rationem añ oppoſitũ nego maiorẽ licet enĩ quod
libet mẽbrũ diuidens virtutẽ cardinalẽ ſignificet habi
tus in q̄bus coniunctim vel diuiſim ꝟſat̃ precipue vita
humana: nõ oportet tñ ꝙ q̄libet habitus qui ẽ vir⁹ car
dinalis ſit talis ꝙ in eo p̄cipue verſetur vita aut hone
ſtas hũana. licet enim iuſticia ſit virtus cardinalis non
tñ in quolibȝ habitu iuſticie precipue verſat̃ hũana cõ
uerſatio: puta in habitu iuſticie conductiue aut in ha-
bitu iuſticie ſerui ad dominũ. Ita etiã fortitudo cõiter
acepta que diuidit virtutẽ cardinalẽ ſignificat habit⁹
fortitudinis bellice: ⁊ habit⁹ magnanimitatis: in qui-
bus coniuncti vel diuiſim verſat̃ principalit̃. ⁊ vt ĩ plu
ribus hũana conuerſatio. non opȝ tñ ꝙ in habitib⁹ vel
actibus fortitudinis bellice hmõi humana cõuerſatio
precipue ꝟſetur. qꝛ tñ etiam fortitudo bellica ex celſi-
tudine ⁊ generoſitate quadam animi manat ⁊ eã adau
get ꝓpter difficultatẽ operum in q̄bus verſat̃: ideo ſub
virtute cardinali cõtinet̃ ſicut dictuȝ eſt. ¶ Aliter reſpõ In ſolu.
det Thomas dicens ꝙ licet ꝑicula mortis in bello ra ad. 5.
ro contingãt occaſiones tñ hmõi ꝑiculoꝝ frequent̃ oc-
currunt dum ſcȝ homini ſequenti iuſticiam ⁊ alia mul
ta bona facienti ſuſcitãtur aduerſarii mortales. Sed
hec ſolutio non michi placet quia mori propter iuſti-
ciam ⁊ ſine bello non pertinet ad fortitudinem: ſed ad
iuſticiam ſecundum gradum heroicum: ſicut poſtea la
tius oſtendetur.

Queritur tercio. Utrum fortitu
do ſit tantuȝ circa pericula mortis in bello.
¶ Arguit̃ ꝙ non auctoritate. Tullii dicẽtis
ꝙ fortitudo eſt cõſiderata periculoꝝ ſuſceptio ⁊ laboꝝ
perpeſſio. ſed hec extra bellum contingunt. igitur.
¶ In oppoſitum eſt ſententia. Ari. ethicorum tercio.
¶ Pro rñſione eſt aduertendum: ꝙ in hac q̄ſtione ego
intendo loqui de fortitudine ſtrictiſſime accepta: ſecun
dũ ſcȝ ꝙ de ea loquitur. Ari. tercio ethicorum ⁊ non de
fortitudine cõmunit̃ accepta ad fortitudinẽ ſtrictiſſime
acceptã ⁊ magnanimitatẽ quõ dictũ ẽ eã eſſe virtutem
cardinalẽ. ¶ Sit igitur prima concluſio. Fortitudo tm̃ 1. cõclu.
eſt circa malũ tanq̄ circa obiectũ. ꝓbat̃. circa illud tm̃
eſt fortitudo circa qð ꝑñt eſſe timor ⁊ audacia. ſȝ timor
⁊ audacia tm̃ nate ſũt eſſe circa malũ. Nã timem⁹ (vt
habet Ari.) terribilia. Et diffinit̃ timor (vt ait) ꝙ eſt ex
pectatio mali. igitur. Maior ꝓbatur qꝛ oĩs fortitudo
eſt medietas inter timores ⁊ audacias. ergo vbi nõ ſũt
timor ⁊ audacia: ibi nõ ẽ fortitudo. ¶ Scða concluſio. 2. cõclu.
fortitudo non eſt circa infamiã. ꝓbat̃. Circa illud non
eſt fortitudo circa qð cadit timor tm̃: ⁊ nõ audacia. ſed
circa infamiam cadit timor tm̃ ⁊ non audacia. igitur.
Maior ꝓbat̃: qꝛ oĩs fortitudo medietas eſt int̃ timorẽ
inanẽ ⁊ vanũ: iſti hec oĩa ꝓpter expientiã cognoſcunt nec formidãt. qꝛ ſciũt eſſe inania. Alii aũt formidãt qꝛ neſciunt qualia ſunt. ⁊ preterea iſti induſtriam habent offendendi hoſtem ⁊ ꝑcutiendi ⁊ etiam cuſtodiendi ſe ab hoſte. quia ſciunt vti armis: ⁊ hñt omnia que vtilia ſunt ad fortiꝰ faciendum ⁊ ad tegendum ſiue cuſtodiendum: ⁊ ita pugnant tanꝙ armati aduerſus inermes ⁊ tãꝙ exercitati aduerſꝯ inexercitatos. nam in talibꝯ certaminibꝯ nõ ſẽp fortiſſimi ſũt pugnaciſſimi ſꝫ illi ſunt pugnaciſſimi q̃ ſũt maxime potẽtes ſcꝫ in aggrediẽdo, ⁊ in ſe cuſtodiendo, ⁊ hñtes corpora optima ⁊ robuſta ¶ Quarta fortitudo eſt eoꝝ q̃ ꝓpꝰ furorẽ ĩpetuoſe ferunꝰ in pericula. ſicut fere ferunꝰ in vulnerantes. Iſti aũt dicunꝰ a nonnullis fortes quia fortes habent ſpeciem furoris ex impetu queꝫ habẽt ad pericula, ad que pericula furor eſt impetuoſiſſimus. vñ eſt illud homeri virtutẽ immitte furori. ⁊ ꝟtutẽ ꝑ furorem erige: ⁊ ſubiit per nares impetus: et efferbuit ſanguis. q̃ omnia videntur ſignificare erectionem furoris ⁊ ĩpetus. ¶ Quinta ſpecies eſt eoꝝ q̃ fortiꝰ faciunt propter fiduciam ſui qꝛ enĩ multociens et multos vicerũt confidunt in periculis, et iſti dicũtur fortes quia pericula ſubeunt ⁊ audaces ſunt ſicut fortes. ¶ Sexta ſpẽs eſt eorũ q̃ ignorant pericula et credũt ea parua eſſe quia magna ſunt: et ea eſſe auſibilia q̃ terribilia ſunt: hec ex Ari. paucis ꝟbis mutatis recitata ſũt: vt videatur ſcḋm quid vnaqueq̃ iſtarum fortitudinum a vera fortitudine deficit. ¶ Sit igitur prima ꝯcluſio. ꝙuis fortitudo politica maxime aſſimiletur vere fortitudini: non tñ eſt vera fortitudo. primã partem ꝓbat: quia fortitudo politica fit propꝰ virtutẽ. igitur. Antecedẽs ꝓbatur. quia fit ꝓpter verecundiam: ergo fit ꝓpter ꝟtutẽ. Et ſi dicas: ꝙ verecundia non eſt virtus: ergo nõ ſequiꝰ ꝙ ſi fiat ꝓpꝰ verecũdiã ꝙ fiat ꝓpter ꝟtutẽ. ¶ Ad hoc reſpõdet buridanus ꝙ in rei veritate hec fortitudo nõ fit ꝓpter ꝟtutẽ eo ꝙ verecũdia nõ eſt virtus. ſꝫ dicit Ari. eã fieri ꝓpter virtutẽ qꝛ tale opus ad ꝟtutẽ diſponit: ſicut ⁊ verecũdia. et hoc videtur ſatis cõſonũ. Euſtratio dicenti ꝙ hic Ari. verecũdiã ꝟtutẽ vocat. Notandũ aũt inq̃t qm̃ verecundiam hic virtutẽ dixerit nõ viſũ ipſi hoc, neq̃ ĩ ſecũdo, neq̃ in quarto libris cõmuniꝰ hic dicẽs: vel et vere erit itaq̃ virtus bonarum actionũ exiſtens cauſa hec. Euſtracius. vbi dicit vel ꝙ hic Ari. accipit virtutem communius q̃ in ſecundo vel in quarto: vel ꝙ in rei veritate verecundia eſt virtus: quia eſt cauſa bonarum actionum. Mihi hec autem opinio non placet. Pro cuiꝰ declaratione aduertendum ẽ ꝙ iſta ꝯña: hec fortitudo fit ꝓpter verecundiam, ergo hec fortitudo fit ꝓpter ꝟtutẽ non tenet ꝟtute huiꝰ oĩs verecũdia eſt ꝟtus. nec hoc ſeq̃tur ex illa argumentatione ſꝫ potiꝰ oppoſitũ ſcꝫ ꝙ verecũdia nõ ẽ ꝟtus. Aliq̃d eñ diciꝰ fieri ꝓpꝰ aliḋ tripliciꝰ vnomõ tanꝙ ꝓpter ꝑncipiũ eliciтиuũ. ⁊ ſic hec fortitudo fit ꝓpter ꝟtutẽ. i. actꝰ ille elicitur ab aliq̃ ꝟtute ſed nõ fit hocmõ ꝓpꝰ verecundiã. qꝛ nõ elicitur actꝰ ille a paſſiõe verecũdie. cũ ꝑ tpe ꝓ quo q̃s fortiꝰ facit hac fortitudine, niſi dũ fecerit aliq̃d turpe ꝓpter qḋ debeat verecũdari. q̃re adhuc ibi nulla eſt verecũdia. Aliomõ aliq̃d dicitur fieri ꝓpter aliḋ tãꝙ ꝓpter id qḋ ĩtẽdimꝰ fugere, fugiẽdo illud: ſicut propter ſupplicia vitamus pctã: nõ qꝛ ſuppliciũ ſit ꝑncipium elicitiuũ actus quo vitatur pctm̃. nec qꝛ ſupplicium ſit id qḋ intendimꝰ aſſequi per vitationẽ pcti. ſꝫ quia vitãdo pctm̃ intendimꝰ vitare ſuplicia. Terciomõ aliq̃d ḋꝛ fieri ꝓpter aliḋ tãꝙ ꝓpꝰ id qḋ intẽdimꝰ aſſeq̃ faciẽdo illud et in hac ſignatione ly ꝓpter magis ꝓprie accipiꝰ. Tunc dico ꝙ actus fortitudinis iſtius fit ꝓpꝰ virtutẽ. primomõ qꝛ eliciꝰ a magnanimitate q̃ eſt mediocritas in honoribꝰ appetẽdis et in ĩhonorationibꝰ fugiẽdis. et fit ꝓpter verecũdiã: ſcḋomõ qꝛ fit vt fugiamꝰ verecundiã. ꝟecũdia ꝓprie accepta eſt timor ingl'iatiõis ex turpi actu proueniens iõ vnuſq̃ſq̃ magnanimꝰ debet fugere verecundiã q̃tuꝫ debet fugere turpẽ actũ. qꝛ nũꝙ verecũdaꝰ ꝓprie accepta verecũdia niſi ꝓpter turpẽ actũ ꝓpter quẽ affertur ſibi dedecꝰ. ⁊ hoc intelligo, añ turpẽ actum perpetratũ et non poſt. qꝛ poſt turpeꝫ actum congruum eſt iuuenibus verecũdari. Et ideo hector et diomedes et alii hac politica fortitudine fortes ad vitandam verecundiã. i. triſticiã q̃ potuiſſet ꝓuenire ex ingl'iatione et de decore eis illato ꝓpter turpẽ actum faciebant fortiter. Et ita cũ hic fortitudinis actꝰ fiat ꝓpter virtutẽ magnanimitatis et ad fugiendã verecũdiã potius ꝯcludiꝰ ꝙ verecũdia nõ eſt ꝟtus q̃ oppoſitũ: qꝛ nullũ ſm̃ rectam rõem fugiẽdũ eſt ꝟtus. ꝙ aũt verecũdia ꝓprie accepta ſit ex turpi facto. Patꝫ ex Ari. caplo de verecundia. neq̃ eñ (inq̃t) ſtudioſi eſt verecundia ſiquidem ſit in prauis. nõ enim operantur talia ſtudioſi. ¶ Sed inſtatur contra fundamentũ ſolutionis. ſm̃ Ari. in quarto ꝟecũdia eſt laudabilis paſſio, et iuuenibus cõgruit: et laudamus iuuenes verecũdos. ergo verecũdia non ẽ fugiẽda. Et ĩ tercio dicit: ꝙ q̃dã ſũt q̃ timere eſt bonũ et honeſtũ: ⁊ ea nõ timere ẽ malũ puta mala opio. Qui q̃dem enim timet, decẽs ⁊ verecũdꝰ. q̃ aũt nõ timet inuerecũdꝰ. ergo verecũdia nõ eſt fugiẽda. Rñdeo ꝙ aliq̃d dicitur bonũ ⁊ laudabile, dupliꝰ. Vnomõ ſimpliꝰ. Aliomodo ex ſuppoſitiõe ꝑnomõ ꝟecũdia nõ ẽ laudabilis: ſꝫ ab oibꝰ fugiẽda. eo ꝙ ab oibꝰ fugiẽdi ſũt actꝰ turpes ⁊ inhoneſti. Secũdomõ dico q̃ ꝟecũdia eſt laudabiꝰ. Suppoſito eĩ ꝙ q̃s peccauerit laudabile ẽ ꝙ ꝓpter pctm̃ timeat dedecꝰ vel ꝙ triſteꝰ dedecore ex pctõ ꝓueniente. Et hoc expſſe habetur ab Ari. in loco in quo allegatur. Erit aũt vtiq̃ (inq̃t) ꝟecundia ex ſuppoſitione ſtudioſa. Si eĩ opetur: ꝟecũdabitur vtiq̃. Ex hoc infert ꝙ ꝟecundia nõ eſt ꝟtus. qꝛ nulla ꝟtꝰ eſt tm̃ ex ſuppõne honeſta: ſꝫ ſimpliꝰ. nõ autẽ hoc circa ꝟtutes. Et in eodẽ loco cũ diceret ꝙ hec paſſio iuuenibꝰ congruit cauſam ſtatim addidit eo (inquit) ꝙ ſm̃ paſſionem viuẽtes multa peccant a ꝟecundia aut ꝓhibẽtur Et ſi dicas ꝙ inuerecũdia eſt mala, g̃ ꝟecũdia eſt bõa. Rñdꝫ Ari. negando ꝯñaꝫ. Si autem (inq̃t) inuerecũdia eſt prauũ, ⁊ nõ ꝟecũdari turpia operari. nihil magis talia opãtẽ ꝟerecũdari ſtudioſũ Quibus ꝟbis Ari. ꝑdictã ꝯñam infringit Ad id autem quod allegatur ex tercio ꝙ quedã ſunt q̃ timere eſt bonum: dico ꝙ infamiã contingit, timere dupliciter. Vnomõ ante opationem turpis opis ⁊ ſic timẽ infamiam eſt bonũ bonitate ꝟtutis: qꝛ magnanimitatis eſt tiſte timor ꝓprie nõ eſt verecũdia. Aliomõ poſt ꝑpetrationem turpis operis ⁊ ſic timere infamiã ẽ bonum bonitate paſſionis ⁊ q̃ hoc modo timꝫ diciꝰ ꝟecũdus. ⁊ hec verecũdia fugienda eſt añ operationem turpem licꝫ non poſt: quia honeſta eſt ex ſuppoſitõe. ſicut dictum eſt. Secũdo probat. Ari. ꝙ hec fortitudo fit ꝓpter ꝟtutẽ. qꝛ fit ꝓpter boni deſideriũ. g̃ fit ꝓpter virtutem. Añs ꝓbat qꝛ fit gracia honoris ꝯſequendi et fugiẽdi opprobrii g̃ fit propter ꝟtutem. ¶ Sꝫ nõ placꝫ Buridano ꝙ hec ratio valeat ad cõcludendum ꝙ hec fortitudo fit propter ꝟtutem ſic ꝙ actꝰ eiꝰ proueniret ex habitu virtutis. ſed tm̃ vꝫ ad cõcludẽdum ꝙ ipſa et eius opinationes diſponunt ad virtutem: eo ꝙ deſiderii honorum innatum eſt duce e ad deſiderium ꝟtutis Sꝫ hec opinio nõ mihi placet. Et arguendo ſicut. Nõ oĩs appetitus honoris eſt vituperabilis: g̃ aliq̃s appetitus honoris eſt actꝰ ꝟtutis. ergo ſtat aliquid fieri propter deſideriũ honoris ⁊ ipſum fieri propꝰ virtutẽ. Maior ꝓbatur. Non oĩs appetitus pecunie aut poſſeſſionis terrene eſt vituperabilis. Nec omnis appetitus ſanitatis eſt vituperabilis: ergo nec oĩs appetitus honoris eſt vituperabilis. ꝯña tenet qꝛ honor

Buri. 3. ethi. q̃ſti. 24.

euſtratiꝰ

Improbaꝰ opĩo buridani ⁊ euſtracii.

Verecundia q̃d ẽ.

R.

Nota

burida. 3. ethi. que. 24.

3. opini.

eſt appetibilior ꝙ diuitie cum ſit appetibilis et propter
ſe et propter aliud: diuitie autem ꝓpter aliud tantum
Secūdo niſi honoris appetitus eſſet laudabilis/ et ſilr
fuga opprobrii ſequeret ꝙ magnanimitas nō eēt vir
tus ꝯñtia tenet. q2 ipſa eſt moderatiua appetitus circa
magnos honores/ et per ꝯñs licet eos appetere ſecūdū
dictamen recte rationis. Et ita ſi nō ſit viciū ex parte
alicui9 alterius circūſtantie. dico ꝙ ꝯñtia. Ariſ. eſt bo
na. ſequitur enim iſte actus ſit propter deſiderium ho
noris/ et nō eſt ex quacūq3 alia circunſtātia viciatus er-
go ſit propter ꝟtutem. q2 honor bene et rōnabiliter ap
peti pōt. Secūda ps ꝯcluſiōis ꝓbat. q2 tales nō opan-
tur ꝓpt finē fortitudis ꝗ act9 eoꝝ nō eſt ꝟa fortitudo.
añs p3 q2 nō fortit faciūt: eo ꝙ honeſtū ſit facere forti-
ter: ſed pocius vt honores cōſequātur et opprobria fu-
giant. ¶ Scḋa ꝯcluſio: Fortitudo politica eſt actus vir
tutis. probatur. Omnis act9 elicit9 a virtute aut gñati
uus virtutis eſt act9 virtutis. ſed fortitudo politica eſt
act9 elicitus a virtute aut gñatiu9 ꝟtutis: q2 ſcḋ3 Ariſ.
ſit ꝓpter ꝟtutē: ꝗ ipſa eſt actus ꝟtutis Scḋo hoc quod
eſt agere fortiter ꝓpt honorē ꝯſequēdū aut infamiam
fugiendam nullam habet circūſtātiam malam. nec3 de
ficit ſibi aliqua bona circūſtantia et eſt act9 delibera
tus ꝗ eſt act9 bonus moraliter ꝯña t3 q2 oīs act9 deli-
berat9 bonus ex omni circūſtātia cū qua debet fieri eſt
bon9 moraliter Et añs ꝓ pma pte ꝓbatur: q2 nulla pōt
ibi eſſe mala circunſtātia niſi circunſtātia finis ſed hoc
eſt falſum: q2 honor eſt circunſtantia finis in magnani
mitate: et ſimiliter fuga opprobrii. Tū etiā/ q2 ille qui
honorē intēdit: ꝑ hunc actum adhuc pōt referre hono-
rem in vlteriorē finem. Et ſi dicas ꝙ honor nō pōt eſſe
finis iſtius operationis ꝗ eſt fortiter facere. Rñdeo ꝙ
licet nō poſſit eē finis illi9 opationis ſcḋm ꝙ elicita eſt a
virtute fortitudinis quia nō eſt fortitudinis ponere il-
lū finē in operatione ſua pōt tamē eſſe finis ei9 ſcḋm ꝙ a
magnanimitate elicita eſt: Magnanimi enī eſt ꝑ hone
ſtas operationes honorē aſſequi. Scḋa ps añtis ſatis
clara eſt: Suppoſito ꝙ nō omnis act9 moraliter bo-
nus finaliter ſit propter deum faciendus. q2 ſi oīs act9
eſſet in deum referendus: tunc reqreretur ꝙ honorem il-
lum vel etiā actū ſuū finaliter referret in deum: qḋ ſtat
cum dictis prioribus. Tertio Tu dicis ꝙ iſte actus for
titudinis politice non eſt virtus ſed diſponit ad virtu
tem cōtra ille act9 aut eſt bon9 moralit/ aut mal9 mo-
raliter aut neuter. Non poſtremū: quia eſt actus deli-
beratus: imo etiam ſi eſſent aliqui actus deliberati ꝗ
nec boni eſſent nec mali: tamē iſte nō eſſet de illis quia
cauſa proter quā ipſi dicūt aliquos actus eſſe neutros
non cōuenit iſti actui. Si bonus moraliter ergo ꝟtuo
ſus. Si malus ꝗ nō diſponit ad virtutem ¶ Tertia con
cluſio: Fortitudo coacta nec vera eſt fortitudo/ nec vir-
tus probatur omnis actus ꝟtutis eſt vel electio libera
et ſpontanea voluntatis vel ab hmōi electione impa-
tus. ſed actus iſtius fortitudinis nec3 eſt electio libera
et ſpontanea/ nec ab hmōi electione imperat9. igitur.
Maior probatur ꝑ Ariſ. in ſecūdo vbi ponit ꝯditiones
virtutis: et in iii. vbi oſtendit omnem actū bonū debere
eſſe voluntariū: Et hāc rationē tāgit. Ariſ. in textu cum
ait Opz aūt nō ꝓpter neceſſitatē fortē eſſe ſed qm bonū.
Et dicit. Ariſ. hāc eſſe deteriorē priore: q2 ſit ꝓpter ti-
morē et hoc mō operātes nō fugiunt turpe/ ſed triſte et
per idē probatur ꝙ nō ſit virt9. ¶ Quarta ꝯcluſio for
titudo experimētalis nō eſt ꝟa fortitudo et imobiliter
ita ꝙ non deſiſtit ab operatione ſua ꝗ diu recta ratio
dictat nō eſſe deſiſtēdum. ſed milites qui fortiter faci-
unt propter experientiam/ nō opantur firme et imobi-
liter. igitur. Maior eſt certa per quartam ꝯditionem
virtutis: que eſt firme et immobiliter operari. Et minor

ꝓbatur: q2 tales milites quādo vidēt ꝑiculū augmētari
et vidēt ſe eſſe aut pauciores aut minus paratos ad-
uerſariis timere incipiunt. et primi fugiunt et exponūt
periculo mortis ciuilem multitudinem/ que exiſtimat
turpe eſſe et inhoneſtum fugere/ et magis eligunt mo-
ri ꝙ ſe ſaluare per turpem fugam: milites vero illi
principio ſe obiectabant periculis ac ſi meliores et ſu-
periores eſſent aduerſariis ſed cum cognoſcunt alter
eſſe aut ibi eſſe aliqua pericula que non preuiderāt fu-
giunt q2 magis timent mortem ꝙ turpem et inho ne-
ſtā actionē. Et ex hoc poteſt formari ſecūda ratio nul
lus fortis magis timet mortem ꝙ turpē actionem. ſed
iſti milites magis timent mortē ꝙ turpem actionem:
quia magis ꝙ fugam inhoneſtā: igr non ſunt vere for
tes. ¶ Quinta concluſio. Qui fortiter faciunt propter
furorem/ non ſunt vere fortes. Probatur. fere ſubeunt — Nota.
pericula/ et audacia multa operantur propter furorē
et tn̄ nō ſunt fortes. ergo nec milites qui propter furo-
rem ſubeūt pericula ſunt vere fortes. Prima pars: añ
tis probatur. quia fere propter dolorem: aut ꝓpt vul-
nera/ aut ꝓpter timorem horum frequenter impellun-
tur in periculum/ et agūtur a furore in periculū. Et hu
ius ſignum eſt/ ꝙ ſi eſſent in palude nō inuaderent: q2
non haberent cauſas furoris. ¶ Confirmatur iſta ra-
tio. Qui propter furorem agunt/ non preuident peri-
cula. ſed omnis fortis preuidet pericula que ſubit. ali-
as recta ratio non dictaret ea eſſe aggredienda: igitur
Et ſi dicas/ ꝙ fere non ſunt ſuſceptiue virtutis: Ideo
ꝙuis impellantur a furore/ non tamen propter hoc ſe
quitur ꝙ milites ſubeuntes pericula propter furorem
non ſint fortes: quia ipſi ſunt ſuſceptiui virtutis/ et nō
fere nec3 aſini; de quibus eſt ſecūda ratio. Ex hoc ſic ar
guitur. fere non ſuſceptiue virtutis/ ergo non ſunt ſuſ-
ceptiue omniū cauſarum ſufficientiū ad virtutē. ſed fe-
re ſunt ſuſceptiue furoris et operationis qua ſubeūt ꝑi
cula/ et hmōi quod eſt ſic opari propter furorē. ꝗ opari
audacia vel ſubire pericula propter furorem non ſunt
cauſe ſufficientes ad virtutem. et hoc eſt quod intendi-
mus. Et ſi queras contra quam conditionem virtutis
peccant iſti. Reſpondeo: ꝙ nec operantur ſcientes: nec — Nota.
eligentes/ nec eligentes propter hoc. et ita peccant con
tra tres conditiones virtutis. Secundo aſini eſurientes
tollerant multa pericula vt fatentur quia percuſſi nō
diſcedunt a paſcuis et tamen nō ſunt fortes ergo nec e
tiam hi qui propter furorē ſubeunt ꝑicula ſunt dicen-
di fortes Tertio Adulteri. qui ꝓpter cōcupiſcētiā mul-
ta audacia opant nō ſūt ꝟe fortes ꝗ qui ꝓpter dolorē
vel ꝓpter furorē impellunt i ꝑicula nō ſūt fortes: ꝯña
iſta tenet: quia nec furor. nec ira/ nec triſticia ſiue dolor
magis nata ſunt cauſare actum fortitudinis ꝙ concu
piſcentia. ¶ Sexta concluſio. qui propter fiduciam ſui
aut ſpem bonam ſubeūt ꝑicula nō ſūt ꝟe fortes. ꝓba
tur fortes ſubeūt pericula q2 honeſtū eſt ea ſubire. ſed
iſti nō ſubeunt ꝑicula quia honeſtum ſit: ſed quia eſti-
mant ſe eſſe fortiores et ſibi ab aduerſariis reſiſti non
poſſe igitur. ¶ Secundo vere fortis eſt terribilia ſuſti-
nere etiam que prius non fuerant nota et honeſtum eſt
ea ſuſtinere: et non ſuſtinere ea turpe eſt et inhoneſtum
ſed iſti milites ꝗdiu ſperant vincere ſuſtinent cum au
tem percipiunt pericula fugiunt: ergo iſti non ſunt ve
re fortes. maiorem ꝓbat. q2 magis ad fortem pertinet
eſſe impauidū et imperturbatum in repentinis et in im-
preuiſis periculis ꝙ in his que preuiſa ſunt et precog-
nita. Quod probat Ariſ. q2 ꝑicula precognita poſſūt ſubi-
ri ratione et cogitatione: repētina aūt et impreuiſa ſub
imus ex habitu fortitudinis: quia ea que bene agim9
ſine multa preparatione et precogitatione agimus ex
habitu. ¶ Tertio ſi ſic ſequeretur ꝙ inebriati eſſent for
tes tempore ebrietatis/ et ceſſarent eſſe fortes cum ceſſa

Okam i
7. diſtin-
ctione 4.

ſaret ebrietas.patet ꝯña.quia tp̄e ebrietatis bene ſpe-
rant et ſubeunt ꝑicula. Quādo aūt ceſſat ebrietas/ de
nota. ſinunt bene ſperare et fugiūt.¶ Septima ꝯcl'o. Qui ꝓ
pter ignorantiā ꝑiculorum ſubeunt ꝑicula nō ſunt for-
tes probatur.tales deteriores ſunt his qui ſubeūt ꝑi-
cula propter fiduciam bonam et ſpem bonā vincēdi. ſꝫ
iſti non ſunt vere fortes ergo nec alii. aña probat quia iſti
audent pericula ſubire quia eſtimant et ſperant vince-
re.Alii aūt tantum ſubeunt pericula ꝓpter ignorantiā
Secundo.quia iſti remanēt ꝑ aliquod tp̄s etiā poſtꝙ̄ ꝑui
dirunt pericula.Alii vero ꝙ̄ primū cognoſcūt ꝙ dece-
pti ſunt et ꝙ periculum eſt maius ꝙ̄ credebant fugiūt.
quemadmodum fecerunt argei cum inciderunt in laco
nes et ſicyonios vel (vt dicit alia tranſlatio) cum inci-
derunt in lacedemonios quos putabant eſſe ſicyonios
Ex omnibus iſtis patet ꝙ ſunt ſex ſpecies et modi non
vere ſed ſimulate fortitudinis: ſcilicet politica/coacta
experimentalis/furibunda fortitudo bene ſperantium
et fortitudo ignarorum. Qui ſecundum primam agūt
non eligunt propter hoc.i.propter finem fortitudinis.
ſpēs ficte ¶ Qui ſcḋꝫ ſecūdā agūt nec eligūt ꝓpter hoc nec omni
fortitudi no eligunt/nec firme et immobiliter opantur. Qui ſm
tertiā nec propter hoc opantur nec firme ⁊ imobiliter
operantur. Qui ſecūdū quartā nec ſciētes nec eligētes
nec propter hoc eligentes operantur. Qui aūt ſm qui
tam non eligunt proptee hoc.i. ꝓpter debitum finem.
nec firme et imobiliter opanꝫ. Qui ſecūdū ſextā agūt
nec ſcientes eligunt nec firme et imobiliter operantur
nec etiam(vt plerique)propter hoc eligunt. ¶ Contra ꝑ
mā concluſione marguitur ſic, Qui facit opus fortitu-
dinis propter bonum fortitudinis et propter honorē
ſimul eſt vere fortis.ſed poteſt aliquis facere opus for
titudinis ſimul propter bonum virtutis et propter ho
norem ergo aliquis eſt fortis qui facit opus virtutis ꝓ
pter honorem.maior ꝓbatur. quia qui facit opus for-
titudinis propter vtrumque habet omia que requirūtur
ad hoc ꝙ actus ſuus ſit actus vere fortitudinis. quia
habet actum bonum circa materiam fortitudinis et ꝓ
pter finem fortitudinis.¶ Secundo poteſt aliquis fa-
cere opus fortitudinis immediate propter bonum for
titudinis/et mediate propter bonum honoris.ergo o-
perari propter honorem nō impedit actum ne ſit opꝰ
vere fortitudinis.et aña probatur quia opus fortitu-
dinis poteſt referri in honorem tanꝙ̄ in finem. Nam
magnanimus opera difficilia et ardua in bonum ho-
nota. noris tanꝙ̄ in finem referre videtur.¶ Ad primam cō-
cedo maiorem maxime ſi habeat duas volitiones per
ſe bonas:quarum vna ſit volitio operis fortis propter
bonum fortitudīs et alia volitio operis fortis propter
honorem conſequendum vel opprobrium fugiendum.
Et cum infertur ergo aliquis eſt vere fortis. ⁊c. conce-
do.ſed dico ꝙ non dicitur vere fortis in tali caſu eo ꝙ
facit opus fortitudinis propter honorem:ſed eo ꝙ fa-
cit propter bonum fortitudinis. Fortitudo autem po-
litica eſt illa que facit opus fortitudinis propter hono
rem tantum et non propter bonum fortitudinis ita ꝙ
excludit bonum fortitudinis Quod ſi non excludat bo
num fortitudinis tunc dico ꝙ non eſt illa fortitudo ve
ra fortitudo ſecūdum ꝙ politica licet ex alia cauſa poſ
ſit dici vera fortitudo.Et ſi dicas volo ꝙ aliquis faci
at opus fortitudinis tā propter bonum virtutis ꝙ̄ ꝓ-
pter bonum honoris/ita ꝙ neutrum ſit cauſa finalis
totalis:ſed ambo faciant vnam cauſam finalem tota-
lē/ita ꝙ in eo nō ſit tan feruēs amor boni fortitudinis
nec etiā tā feruēs amor honoris ꝙ vtrūque ꝑ ſe ſufficiat.
mouere in rōe cāe finalis ſꝫ ābo ſiľ faciāt:tūc iſte actꝰ eſt
bonꝰ.quia vtrū ꝑtineat ad vām fortitudinē aut ad poli
ticā fortitudinē. Dico ꝙ actꝰ īterior q̄ hꝫ iſtos duos fi
nes ꝑ obiecto ſpē diſtiguitur ab actibꝰ vtriuſque fortitudis

ꝓpť alietatē obiecti ⁊ ꝙ eſt actꝰ bonꝰ q̄ ad nullā vtutē
ꝑtiet formaľr.Enīiate eīn ſūt virtutes ſimplices hec aūt
mixta eſt nō formaľr ſed ꝑ equalentiam.Ad.ii.dico ꝙ vľ
ille intendit vtrūque finem vno actu et tunc dico ꝙ cū fi-
nis ī quē omnia referūtur ſit principalior ꝙ̄tū eſt ex ꝓ-
ſtitutione operantis illud opus erit fortitudo politica
et nō vera fortitudo.ſicut qui mercaturā exercet vt di-
ditetur et per diuitias voluptatibus ſuis vtatur volu-
ptuoſus eſt non auarus.Aut hec facit pluribus acti-
bus/et non vno:et habet etiam duo dictamina prudē
ti alia quorum vnū dictat de oꝑe faciendo ꝓpter vnū
finem/et aliud de relatione illiꝰ finis in honorē: ⁊ iſti
duo actus ſunt imꝑatiui executionis:ita tñ ꝙ quilibet
eorum per ſe ſufficiat tūc dico ꝙ vnꝰ eoꝝ eſt vera forti
tudo et alius fortitudo politica·Si tñ diceretur ꝙ bo-
num virtutis nō pōt ſcḋm rectā rōeꝫ referri in bonū ho
noris ⁊ vľiter nec maius bonum in minꝰ bonum: tunc
diceretur ꝯſiter ꝙ ille actus eſſet fortitudo politica ſed
non eſſet bonus et virtuoſus ꝓpter indebitā relationē
¶ Contra ſcḋꝫ ꝯlonē arguiꝫ ſic.Fortitudo politica nō
eſt ꝯformis cuicumque dictamini prudētiali ergo ipſa non eſt
actus virtutis.aña probatur quia nulla recta ratio di
ctat ꝙ quis debeat ſe exponere periculis bellicis propť
honorem conſequendū.qḋ ꝓbatur.nullus ſm rectā rō-
nem ꝓpter aliqḋ bonū ꝯſequēdū debet ſe exponere ma
lo alicui quod eſt magis malū ꝙ̄ bonū illḋ ꝓpť qḋ ſe
exponit ſit bonū. ſed honor non eſt tantum bonū ꝙ̄tū
malū eſt mors:ergo nullus ſecūdum rectā rōnem debet ſe
periculis bellicis exponere ꝓpter honorem ꝯſequēdum
Secūdo nullꝰ belli ſubeūda ſunt pericula niſi ſit iuſtū
ſed conſequutio honoris non facit bellum eſſe iuſtum
Nā ſi quis in deliberatione de bello ſuſcipiendo deli-
beraret bellum eſſe ſuſcipiendum quia erit cauſa hono
ris et glorie ꝓpter victoriam:ridenda eſſet illa delibe-
ratio igiꝫ. ¶ Tercio:hec fortitudo nō operaꝫ ꝓpť bo
nū virtutis:ergo ipſa nō eſt virtus.Aña patet quia nulla
virtꝰ opatur ꝓpter deſiderīū boni extrinſeci: ſꝫ ꝓpter
bonū ipſius operis vtuoſi:ſed iſta opaꝫ ꝓpter bonū
extrinſecū/ſcꝫ ꝓpter honorē ⁊ nō ꝓpť bonū ipſiꝰ vtu- nota.
tis igiꝫ.¶ Ad primā nego maiorem.et ad probationem
dico ꝙ ſi in rei veritate nullum eſſet aliud bonū conſe-
quendum per opus fortitudinis niſi honor tunc nulla
recta ratio dictat ꝙ ſint ſubeūda huiuſmodi ꝑicula bel
lica ꝓpter honorem ꝯſequēdū:ſꝫ vbi recta ratio dicta
uerit ſuſcipiendum eſſe bellum pro ſalute ⁊ defenſione
reipu.pōt ei qui ad hāc rectā rationē teneꝫ recta ratio
dictare ſubeundū eſſe bellum ꝓ honore cōſequendo/et
turpi vitando:et dato etiā ꝙ talis nō teneaꝫ ad illam
rectam rationē:ſi tñ ſit de his qui pñt ꝓbere defenſio-
nem illi reipub.ſine iniuria cuiuſcumque/ et ſciat bellum
eſſe iuſtum pro tali honore ꝯſequendo pōt vel patiētiꝰ
in bello ſuſtinere vel fortius et vilius ſe periculis obii
cere:ita ꝙ aliquādo defenſio illius reipb.ad quam de-
fendēdā nō tenetur/nō ſufficeret eū mouere ad ꝑduran
dū ī alqḃus ꝑiculis:ad quoꝝ tñ tollerantiam amor ho
noris et odiū opprobrii eū mouet¶ Ad ſecūdū cōcedo
maiorē et minorē ⁊:ꝯcedo ꝙ ꝯſecucio honoris nō eſt vľr
cauſā ratiōabilis ſubeūdi ꝑicula belli: ſꝫ eſt cū tñ ī bel
lo iuſto et legitimo¶ Ad tertiam dico ꝙ fortis hac for
titudine operaꝫ ꝓpter bonū magnanimitatis quia ſcꝫ d
ctat honeſtum eſſe fortiter faciendo ſe dignū honorem
facere/et vt ſe dignū honoribꝰ faciendo honores aſ-
ſequatur et opprobria fugiat,¶ Cōtra quartā concluſi
onem arguiꝫ ſic. Experientia belli nichil habꝫ vere forti
tudini repugnans immo ipſa eſt vere fortitudini maxi
me conſentanea.ergo fortitudo experimentalis eſt vā
fortitudo.¶ Ad hanc rationem coceditur aña:⁊ negaꝫ
ꝯña:quia nō vocatur fortitudo experimentalis illa que
eſt in hñtibꝰ experientiam.quia multe tales ſunt vere

fortitudines. ſed illa q̄ aliquis aggredit̄ pericula
belli ꝓpter experiētiā/⁊ nō ꝓpt̄ bonū fortitudinis.
Et ideo tales deficiunt a fine fortitudinis. ¶ Cōtra
q̄ntā cōcluſionē arguit̄ auctoritate Ari. dicēt ꝙ for=
titudo q̄ eſt ꝓpter furorē eſt naturaliſſima. ſed natu
raliſſima fortitudo eſt vera fortitudo igit̄. Confir=
matur quia ſm̄ Ari. (⁊ ꝓbat teſtimonio homeri) for
titudo aſſumit irā in auxiliū: ḡ fortitudo propter fu
rorē eſt vera fortitudo. ¶ Ad hanc rationē r̄ndetur
ꝙ textus iſte allegatꝰ eſt trūcatꝰ: ⁊ ideo ꝑficiendus ē
Dicit ḡ ſic Ari. Naturaliſſimā aūt videt̄ q̄ propter
furorē eſt ⁊ ꝑaccipiens electionē ⁊ cuius gratia for=
titudo verbi vult dicere Ari. ꝙ illa fortitudo que eſt
ꝓpter furorē eſt naturaliſſima q̄ prius accepit deli=
berationē recte ratiōis ⁊ electionē ⁊ finē vere forti=
tudinis. Dico ḡ ꝙ duplex ē fortitudo propter furo
rem. Una eſt ſine rōe ⁊ electione: cum ſcꝫ furor ſiue
appetitus vlctionis eſt tota cauſa ſubeūdi. ꝑicl'a et
hec eſt de q̄ intelligit̄ ꝯcluſio. Alia eſt q̄ ꝑaccipit de=
liberationē ⁊ electionē ⁊ finē fortitudinis ⁊ aſſumit
ſibi furorē vel triſticiā de ꝑpenſione ⁊ appetitum
vindicte in auxiliū. Et iſta eſt quā dicit Ari. eſſe natu
raliſſimam. vbi ſm̄ tranſlationem Aretini natura=
liſſima dicitur quia proxima ad verā fortitudinem
accedit. ꝓxime aūt (inq̄t) ac eā q̄ ſm̄ natuarm eſt acce
derevidetur fortitudo q̄ per iram fit ſi modo electio
nē rationēq; ante accepit. Michi aūt alit̄ videt̄. Nō pinio.
enim video ꝙ aſſumptio huius furoris in executio= ctoris
nem eoꝝ q̄ iam dictata ſunt a rōe ⁊ diligent̄ preuiſa
reiciat hoc opus a ſpē vere fortitudinis imo dico ꝙ
iſte actus aggrediendi ꝑicula eſt imꝑatiuꝰ ab habi
tu ⁊ actu vere fortitudinis cū cōcurrunt oīa q̄ exigū
tur ad verū actū fortitudinis. Iſte tn̄ actus exterior
adiuuat̄ vt melius fiat īterdū ⁊ ꝑicula belli interdū
a deſiderio honoris interdū ab honeſto amore lu=
cri int̄dū a triſticia ꝑpenſiōis ⁊ offenſiōis ⁊ appe
titu vindicte. Et iudicio meo ſi iſte furor non impe=
diat cognitionē eoꝝ q̄ cognitu neceſſaria ſunt ī exe
cutione operis nec faciat opus difforme recte ratio
ni: actus ſemꝑ ꝑtinet ad veram fortitudinem ⁊ hoc
eſt quod dicit euſtracius ꝙ fortitudo ꝓpt̄ furorē ſit
v̄a fortitudo ſi hec oīa preaccepit. Et Thomas etiā
D. 2.2. dicit ꝙ erit vera fortitudo ſi preaccipiat hec omnia
e. 125. Ideo in hac parte tranſlatio Aretini nō michi pla
i. 10. cet. q̄ hmōi fortitudinē etiā preaccipientē que dicta
ſunt dicit tm̄ proxime accedere ad veram fortitudi
nem. Solutio confirmationis patet ex dictis. ¶ Ad
rationem ante oppoſitū patet quid ſit dicendum.
¶ Sed circa ea q̄ dicta ſunt ſunt aliq̄ dubia. Pri=
dium. mū de eo q̄ dictū eſt ꝙ fortitudo ꝓpter furorē que
ꝑaccipit rationē ⁊ electionem ⁊ fine fortitudinis eſt
naturaliſſima. Arguit̄ ſic. nulla virtꝰ ſit perfectior ꝑ
aſſumptionē alicuius qđ nō eſt bonū moral'r. ſed fu
ror non eſt moral'r bonus. ḡ fortitudo ꝑ aſſumptio=
nē furoris nō ſit melior. Secūdō nulla oꝑatio mo=
ralis ꝑ aſſumptionē alicuius mere naturalis ſit me
lior. ſed ira vel furor eſt paſſio naturalis vt habet
euſtraciꝰ ſuper illo v̄bo naturaliſſima aūt videt̄. ⁊c
igit̄. ¶ Tertio ſi fortitudo q̄ ꝓpter furorē eſt ꝑacci=
pit electionē/⁊ finē fortitudinis ipſa eſt vere fortitu
do lꝫ ſi eſt vere fortitudo nō eſt fortitudo ꝓpt̄ furorē
ḡ iplicat ꝙ fortitudo ꝓpt̄ furorē ꝑaccipiat rōem et
electionē. minor ꝓbat̄ q̄ ſi eſt vere fortitudo ipſa eſt
fortitudo ꝓpter habitū ⁊ nō ꝓpt̄ furorē. ¶ Quarto
q̄ aut ipſa ꝑ̄us eſt fortitudo ꝓpter furorē aut ꝑ̄us
eſt fortitudo ꝑ electionē. Si ꝑmū ḡ ipſa nō ꝑaccipit
rōem. q̄ tūc cū accipit̄ cō ipſa nō eſt fortitudo ꝓpter
furorem. Tū q̄ nō ccipit rōem anteq̄ ſit fortitudo
propter furorem: ḡ nō ꝑaccipit rōem. Tū etiā q̄ nō
videtur poſſibile ꝙ ipſa prius eſt fortitudo ꝓpter furo
rē et accipiat rationem q̄ ira impedit animā ne poſſit
cernere verū ꝙ ſi prius ſit fortitudo ꝑ electionem: ḡ ip
ſa fortitudo propter electionem accipit furorē ⁊ nō eꝯ.
¶ Quinto: actus fortitudinis primo propter rōem et
electionē factus nūq̄ fit melior ꝑ interuētū furoris: igr̄
talis fortitudo nō eſt naturaliſſima. añs ꝓbatur. Tū
quia furor ille nec eſt circumſtantia: nec obiectum actus
Tū q̄ nō eſt bonitas in actu exteriori niſi illa que eſt
bonitas alicuius interioris. ſed ꝑ interuentum furoris
actus interior non fit melior: ergo nec actꝰ exterior fit
naturalior. ¶ Sexto ira non eſt aſſumenda a viro for=
ti: ergo ꝑ aſſumptionem ire fortitudo eſt deterior. añs
pꝫ. Tū ꝑmo: q̄ nō eſt in ꝑtāte noſtra iraſci cū volumꝰ argu. tho
Tū ſecūdo: q̄ ira nō pōt regi nec deponi ad arbitriū 2.2. que.
boni viri: ergo nō eſt aſſmuenda a viro forti. aſſumptū cii. arti=
patet ꝑ Ariſ. libro de memoria dicentem/ꝙ q̄ñ paſſio lo. 10. 19
corporalis mota eſt non ſtatim quieſcit vt homo vult.
Tū tertio: q̄ rō ad ſe ipſam ſufficit ad opus fortitudi
nis exeq̄ndum: ḡ nō debet aſſumere aliquid ſe infirmiꝰ
cuiuſmodi eſt ira. Añs ꝓbatur per. Senecam libro de= Senec a.
ira. Non ad prouidēdum tm̄. ſed ad res gerēdas ſatis
eſt per ſeipſam ratio. ⁊ quid eſt ſtultꝰ q̄ hāc ab ira cū
dia petere preſidiū rē ſtabilē ab incerta fidelē ab in fi=
da/ſanā ab egra. Tum quarto: q̄ fortis non aſſumit
triſticiam vel cōcupiſcentiā ad opus fortitudinis exe=
quendum: ergo nec aſſumere debet furorem. ꝯña patet
quia ſicut propter iram aliq̄ vehementiꝰ incumbunt o
peri fortitudinis: ita etiam propter ꝯcupiſcentiā ⁊ tri
ſticiam. fere enim (vt vult Ariſ. in tertio) propter triſti=
tiam vel dolorem incitant̄ ad pericula ⁊ adulteri pro
pter cōcupiſentiā. Tū quinto q̄ in executione operis
multa frequēter incidūt egentia noua diſcutione ⁊ cō
ſilio et qui prius preuideri non potuerunt. ſed ira im=
pedit hmōi diſcutionem ⁊ cōſilium ergo a viro forti nō
eſt ira aſſumenda. ¶ Pro r̄ſiōne ad iſtum dubiūꝫ ſit opinio
prima cōcluſio. Nec habitus fortitudinis propt̄ furorē doctoris
ꝑ acceptionē rōis recte fit habitꝰ vere fortitudinis nec
habitus v̄e fortitudinis ꝑ interuentū furoris fit habi=
tus fortitudinis propter furorem ¶ Scđa cōcluſio nec
actus interior ⁊ proprius huiꝰ fit actus illius propter
cauſas dc̄as: nec ecōtra. Probatur iſte due ꝯcluſiōes
quia ⁊ habitꝰ vnus ab alio habitu/et actus ab actu
eſt ſpecie diſtinctus. ¶ Tercia concluſio: habitus for=
titudinis propter furorem nūq̄ aſſumit rōeꝫ ⁊ electio
nem. Patet q̄ habitus fortitudinis nō eſt habitꝰ ele=
ctiuꝰ necq; natus inclinare ad actum ſecūdū iudicium
recte rationis imo rectitudo rationis eſt omino ſue ī
dinationi impꝑtinens. igr̄. Quod ꝓbatur quia habitꝰ
ille non eſt generatus ex actibus electiuis nec recte ra
tioni conformibus: ſed ex actibus qui erāt paſſiones q̄
dam aut qui erant eliciti a paſſionibus modo nature
inclinantibus/et ſine quacunq; habitudine ad rectam
rationē ergo habitus inde geniti hn̄t eūdē modū incli
nandi. ¶ Item habitus ille aut ꝑ accipit rōem per ele=
ctionē actu circa rationē habenda aut ꝑ inclinationē
ad rationē et electionem habenda. ſed cōſtat ꝙ neutro
modo igitur: non enim apparet modus quicunq; per
queꝫ iſte habitus fortitudinis furioſe per actiuitatem
ſuam rationem aſſumat ¶ Quarta concluſio. Furor in
terdum adiuuat habitum vere fortitudinis vt exeat in
actum interiorem. Probatur. quicquid natum eſt re=
mouere cauſam prohibitiuam alicuius illud eſt adiu=
tiuum eius. ſed furor īterdum remouet cauſam prohi
bitiuā nec vera fortitudo eliciat actum ſuū. q̄ ꝓhibet
timorem et diffidentiā ergo furor interdū adiuuat. ⁊c
Adiuuat aūt interdū actū interiorem nō imperatiuꝫ
formaliter executionis. q̄ īterdū ꝓpter timorē nō vel=
lemus inſiſtere recte rationi dictanti eſſe fortit̄ facien=

dū nec habere. nec electionē recte rōni cōformē Adiu
uat etiā interdū habitū ad ꝑducēdū actū formalr̄
īꝑatiuū executiōis. a quo actu ꝓhiberet̄ ꝑ timorem
quē tollit furor. Tū ꝓpter triſticiā paruipenſionis
Tū ꝓpter appetitū vindicte. ¶ Quinta cōcluſio: fu
ror interdū adiuuat ad actū exteriorē ṽe fortitudi
nis exeq̄ndū. ꝓbat̄ oē illō ꝑ qō hō fit magis pugnax
adiuuat ad actū exteriorē vere fortitudinis ſed per
iram et furorē hoīes fiūt magis pugnaces igit̄ ma
ior eſt certa q̄ꝛ actus exterior principalis fortitudi-
nis eſt ꝯpugnatio tam ſuſtinendo q̄ inferēdo. Et mi
nor ꝓbat̄ q̄ꝛ irati licet doleant tū vlciſcēdo τ puni
endo delectant̄. cū ipſi aſſequant̄ id qō deſiderant
ſcꝫ vindictā cuius ira eſt appetit⁹. Ex quo ſic arguit̄
ꝑ irā ipſa ꝯpugnatio fit forti delectabilis ergo per
irā fit fortis pugnatior. Et hanc rōem tangit Ari.
Tertio ethicoꝝ cū ait Et homines vtiq̄ȝ irati q̄dem
dolēt punientes aūt delectant̄. ¶ Sexta ꝯcluſio Nō
fit ꝓpter furorē ṽa fortitudo ꝑ ſe melior. ꝓbat̄ quia
reſpectu actuū interiorū nō ſe habꝫ niſi tanq̄ remouēs
vel īpediēs actionē cauſe ꝓhibentis. Tū quia non
Nota. q̄cquid facit hoīes pugnatiores facit homines for-
tiores. Nam (vt dictū eſt) triſticia dolor ꝯcupiſcētia
et ira faciunt hoīes pugnatiores. Nec tū propt̄ hoc
faciunt fortiores. Et notant̄ dictū eſt per ſe q̄ꝛ act⁹
exterior aliq̄ñ intendit actū interiorem quo intenſo
intenditur habitus. ideo ꝑ accñs τ mediate poteſt
aliq̄ñ furor effecā vt intendat̄ habitus ṽe fortitudis
Et rationem hu⁹ cōcluſionis videt̄ tetigiſſe Ari. cū
ait. Qui aūt ꝓpt̄ hoc ſcꝫ ꝓpter delectationē vlciōis
R τ vindicte pugnaces q̄dē non fortes. ¶ Septima cō
cluſio: furor īmoderat⁹ deliberationē rōnis prece-
dens nō cōcurrit cū habitu vere fortitudis ad actuꝫ
eiuſdē vere fortitudinis exeq̄uēdū ꝓbat̄: Tū primo
q̄ꝛ q̄ȝ diu remanet īmoderat⁹ tā diu īpedit rectitu-
dinē rōnis haberi. Eo q̄ ira impedit aīm ne poſſit
cernere vero. Et hoc dico de impedimēto perturban
te τ difficultante τ nō de impedimēto impoſſibilitā
te. Nam rectitudo rōnis p̄cedit moderationē ire q̄
Cato. fuit prius īmoderata. Ideo immoderatio ire nō ſic
īpedit rectitudinē rōnis q̄ impoſſibilitet ad eā habē
dā: ſed tū difficultat. Secūdo aut furor ꝯcurrēs ad
pugnacitatis actū pro tp̄e ꝓ quo habitus vere forti
tudinis ꝯcurrit cōcurrit ſm̄ īpetū ſuū aut ſecundū
moderamētū recte rōis. Si concurrat ſm̄ impetum
ſuū q̄ȝ iſte actus non eſt act⁹ vere fortitudinis nec eſt
act⁹ quē imparit vera fortitudo. Si nō cōcurrit ſm̄
impetū ſuū q̄ȝ moderatus eſt furor ꝑ rōnem. q̄ȝ ad il-
lum actū nō cōcurrit furor immoderat⁹. Et ſi dicas
ponat̄ caſus q̄ ſit in aliquo furor immoderat⁹ τ eo
manente īmoderato fiat deliberatio de actu fortitu
Caſus bonus dinis τ de periculis belli ſubeundis τ deliberet re
cta rō de actu de fine τ omnib⁹ circumſtantiis τ me-
diante habitu fortitudinis τ recta ratione eliciat̄
actus interior etiā imparatiuus executiōis τ tunc fu-
ror immoderatus impellat ī actū exteriorem ſecūdū
totum impetū ſuum nō fiat tū deuiatō q̄cūq̄ȝ a cir-
cumſtantiis dictatis ꝑ rectam rōem. Tūc arguitur
ſic Ad iſtū actū cōcurrit furor immoderatus ſecūdū
totū impetū ſuum ſed iſte actus eſt actus imperat⁹
a vera fortitudine cū habeat oēs circūſtantias bo-
nas τ ſic recte rōi ꝯformis q̄ȝ ſeq̄tur q̄ ab eūdē actū cō
currunt vera fortitudo et furor immoderatus. Ad
hoc reſpondet̄ negando vltimā ꝑtem caſus quia cō
tinet duas ꝑtes ſibi īcompoſſibiles vna eſt q̄ furor
immoderat⁹ impellat in actum ſecundū totū impe-
tum ſuū τ q̄ non fiat deuiatio quecunq̄ȝ a circumſtā
tiis per rectā rōnem dictatis. Nam ſi fiat īpulſio in
actum ſm̄ totū īpetū furoris. tūc p̄ncipal̄ finis erit

vindicta appetita: et non ille finis quem recta ratio
ſtatuebat in actu. Tum etiam quia cum dicis q̄ non fi-
at deuiatio a circumſtanciis. ⁊c. Aut ideo non fit deuia
tio quia ꝓ tunc non eſt poſſibile deuiationem fieri ſe-
cundū aliquam circumſtātiam que caderet ſub impetu
furoris. puta quia tūc nō eſt poſſibile nimis vlciſci vl̄ ni
mis ledere aduerſarium: aut pro tūc poſſibile eſt deuia
tionem fieri in quā tamē deuiationem furor natus eſt
mouere: ſed nō fit quia dictatū eſt a ratiōe actū eſſe fa-
ciendū ſecundū talem circumſtantiā. Si ſecūdum: ergo
furor non agit ſecundū totum impetū ſuū: ſed agit ſe-
cundū moderationē recte rationis. Si primū aut igi-
tur talis eſt impulſio et impetus furoris q̄ ſi eſſet poſ
ſibilis deuiatio nūc dicā: ipſa fieret aut non. Si nō er-
go furor moderat⁹ eſt. Si ſic ergo eſt ibi ī terp̄tiua de
uiatio. ſicut ille qui credēs furtiue auferre rē alienam
et in rei veritate aufert ſuā habet actum exteriorē fur
ti interpretatiue: quia accipit rem que ſua eſt tanq̄ a-
lienam ita q̄ licꝫ iſte nō deuiet quia tunc nō eſt poſſibi
lis deuiatio ſecundū aliquā illarū circūſtanciarū in q̄s
impellere natus eſt impetus furoris: q̄ꝛ tū deuiaret ſi
hmōi deuiatio eſſet poſſibilis. dico q̄ actus eſt malus.
et eſt ibi deuiatio interpretatiua. ¶ Octaua concluſio
furor moderat⁹ poteſt cū habitu vere fortitudinis ad
eundem actuꝫ exteriorē cōcurrere. Patet: quia ſi furor
moderatus ſit nō cōcurret ad actum ſecūdum totū im
petum ſuum ſed ſecundū moderamentū recte rationis
Nec faciet q̄ȝcūq̄ȝ deuiationē a rectitudine rationis
ſed adiuuabit ad actum omnib⁹ hominis circūſtātiis
veſtitum: etiā vbi poſſibilis eſſet hmōi deuiatio. Ita q̄
omnis inclinatio furoris ita continebitur ſub modera
mine recte rationis: vt in nullum actū exeat niſi cōfor-
miter ad iudicium recte rationis volūtas eñi informa
ta habitu vere fortitudinis cohibebit et moderabitur
hmōi paſſionē furoris τ īpediet ne ſecūdū totū impetū
ſue inclinationis exeat in actū. et eo moderato vtetur
ad cōmoditatē ſui act⁹ ¶ Ad rationes dubii. Ad p̄mā
concedo maiorem. τ cōcluſionem q̄ infertur. τ hoc eſt ꝓ
ſexta concluſione. ¶ Dico tamen q̄ per aſſumptioneꝫ
alicuius mere naturalis aut etiam alicuius mere ar-
tificialis et non boni moraliter adiuuatur vera forti-
tudo et ad actū ſuum interiorem et ad actuꝫ exteriorē
vt per induſtriam bellicam et per inſtrumenta bellica.
cum per hec fiant homines pugnotiores. Et per hoc
etiam patet reſpoſio ad ſecūdam ¶ Ad tertiam dico q̄
fortitudo propter furorem accipit dupliciter. vnomō
pro paſſione vel habitu furoris inclinantis ad ſubeū nota.
dum pericula. et ſic dico q̄ q̄ȝtuncūq̄ȝ ipſa accipiat ra-
nem τ electionem: nūq̄ȝ tamē ipſa eſt vera fortitudo. q̄ꝛ
hmōi paſſio vel habitus vel eſt triſticia de ꝑuipenſione
vel appetitus vindicte propter ꝑuipenſionem. Aliomō
accipitur pro ipſa aggreſſione pericul̄ que eſt actus fu
roris: et eſt fortitudo actualis. Et tunc dico q̄ aliquis
dicitur fortitudo propter furorem dupliciter: vnomō
quia furor in eam inclinat ſecundū totum impetū ſuū
Et ſic dico q̄ implicat q̄ hec fortitudo ſit fortitudo ꝓ
pter furorem τ q̄ rationē τ electionem accipiat. Alio
modo quia furor impellit in eam licꝫ nō ſecūdū totum
impetum ſuum: ſed ſecūdū moderamentum recte ratio
nis. et in hoc hec fortitudo rōem accipit q̄ ſcꝫ nō incli-
nat in aggreſſionem periculi niſi ſecūdū moderationē
rationis. ¶ Ad quartā iam dictum eſt q̄ ſi hec fortitu-
do et illa accipiantur pro habitibus: nūq̄ȝ idē habitus
ſimul eſt vera fortitudo τ fortitudo ꝓpter furorē. quia
tamen argumētū nō ſolū hoc videtur ꝓbare ſed aliud
ideo per partes rñdendū ē. gratia ergo exēpli volo q̄
in aliquo ſit habit⁹ ſubeūdi ꝑiculū ꝓpter furorē ex mul
tis actibus genitus. volo etiam q̄ in aliquo alio ſit ve-
hemētiſſimus actus appetendi vīdictam propter ꝑ-

ſuſpenſionē. Cū ergo queris aut prius eſt fortitudo. ⁊c Dico ꝙ iſtud argumentum ſupponit ꝙ aliqs habitus ſit aliqñ ſimul ⁊ ſemel fortitudo propter furorem ⁊ vera fortitudo. quod dictū eſt fſm eſſe. Dico tñ ꝙ poſſibile eſt ꝙ fortitudo ꝑpter furorez (de habitu loquor) prius ſit fortitudo ꝑpter furorē ꝙ̄ fortitudo ꝑ electionē ſit fortitudo per electionē hoc eſt: ꝙ̄ vera fortitudo eliciat actū ſuū. Et cū dicis: ꝙ non pre accepit rōem. negaꝛ ꝯña. Et ad primā ꝓbationez dico, ꝙ cū accipit ratio ipa ad huc eſt fortitudo propter furorem moderatū tñ licet nō ſit fortitudo propter furorē immoderatū. ¶ Ad ſcdām ꝓbationē dico ꝙ Ari. non intelligit ꝙ ꝑaccipiat rōem anteꝙ̄ ſit fortitudo ꝑpt furorē: ſed anteꝙ̄ exeat in actū. ¶ Ad terciā ꝓbationem ꝯcedo ꝙ ira ipedit maxime de ira actuali licet etiā habitꝰ impediat. neutrū tñ impedit impedimento impoſſibilitātē: ſed tm̄ impedimento difficultante. Adverte tñ ꝙ fortitudo ꝑpter electionē accipitur q̄drupl’r vnomō ꝑ habitu ve fortitudis Secūdomō ꝓvero ꝑꝓ actu electio huiꝰ habitꝰ ⁊ hoc ſiue ſit actus imꝑatiuꝰ formalit executiōis ſiue non Terciomō ꝑ actu vel habitu vel paſſione ꝑ verā fortitudinē moderato. Quartomō ꝑ actu exteriori ⁊ imperato. Tercia acceptio eſt multū ip̄ropria qꝛ fm̄ eā timor moderatꝰ vel audacia moderata diceret eſſe vera fortitudo. Accipiendo etiā iſta pro paſſionibꝰ vel habitibus timoris ⁊ audacie: ſecundū illum terciū modū, fortitudo ꝑpter furorē poteſt dici fortitudo per electionē ⁊ ſimil’r q̄rtomō qꝛ actꝰ in quē inclinat furor moderatus eſt impatꝰ a vera fortitudine. ¶ Ad quintā negaꝛ maior tam de actu interiori ꝙ̄ exteriori vt patȝ ꝑ q̄rtā ⁊ q̄ntā ꝯcluſiōes. Ad primaȝ ꝓbationē dico ꝙ aliqñ eſt remouēs ꝓhibēs ⁊ difficultans hītū vere fortitudis exire in actū elicitū vel in actū īpatiuū executionis. ⁊ ita ꝑ hoc cā eſt interdū ꝙ actꝰ interior eliciaꝛ vbi nō eliceret. Interdū vero ꝙ eliciaꝛ intenſior. Ad intencionē tñ Ari. dico ꝙ licet actus fortitudinis per interuētū furoris nō fit regulariter melior tñ fit ad finē vere fortitudinis: que eſt defenſio patrie vel oppugnatio hoſtiū accomodatior qꝛ iſte actꝰ ꝯſiſtit in virili pugnacitate. furor aūt pugnaces facit. ⁊ ꝑpter iſtā cauſā fortitudo cū qua ꝯcurrit furor moderatꝰ dicitur naturaliſſima. ¶ Ad ſextā nego añs: ⁊ ad ꝓbationē cōcedo ꝙ ira nō ſemper cadit ſub impio: qꝛ ꝓſupponit ſuſpenſionē que non eſt in nobis ſed in alio. Dico tñ ꝙ aliquādo mediante actu libero volūtatis impaꝛ actus recordationis aut inq̄ſitiōis eoꝝ q̄ nos ſuſpenderūt. quoꝝ cū recordamur accendimur ira ⁊ furore. Ad ſecundam ꝓbationem dico: ꝙ licet difficile ſit regere iraȝ aut deponere eſt tamē ſimplicit’ poſſibile, ⁊ maxime apud eū q̄ actꝰ ſuos iudicio ratōis moderaꝛ. Quēadmodū fortis actꝰ fortitudinis regi ⁊ dirigit per iperium ratiōis. Ad auctoritatē Ari. dico ꝙ ipa ꝑdictā ſolutionē innuit. ꝑ hoc eniꝫ ꝙ dicit nō ſtati quieſcit vt vult hō ſignificat ſimul ⁊ difficultatē ⁊ poſſibilitatem regendi ⁊ moderandi eā. ¶ Ad terciā ꝓbationē, ſi intelligatur de actu exteriori, nego añs. Eget eniȝ ratio vibus motiuis ⁊ executionis que adhibito furore ꝓmptiꝰ ⁊ virilꝰ exequunꝛ. Nō licet etiā ſufficiat ad cōſulendū non ſufficit tñ ad ipellendū voluntatē in actū ſuū propriū: nec ſufficit ad cohibendū timorē ipediētē electionē actꝰ interioris ⁊ executionē eius Et q̄ꝺ dicat Seneca de aſſumptiōe īfirmioris dico ꝙ due cauſe quaꝝ vna ē maioris vtutꝭ ⁊ alia minoris plꝰ ſimul ꝑſt ꝙ̄ altera eaꝝ. iō cā firma poteſt vti infirmiore ad actū ſuū exequendū. Ad quartam ꝓbationē nego añs. De triſticia ꝯſtat ꝙ furor triſticia eſt. Tū etiam qꝛ vir fortis aſſumit triſticiam de

ſolatiōis patrie ad executionez actus fortitudis. Si rex etiam aut alius vir fortis inſtituat bellum pro repetenda vxore aut reſtitutione ablatorum per concupiſcentia moderatā iſtarum rerum fiet pugnatior. In quo argumēta nō placent michi ſancti doctoris ſolutio que michi videtur deficere in tribus primo in hoc ꝙ dicit ꝙ ira non valet ad actum ſuſtinendi: ſed tantum ad actum aggrediendi. Contra hoc dico ꝙ ira moderata valet ad ledendum aduerſarium omnimodo quo dictat circa ratio eum eſſe ledendum ſiue expectando ſiue aggrediendo ſiue ſuſtinendo ſiue feriendo. Et ꝙ ira valeat ad ſuſtinēdū patet: quia ira ⁊ furor maxime facit hominem inſenſibile inter vulnera et ictus ergo facit eum maxime perdurare intollerantia paſſionum. Sed hanc tollerantiam et ſuſtinenti ipſe ordinant in inuaſionem ipſe enim ſuſtinet ictum vt inferre poſſit ⁊ patitur vt aggat. Nec videlicet quod dicit Thomas ꝙ ad iram pertinet inſilere. dico enim ꝙ ad iram moderatam. pertinet inſilire cum inſiliendum eſt. Sed qꝛ aliquando non poteſt commede inſilire niſi prius ſuſtineat et patiatur: Ideo ad iram aliquādo pertinet ſuſtinere vt tandem commodius inſiliat. Deficit ſecundo in hoc ꝙ dicit ꝙ triſticia non coadiuuat ad aggrediendum niſi per accidēs: inq̄tum ſcilicet aliquis periculo ſe exponit vt triſticias fugiat. ¶ Contra ſi ſic ſequeretur ꝙ ira etiam non valeret niſi per accidens: inq̄tum ſcȝ aliquis periculo ſe exponit vt aduerſarium vleiſcatur dico. ꝙ circa hoc ꝙ duplex eſt triſticia: vna eſt rerū impertinentium bello. vt triſticia de morte filii vel vxoris q̄ mors nō eſt ex bello nec in bello: ſed ex alia cā et alio loco contingit. ⁊ de iſta concedo ꝙ non valet niſi ꝑ accidens. Alia eſt triſticia rerū pertinentium. vt triſticia reꝝ ablataꝝ ab hoſtibus triſticia ex deſolatiōe patrie vel occiſione filii in bello ſuſceptꝰ Et iſta facit regl’rit’ homines magis pugnaces Alia aūt nō niſi ꝑ accidens Nec vȝ ratio. Thome: q̄ ait ꝙ per triſticiā ſcdȝ propriā rationem ſuccumbimus nociuo. Dico ꝙ duplex eſt triſticia. vna immoderata deficiens et abſorbens et de illa concedo. Alia eſt moderata et afficiens tantum. ⁊ de illa nego. In irato enim eſt triſticia: imo ipſa ira triſticia eſt. In zelante etiam eſt triſticia: imo ſecundū Ariſtotilem zelus triſticia eſt: non quidem deficiens et abſorbens: ſed afficiens tantum. ¶ Tertio deficit in hoc ꝙ dicit ꝙ concupiſcentia non valet niſi per accidens in ꝙ̄tum ſcilicet aliquis vult pocius pericula ſubire quam delectabili carere. Dico enim ꝙ concupiſcentia per ſe adiuuat vt patuit in exemplis poſitis. Et de his omnibus patet ex textu allegato arguendo ad dubium. Quicquid enim per ſe vult efficaciter aliquid vult ꝑ ſe tollere omnem cauſam impeditiuam illius. Tum etiam: quia (vt dictum eſt) homines concupiſcentes fiunt pugnatiores. Tum quia propter concupiſcentiā fit vt ablatio rei concupite videatur eſſe maior paruipenſio. Et ita concupiſcentia augmentat iram ¶ Ad rationem autem. Thome concedo ꝙ concupiſcentia primo tendit in bonum delectabile quia non poteſt tali bono potiri ſine remotione impedientium: ideo ſecundario tendit ad remotionem huius impedimenti. Ad quintā probationem nego minorez de ira moderata. dico enī ꝙ ſicut ira moderata non mouet ſecundum totum impetum ſuum ſed ſecundum iudicium rationis ita nec etiam impedit eius deliberationem vbi noua deliberatione opus eſt. Si tamen beatus thomas nō voluit dicere niſi ꝙ ira directius et immediatiꝰ facit hominē magis pugnacē ꝙ̄ triſtitia vel concupiſcentia non ſibi contradico. Si autem ſimpliciter velit negare vniuerſaliter, ꝙ fortis nec triſticiā nec concupiſcentiā aſſumit ad executionem actus fortitudinis quia non valent niſi per accidēs nec reddūt homines pugnatiores hoc

Margin notes: D. — expoſi. …ctori. …hiloſo. — tho.2.2. que.123. arti.10. — tho. vbi ſupra. — opi. doc. — tho. vbi ſupra. — expo. doc

ez dubiū ſalua tāti viri reuerentia nō michi videt verū ¶ Dubiū
ſecundum eſt de hoc q̄ ex Ariſtotele dictum eſt q̄ for
argumē. titudo maxime eſt circa repentina pericula Cōtra hoc
tho. 2. 2. enim arguitur primo auctoritate Tullii dicētis q̄ for-
que. 125. titudo eſt conſiderata periculorū ſuſceptio / laborū
arti. 9. perpeſſio ſed illa ſunt repentina que ſūt inopinata in
preuiſa et incōſiderata igitur Scdo arguit p illō Am
broſii primo libro de officiis: fortis viri eſt non diſſi-
mulare cū aliquid immineat: ſed pretēdere tanq̄ de
ſpecula quadā mentis obuiare cogitatione puida re-
bus futuris, ne forte. dicat poſtea: ideo in iſta incidi qr
non arbitrabar poſſe euenire ſed vbi eſt aliquid repē
tinum ibi non poteſt prouideri in futurum ergo forti-
tudo non eſt circa repentina. Tertio ſecundū phm ter
tio ethicorū fortis eſt bone ſpei. ſed ſpes expectat aliqd
in futurū ergo opatio fortitudinis non eſt circa repēti
na. ¶ Pro dubio eſt aduertandum q̄ quadrupliciter
poteſt intelligi fortitudinem eſſe circa pericula repen-
tina vno modo quantum ad actum eius elicitū ita ſci-
licet q̄ habeat electionē circa. Secundo modo q̄tum
ad manifeſtationem virtuoſi habitus inexiſtētis. Ter
cio modo quantum ad moderationem paſſionis nate
cauſari ex illo periculo repentino et repentine appa-
rente. Quarto modo ſic q̄ repentinum ſit cōdicio quā
fortis per habitum fortitudinis nititur ponere in ma
nota. teria circa quam eſt. Sit igitur prima concluſio forti-
pmo modō. tudo non eſt circa pericula repentina primo modo et
probatur quia fortis nō intendit q̄ pericula circa que
verſatur ſint repentina et inpreuiſa et nouiter emer-
gentia ſed quantum poteſt nititur ea preuidere et pre-
cognoſcere vt eis ſecundum dictamen recte rationis
occurrat et quantum poteſt preuidere nititur vt quecū
que intercurrere pericula poſſunt preuideat. et quomō
eis obſiſtendum ſit excogitat. Et hoc eſt quod voluit
dicere ambroſius in auctoritate allegata ad dubium
et ſimiliter. Tullius in diffinitione fortitudinis: hoc i-
dem voluit. Gregorius in omeliis: cum dicebat. Iacu-
la que preuidētur minus feriunt. et nos mala mundi fa
cilius feremus ſi contra ea clipeo preſciencie premuni
mur. neq̄ ſolum volunt iſte auctoritates q̄ fortis peri-
cula que ſubit non cupit eſſe repentina: ſed etiam q̄ q̄
tum poteſt facit et nititur ne repentina ſint et in preui
ſa. ¶ Probatur etiam auctoritate. Ciceronis primo
de officiis dicentis. fortis vero animi et conſtantis eſt
non perturbari in rebus aſperis / nec tumultuantem
de gradu deiici vt dicitur ſed preſtāti animo viti et cō
ſilio: nec a ratione diſcedere Quamq̄ hoc animi: illud
etiam ingenii magni eſt / futura percipere cogitatione
et aliquando ante conſtituere quid accidere poſſit in
vtramq̄ partem: et quid agendum ſit cum quid euene
rit: nec committere: vt aliquando dicendum ſit non pu-
taram. ¶ Secunda concluſio. Fortitudo eſt circa peri-
cula repentina tercio modo Probatur quia ſi forti cū
in acie eſt aut extra aciem quedam pericula ſubito ap
pareant que preuidere non potuit aut de facto non pre
uidit et ab his periculis impellatur ad timorem et fu
gam ſicut multis non fortibus cōtingit: ex habitu for
titudinis fortis cohibet timorem et in his periculis vi
riliter perſiſtit nec fugit. et hec eſt intentio Ariſtotelis
dicentis q̄ fortitudo verſatur in periculis repentinis
Fortis autem (inquit) erat terribilia hominum exiſten
tia et non apparentia ſuſtinere. propter quod fortio-
ris videtur eſſe in repentinis timoribus et impauidū
et inturbatū eſſe q̄ in prima infeſtis. Ab habitu enim
magis: quoniam minus ex preparatione. Tertia con
cluſio: Fortitudo eſt circa pericula repētina primo mō
tho. vbi Et ponitur iſta concluſio contra Thomā oppoſitum
ſupra ar dicentem. Duo ſunt (inquit beatus Thomas) i ope for
ticulo. 9. titudinis: vnū quidem q̄tum ad electionē ipſiꝰ, ſic for
titudo non eſt circa repentina. Michi autem ſalua
eius reuerentia videtur contrarium. Et pbo ſic. For Impro
titudo ſm eum eſt circa repentina q̄tum ad manife ba. tho.
ſtationē habitus virtuoſi: ſed non manifeſtatur ha
bitus virtuoſus ſine actu ergo eſt circa repentina q̄tū
ad actum ſed non q̄tū ad actū exteriorē tm̄, qr actꝰ
exterior ſine interiore non eſt actus virtutis. ergo ē
circa repentina quantum ad actum interiorem ſed
actus interior fortitudinis eſt electio ergo eſt circa
repentina pericula quantum ad electionem ¶ Secū
do: Terribilia ſubito nouiter emergentia inclinā
tia cum vehementia mentē indigent noua formitate
mentis vt nō terreatur pſiſtat. ſed hec noua firmi-
tas ſit per nouam electionem: ergo circa picula re-
pentina eſt noua mentis electio ex hītu fortitudinis
elicita. ¶ Tercio pono caſū q̄ forti pficiſcēti ad bel
lum nulla fuerit adhuc deliberatio de modo et ge-
nere pugne / nec cōgnitio certa de grauitate piculorū
 ſibi inſpate et inopinate occurrant ex inſidiis ho-
ſtes. Tunc ſic fortitudo iſtius nō poteſt exire in actū
pugne niſi per nouam electionē: ergo neceſſe eſt for-
titudi huius ſi velit decertare et nō affici tiore idebi
to noua electionē habere. ſed iſta electio habetur cir
ca repentina. ergo fortitudo q̄tū ad electionē eſt circa
repentina. ¶ Quarto: Nouus timor non pōt cohibe
ri nec moderari niſi per nouā electionē. ſed iſta picu
la repentina inclināt nouiter ad timēdum ergo ad
hunc timorem cohibendum exigitur noua electio.
¶ Quinto q̄cq̄d pōt ratio cogitatio ſine habitu ī
diuturno tpe, illud pōt habitus intenſus in tempo
re paruo et exiguo. ſed in periculis puiſis pōt ratio
 cogitatio dirigere electionem: mediante iſta di-
rectione voluntas ex arbitrio ſuo elicere. ergo hec
oīa poteſt habitus fortitudinis in tpe exiguo par
uo ſed hoc eſt fortitudinē habere electionē circa peri
cula repentina igitur. Pro hac ratiōe in qua ſiſtit
fundamētū cluſiōis, aduerte q̄ habitꝰ facit prōpti
tudinē. Nam q̄ ſine habitu facimꝰ, ex multa lon- Nota.
ga conſideratione per habitū ſubite operamur. vt
patet in cithariſantibus. fortitudo aūt ad executio
nem ſui actus multos ſibi habitus coniungit ſcʒ in
duſtriā bellicā, vſum armorū: peritiā expectandi, ag-
grediendi, et multa alia q̄ cū fuerint in viro forti
occurrerint pericula repentina: ipſe ſubito et quaſi
in nō pfecto tēpore inclinat. et dirigit in noticiam
eorū que contra picula ſubito emergentia facienda
ſunt et ad reprimendū timorē que ex hmōi apparen
tia piculorū nouiter emergentiū inſurgit Et hanc ra
tionē intendebat Ari. in tercio ethicorū cum dicebat
Premanifeſta igitur quidem et ſi ex ratione et ex
cogitatione aliquis preeligat repentina aūt ſm ha
bitū. Ubi Ari. expreſſe dicit q̄ fortis ſe habet in ele-
ctione periculorū per habitū fortitudinis circa repē
tina. quō ſe habet non habens habitum fortitudis
per rationem et cogitationem circa premanifeſta.
¶ Quarta concluſio. Fortitudo eſt circa pericula re
pētina ſecundo mō. hec ccl'io eſt Thome. Et probat Thome
ſi facere ea q̄ ſunt virtutis ſine multa deliberatione vbi ſup.
arguit et manifeſtat habitum illius virtutis in eſſe
ergo habitus fortitudinis maxime manifeſtatur p
hoc q̄ fortis bene ſe habet circa pericula repentina
Conſequentia tenet quia ī his nō poteſt cadere mul
ta deliberatio. Hec in ſentēcia rō eſt thome. In qua
rōne dicit q̄, fortis facit ea q̄ ſunt fortitudinis in re
pentinis. Dicit etiā q̄ contra eadē pericula repenti
na habitus fortitudinis firmat animum. et cum iſta
non fiat ſine eleccione qr nō eſſent actus moraliter
boni: ſequitur ex iſtis q̄ ſcdar tercia ccluſio ſūt ve
Ad rōes dubii dico q̄ illa conſideratio in habente

habitum inteſũ fortitudinis põt haberi circa repẽtina et in exiguo tempore. ¶ Ad ſcdam dicit ꝙ eſt ꝓ prima concluſione ⁊ probat ꝙ fortis) ꝗ̃tum põt cauere debet ne ꝑicula ſibi ſint repẽtina. Si tñ hoc vitare non poſſit ꝑ fortitudĩs habitũ bene ſe habet circa ea q̃ in preuiſa fuerunt. ¶ Ad tertiã dico ꝙ etiam in ꝑiculis repẽtinis fortis eſt bone ſpei. ꝑicula enim repentina cum per habitum fortitudinis bene ſuſtineantur hñt aliq̃d futuritionis. Ideo enĩ dñr ꝑicula quia in eis exponimur alicui malo vel captiuitatis vel mortis : quod malum nondum eſt preſens. ſed fortis confidit euadere: imo eadem mala aduerſario infligere.

Tercium dubium. Tho. vbi ſupra ar. 7.

¶ Dubium tertium eſt de fine fortitudinis. Et videt̃ ꝙ finis fortitudinis ſit opatio eꝰ per Ari. ethicoꝝ tertio dicentem ꝙ fortitudo eſt bonũ forti: bonũ ꝫ idẽ finis. et accipit̃ ibi fortitudo pro actu ſcdm Thomã. Pro dubio eſt aduertendum ꝙ nos hic non inq̃rimus de fine omnibus virtutibus cõmuni qui ſcdm Auguſtinum eſt beatitudo vel deus ipẽ ſcdm illud qđ ait. xxxiii. de ciuitate dei. virtutes quas ꝓpter ſolaꝫ beatitudinem amamus ſic perſuadere quidam nobis audent/ ſcꝫ dicendo eas ꝓpter ſe amãdas/ vt beatitudinem ipſam nõ amemus. quod ſi facimus etiam vtiq; ipſas amare deſinemus: qñ illam propter quam ſolum iſtas amauimꝰ nõ amamus. Et in libro de moribꝰ eccleſie dicit ꝙ fortitudo eſt amor propter deum omnia facile ꝑferẽs de hoc ergo cõmuni fine hic nõ inquirimus: ſed de proprio fine eius. ¶ Aduertendum eſt vlterius ꝙ alicuius habitus duplex eſt finis. vnꝰ eſt cõnaturalis: alius preſtitutus. Preſtitus eſt ille quem ex preſtitutiõe operãtis ꝑ opationẽ habitꝰ conſeq̃ intẽdimꝰ. Et iſte ẽ duplex. quidam eſt libere ⁊ ſine conformitatem ad rectã rõnem preſtitutus: ſicut lucrum eſt finis medicine in eo qui acquirit medicinam vt lucretur. Et beneficium hoc mõ finis eſt predicationis in eo q̃ predicat vt hẽat bñficium. ¶ Alius eſt finis preſtitutus ſm dictamen recte rationis. Et iſte eſt duplex. q̃dam ẽ vl̃is q̃ ſcꝫ vl̃iter in omni actu talis habitus a recte preſtituente preſtituitur. ¶ Alius eſt non vl̃is qui nõ vl̃r ⁊ regulariter ſed in certis caſibus etiam ſm dictamẽ recte rõnis preſtituitur. ¶ Tunc ſit prima ꝯcluſio. Actꝰ fortitudinis ẽ finis ꝯnaturalis habitꝰ. Probat̃. q2 ſi vniuerſalit̃ eq̃ bñ ⁊ eque faciliter ac expedite eliceremꝰ actũ fortitudĩs ſine habitu ⁊ cũ habitu nõ eſſe opꝰ habitu fortitudĩs: nec nobis in aliquo eẽt vtilis. ergo habitꝰ fortitudinis ẽ ꝓpter actũ tãq̃ ꝓpter finẽ ſibi ꝯnaturalẽ. ¶ Secũda cõcluſio. Actus fortitudinis non eſt finis ſm preſtitutionem ipſiꝰ habitus Probatur. actus ⁊ habitus habent eundem finem preſtitutum. ſed actus fortitudinis non eſt finis actus per preſtitutionem. ergo nec habitus. ¶ Secũdo nullus elicit actũ fortitudinis conformiter ad rectã rationeꝫ niſi gratia alicuius alterius qđ intendit conſequi per huiuſmodi actum: ſcꝫ vel cauſa defenſionis ciuitatis vl̃ ꝓhibende iniurie: que talis eſt ꝙ ad eam prohibendã recta ratio dictat eẽ ſubeũda ꝑicula belli ergo ſeq̃tur ꝙ actus fortitudĩs habet finẽ aliquem alium a ſe. ergo ⁊ habitus. ¶ Tercio. Si non eſſet neceſſe preſtituere aliquem finem actui: ſequeretur ꝙ liceret duobus principibus inter quos nulla eſt de iure vel iniuria contentio congregare gentem et exercitũ vter fortit̃ facerent ⁊ ſe hoc modo fortiter faciẽdo ꝑiculis mortis obiicere Et patet ꝯña quia actus illi poſſent habere omnes circunſtantias requiſitas ad actum fortitudinis cum non exiguatur preſtitutio alicuꝰ finis quẽ fortis ꝑ opationem ſuã natus eſt cõſequi. Nec valet dicere ꝙ ille actus haberet iniuſticiam annexã ſcꝫ mortẽ innocẽtiuꝫ: quia reſpondebitur ꝙ volenti non fit iniuria: et ꝙ iſti ſub periculis mortis volunt fortiter facere et ex mutuo conſenſu. ¶ Quarto. Quecunq; duo ſic ſe habent ꝙ poſtremum natum eſt haberi per primum non poneretur ſi poſtremum ſine eo haberetur: tunc poſtremum eſt finis prioris. ſꝫ prohibitio iniurie nata eſt haberi per actum fortitudinis: et ſi eſſet poſita prohibitio iniurie per aliud q̃ per actum fortitudinis non poneretur actus fortitudinis. ergo prohibitio iniurie eſt verus finis ipſius actus fortitudinis. Maior probatur q2 omne tale ẽ gratia cuius aliquid fit. ⁊ minor probatur. q2 actus qui diceretur fortitudinis aliter factus non eſſet actꝰ fortitudinis ſed temeritatis. ⁊ hic loquor de actu exteriori vel de actu interiori imperatiuo executionis.

¶ Quinto: nullus actus bonus et laudabilis quo ledit̃ proximus habet ſeipſum pro fine ex preſtitutione. quia ledere proximum non eſt ex ſe bonum: ſed tantuꝫ gratia alicuius alterius a ſe. ſed per actum fortitudinis leditur proximus quia vulneratur/ ſpoliatur/ occiditur. ergo preter actum ipſum neceſſe eſt eſſe alium finem proprium ex preſtitutione. ¶ Tertia concluſio: vere fortitudinis nichil eſt finis ſcdm preſtitutionem niſi quod ſcdm rectam rationem preſtitui poteſt et debet. Probatur q2 ſi aliud ꝑſtituat̃ ex intẽtione operantis tunc actus gratia illius actus non erit actus fortitudinis. Sicut patet de fortitudine coacta: aut ꝓpt̃ furorem que non ſunt vere fortitudines. ¶ Quarta concluſio: Non quodlibet quod ſecundũ rectam rationem ꝑſtitui poteſt actui q̃ videt̃ eſſe fortitudo ẽ finis vere fortitudĩs. Probat̃ de fortitudĩe politica q̃ nõ eſt vera fortitudo ⁊ tñ ꝑſtituit ſibi aliq̃d quod ſcdm rectam rationem videtur ſibi preſtitui poſſe ¶ Quinta concluſio. Ille eſt verus finis fortitudinis actus gratia cuius habitus vere fortitudinis natꝰ eſt inclinare in hmõi actum. Probatur auctoritate Ari. in tercio ethicorum dicentis. Finis autem omis operationis eſt qui ſecundũ habitũ idest finis opationis eſt qui eſt. i. qui ſibi conuenit ſecũdũ habitum i. ſm inclinationẽ habitus. Ubi vult dicere Ari. ꝙ finis operationis non eſt omnis ille quem ſibi preſtitur operans ſed eſt illa gratia cuius habitus natꝰ eſt in hmõi opationẽ inclinare. Que ſententia Ariſ. de actibus per ſe hominis eſt vniuerſalit̃ vera. De actibus auteꝫ ⁊ habitibus aliis tam xtutũ q̃ viciorum expoſitione indiget. ſed de hoc alias ¶ Sexte concluſio. ille eſt verus finis ſecũdũ preſtitutionem habitus fortitudinis gracia cuius facti ſunt actus proprie et per ſe boni ex quibus habitus fortitudinis generatus eſt. Probatur. quia quicq̃d habet vel habuit actꝰ generatiuus hitus pro obiecto illud habꝫ habitus ⁊ non aliud. ſꝫ quecũq; finem pro obiecto habuit actus proprius ⁊ per ſe fortitudinis illũ eundem et alium habet habitꝰ. añs probatur quia (vt dictum eſt) circunſtantie actuũ exteriorem ſunt obiecta actuuꝫ interiorem ꝑ ſe bonoꝝ ⁊ etiã habituũ. ¶ Septima concluſio. Nichil niſi bonũ eſt opationis xe fortitudĩs finis. Probatur fortitudo eſt bona forti. ergo finis opationis fortitudinis eſt bonus ꝯña tenet: quia finis vniuſcuiuſq; eſt qui ſecundũ habitũ. Et añs probatur: q2 vnumq̃d; denominatur fine ad vnum ſenſum ꝙ nullꝰ habitus eſt bonus. niſi finis gratia cuius fit ſit bonus Non oportet tñ econtra ꝙ ſi finis ſit bonꝰ. etiã habitus vel operatio ſit bona. quia poteſt eſſe peccatum ſꝫ aliam circũſtanciam. Et hanc rationem tangit. Ariſ. in tercio: cum dicit. Finis aũt omis operationis eſt qui ſecundum habitũ. et forti autẽ fortitudo bonum talis autem ⁊ finis. determinatur aũt vnũq̃d; fine. Et cõcludit ꝙ fortis boni gracia ſuſtinet ⁊ opatur qui ſecũduꝫ fortitudinem. Quis aũt ſit iſte finis/ dictum eſt: quia propulſio vel prohibitio iniurie: nõ cuiuſlibet: ſed pro qua repellenda recta ratio dictat eſſe ſubeunda mortis pericula. ¶ Ad rationem dubii conceditur auctori-

Left margin: nota. (beside "Probatur. actus ⁊ habitus habent eundem finem")

Right margins: nota. (beside "re fortitudinis nichil eſt finis ſcdm preſtitutionem niſi"); Nota. (beside "actus gratia cuius habitus vere fortitudinis natꝰ"); Expoſi. dic. pho. (beside "qua repellenda recta ratio dictat eſſe ſubeunda mor-" / "tis pericula")

tas Ari. ſed dicitur ꝙ in ea Ari. non accipit bonū pro
fine. Nam ſic exponendo textus ille nullomodo eſſet ad
propoſitum Ari. ibi enim Ari. vult probare ꝙ fortitu
do operatur gratia boni: ita ſcilicet ꝙ operatio forti
tudinis ſit gratia alicuius boni. quod nunq̄ poſſet pro
bari per hoc medium ꝙ operatio fortitudinis eſt finis
fortis vel habitus ipſius fortitudinis. Et ꝙ loquitur
ibi potius de fine operationis q̄ de fine habitus, pa-
tet ex textu rotundo. Finis (inquit) omnis operationis
eſt qui ſecundum habitum. Et intēdit ſic arguere Ari.
Cuiuſcunqꝫ habitus finis eſt bonus eius operationis
etiam finis eſt bonus ſed finis fortitudinis eſt bonus
ergo finis operationis eius eſt bonus. Et hanc conclu
ſionem ponit in fine totius deductionis: bonũ vtiqꝫ gra
tia fortis ſuſtinet et operatur qui ſecundum fortitudi-
nem ⁊ eam adhuc imediate añ pricipiū rōis paulo vl'ꝰ
ꝓpoſuerat: dicēs. Scōm dignitatē eīn ⁊ vt ratio vtiqꝫ
patitur et operat̄ fortis. maiorē iſtiꝰ rationis probat
quia finis omnis operationis eſt qui ſcōm habitū hoc
eſt operatio habet illum finem quem habet habitꝰ id ē
gr̄a cuius habitus inclinat in actum: minorē ꝓbat añt
fortitudo eſt bonū forti ergo finis fortitudinis ē bonꝰ
q̄ ꝓbationē ponit ſub his verbis ⁊ forti fortitudo añt
bonum. talis añt ⁊ finis Iſtā autē ꝯſiam ſtatim ꝓbat
determinat̄ añt vnūqdqꝫ fine. Et ꝯñter cōcludit ꝯcluſio
nē in tētā ꝙ ſcꝫ fortis operat̄ boni gr̄a. Ex qbꝰ pꝫ ꝙ ibi
forti añt fortitudo bonū, ⁊ nec bonū accipitur pro fine
nec fortitudo ꝓ operatiōe. Et ſi dicas ꝙ finis vnius cu-
iuſcꝫ agentis eſt vt ſimilitudinem ſue formet in alte-
rum inducat, ſicut finis ignis calefacientꝫ ē vt īducat ca
lorē in patiente: ergo finis fortitudinis ē vt ſimilitudi-
nem ſui hītus exp̄mat in actu. Ad hāc rōem r̄ndet̄ ꝙ eſt
Q. duplex agens. qdā eſt mere naturale: vt ignis. aliud
mere voluntarium vt voluntas creata vel increata ali
ud mixtꝫ quod lꝫ naturalit̄ cauſet actiuitas tamē ſua
dependet a voluntate creata: Itē naturale eſt duplex
vniuocū ⁊ equiuocū de vniuoco mere naturali concedo.
de equiuoco eſt multū dubiū. Sol eīn non videtur im-
primere ſimilitudinem ſuā ī his inferioribus: de agen-
te etiam mere voluntario non videtur verū. Nā volun-
tas cum elicit vel impat actum nullā ſimilitudinem ſu
am ip̄mit ī effectū qdqt tñ ſit quia hic ſaluari pñt ad
ſenſum quendā in ꝓpriū. Jō dico ꝯformiter ad ea que
dicta ſūt ꝙ duplex eſt finis habitus vnus eſt cōnatura
lis. ⁊ de illo concedo (aliꝰ eſt ſm ꝑſtitutionē. ⁊ de illo ne
go. Cum autem Ari. dicit opatiōnē virtuoſam gracia
alicuꝰ fieri, ſēp loq̄t de fine ſecundum preſtitutionem
et non de fine connaturali.:

argu. bu. 3. ethi. q. 18.

Queritur ſeptimo. Utrū fortis
q ſe pōt ſaluare ꝑ fugā magis debeat eligē
mori q̄ fugē. Arguit̄ ꝙ nō: de duobꝰ malis
ſemꝑ minꝰ eligēdū ē ſꝫ fugere ē minꝰ malū q̄ mori: ergo
fortis magis dꝫ eligere fugere q̄ mori. In oppōm eſt
Ari. ī ethicis, q̄ī multis locis oñdit ꝓ aliqbꝰ opibꝰ tur
pibus vitādis ſubeūdā eē mortē. ¶ Notādū ē ꝙ ſuppo
ſita vītute fidei q̄ ponit īmortalitatē aīarum, ⁊ aliam
vitam poſt hāc. ī q̄ p̄miant̄ et̄naliter boni, ⁊ eterna-
lit̄ afficiūtur ſuppliciis mali: q̄ſtio non habet tantam
difficultatē. Et iō ſcōm hāc vītatē fidei ſupponitur tā-
q̄ certū q̄ licitū eſt ꝓ fidei integritate. ⁊ rerum publica
rum defenſione mortem ſubire ab alio, non a ſe illatā.
Sed hoc diffuſius tractabitur cum de perſeuerantia
agetur. Neqꝫ hic diſputāda eſt illa queſtio. Utrum ra-
tione naturali probari poſſit immortalitas anime. et
quid de hoc ſenſerit Ari. ſuppoſito ergo ꝙ ex natura-
libus nihil de hac īmortalitate ⁊ de vita futura cogno
ſci poſſit: ꝙ ſit etiam ſuſpenſa pro nunc traditio fidei.
R. ¶ Sit igitur prima cōcluſio: Multa ſūt peccata q̄ ma-
gis fugienda ſunt q̄ mors: ita ꝙ ſi viro bono offeratur
conditio mortis, niſi ea perpetret, potius debet ſubire
mortē q̄ ea perpetrare. ꝓbat̄ auctoritate Ari. in tercio
q̄dā (inq̄t) fortaſſis non eſt cogi: ſed magis moriendum
patientem duriſſima. Etenī euripedis Alcmeona deri
ſoria videntur cogētia matrem occidere. Et ſi dices ꝙ
hoc nō dicit Ari. ſimpl'r: ſꝫ ſub dubio cū addat fortaſ-
ſis. Reſpondetur ꝙ hoc aduerbium nec equiualenter
additur in tranſlatione Aretini. qō ſi addidiſſet Ari.
cā dubitationis nō ꝯcluſiſſet aſſertiue ꝙ illa de Alcme
one Euripedis eſſent digna irriſiōe. ¶ Scōa concluſio
non q̄cienicūqꝫ fortis certus eſt ſe nō poſſe ſaluari niſi
per fugā fugere debꝫ. ꝓbat̄ ⁊ ponat̄ caſus ꝙ ad fugā
viri fortis ſequatur fuga tocius exercitus ⁊ deſtructio
reipu. ⁊ per non fugam eiꝰ ſequat̄ virilis defēſio tociꝰ
exercitus. ⁊ ſuppono ꝙ hec ſint ab eo cognita. Tūc ar
guo ſic iſte per fugam ſuā exponit totam malitiam et
vniuerſam rēpu. ꝑiculo mortis. ergo fuga ſua eſt cōtra
dictamen recte rationis. ergo recta rō dictat in caſu p̄-
dicto potiꝰ eē ſubeūdā mortē, q̄ fugiendum. ¶ Scōo ⁊
hec rō vꝫ ad ꝓbandū ꝯñtiā predicte rōnis. Omne illud
gr̄a cuiꝰ fortis ſm dictamē recte rōnis ſe exponere de-
bet ꝑiculo mortis eſt a viro forti vite ſue preferendum
q̄ſꝫ patet hec maior ex ſe qꝛ ſi vita ſua eſſꝫ p̄ferēda ab
illo, illi bono nūq̄ gr̄a illius boni debēt ſꝫ rectā ra
tionē ſe exponere ꝑiculo mortis. ſed fortis gr̄a defē
ſionis reipu. ſe ꝑiculo mortis ſm rectū rationis di-
ctamē exponere debet. alias fortitudo bellica vel q̄
cūqꝫ alia in qua ſubeūdū eſſet mortis ꝑiculū nō eſſet
virtus moralis. Et erraſſet turpit̄ Ari. volens ali-
quē p̄ncipalit̄ fortē dici qꝛ circa bonā mortem eſt in
pauidus. igr̄. ¶ Tercia concluſio: aliquādo cū fortis
videt ꝙ per ſolam fugā ſaluari poteſt fugē ⁊ nō ma Nota;
nere in acie tenet̄. ꝓbat̄. ⁊ pono caſum ꝙ iſte vir for
tis ſit cōſultiſſimꝰ ⁊ ꝑitiſſimꝰ bellorū, ⁊ ꝙ ab eo pen-
deat ſalus tocius ciuitatis ⁊ tota adminiſtratio bel
lorum ita ꝙ nullus appeat ꝯſilio ⁊ auctoritate cuiꝰ
bella poſſint regi. ſed ſit veriſſile totā rēpu. in manꝰ
hoſtiles peruenturā eſſe ſi iſte defuerit. cognoſcat vl-
terius vīſſile ꝙ per fugā ſuā nullū detrimētū affert̄
exercitui pugnanti ita ꝙ nec fuga aliorꝫ conſecutu-
ra eſt, nec deiectio militū pugnantiū. Tunc ſic. iſte
vir fortis non ſubiit ꝑiculū mortis pugnando, niſi
ꝓ defenſione reipu. ſed cōditio rerꝫ eſt talis ꝙ nō fu
giendo ipſe deſtruit rēpu. ⁊ deſperandum eſt de ſa-
lute reipu. fugiendo vero adhuc de ſalute reipublice
ſperandū eſt: ꝫ ſcōm dictamen recte rōis debet fugere
et nō mori. Probat̄ etiā auctoritate. Ciceronis p̄mo
de officiis. Nunq̄ omnino (inquit) periculi fuga cōmit
tendum eſt vt imbelles timidiqꝫ videamur: ſed fugien-
dum etiam illud ne offeramus nos periculis ſine cau-
ſa. quo nichil poteſt eſſe ſtultius. Et paulo poſt. quare
in tranſquillo tempeſtatem aduerſam optare de men-
tis eſt. Subuenire autem tempeſtati q̄uis ratione, ſa-
pientis eſt eoqꝫ magis ſi plus adipiſcatur re explica-
ta boni, q̄ addubitata mali ſed in hoc caſu per mortē
iſte nichil adipiſcitur boni et certus eſt etiam ſe nō plꝰ
adepturum per mortem q̄ per fugam. igitur. Secūdo
mors in bello nō eſt ſubeunda, niſi gratia alicuius bo
ni quod eſt finis operationis fortitudinis. ergo quoci-
enſcunqꝫ illud bonū veriſil'r deſtruitur per mortem ⁊ ꝑ
fugam adhuc remanꝫ ſpes ſalutis mors illa eſt turpis
et fuga honeſta. ſed in predicto caſu hec omnia contin-
gunt. igitur. Inde eſt ꝙ ſapienter multis regibus con-
ſultum eſt ꝙ cum bellum agitur ipſi abſint bello: ſed in nota bñ.
loco tuto ⁊ forti ſe contineant. ne ad periclitationem re
gis ſequatur periclitatio totius reipu. regni. ¶ Quar
ta concluſio vir fortis pro defenſione patrie debet et te
netur ſe non tantum periculis mortis, ſed etiam ipſi

morti exponere. ¶ Probatur. aliquãdo fortiter faciẽdo pulchrum eſt ⁊ honeſtum mori. ſed nulla cauſa mortis ſuſcipiende videtur honeſtior q̃ illa que ꝓ defenſione reipub. ſuſcipit. igit. Maior probatur per Ari. in tertio. Similiter autem (inquit) ⁊ viriliter agunt in quibus eſt fortitudo ⁊ bonum mori. Ex qua auctoritate patet ꝙ aliquibus eſt fortitudo: ⁊ in his honeſtum eſt mori. Secundo probatur per illud eiuſdem quod dicit contra eos qui videntur fortes propter experientiam. hi autem ex principio periclitãtur vt meliores exiſtentes: cognoſcentes autem fugiunt mortem magis turpi timentes. fortis autem non talis. Quid autem ſit illud turpe dixit immediate prius cum de ciuili multitudine que fugientibus militibus occiditur dicebat. Ciuilia autem permanentia moriuntur. his quidem ei turpe fugere: et mors tali ſalute eligibilior/ ſalute ſcilicet queſita per fugam. Ex quibus verbis ſecundum Ariſtotelem patet ꝙ fortis magis eligit mortem quã turpem et inhoneſtam fugam. Tertio probatur per illud eiuſdem capitulo vltimo de fortitudine. Mors quidem et vulnera triſtia forti (et volenti) erunt. Suſtinet autem hec quoniam bonum/ vel quoniam turpe non. Ex qua auctoritate patet/ ꝙ ſuſtinere mortem eſt bonum id eſt honeſtum et decorum: et non ſuſtinere turpe et inhoneſtum. Quarto probatur per illud qd immediate ſequitur et q̃to vtiq; magis virtutem habeat omnem: et felicior ſit: magis in morte triſtior erit. tali enim maxime viuere dignum. ⁊ iſte maximis bonis priuatur ſciens: triſte autem hoc. ſed nihil minus fortis. Ex qua auctoritate patet ꝙ aliquis moriens in bello eſt fortis et habet omnem virtutem. ergo mors tunc eſt recte ſuſcepta. ſed mors nunq̃ recte ſuſcipitur niſi cũ tenemur eam ſecundum dictamen recte rationis ſuſcipere. igitur. ¶ Quinto probatur auctoritate Ciceronis primo de officiis. Temere (inquit) in acie verſari ⁊ manu cum hoſte confligere immane quidam ⁊ beluarum ſimile eſt. ſed cum tempus neceſſitas q; poſtulat/ decertandum manu eſt. ⁊ mors ſeruituti turpitudini q; anteponenda. ¶ Sexto: pro ſeruãdis promiſſis licet ſe cruciatibus acerbiſſimis ⁊ morti exponere: ergo et pro defenſione reipublice. Antecedens patet exemplo Marci Reguli. qui cum feciſſet cum hoſtibus certas pactiones de captiuis petiſſetq; vt ſibi liceret ire romam/ vt pactiones iſte reciperentur: interpoſita fide de redeundo: cumq; noluiſſent eas recipere romani: rediit ad hoſtes extrema queq; paſſurus. quo exemplo (vt vult cicero tertio de officiis) vix vllum eſt aut laudabilius/ aut preſtantius. ¶ Septimo: Quicunq; recta ratio dictat ꝙ magis debet eligere ſolus mori/ q̃ mori cum ceteris et cum patrie deſtructione. ſed in certo caſu contingit ꝙ per fugam viri fortis et ipſe et ceteri omnes et vniuerſa regio peribit: vbi perſiſtendo et moriendo reſiſteretur hoſtibus in caſu ſcilicet quo iſto viro forti fugiente ceteri fugerent/ et hoſtes infeſtiſſimi eos fugientes perſequerentur/ ⁊ ciuitatem caperẽt: in qua eſſet tota ſpes defenſionis. ergo in tali caſu iſte vir fortis debet ſe exponere non ſolum periculo mortis: ſed etiam ipſi morti pro defenſione rei publice. Neq; dubium eſt hanc ſententiam clariſſimos omnes duces fuiſſe ſecutos qui ſemper magis elegerunt honeſte moriendo patrie ſuccurrere q̃ turpiter patriam deſerere ac prodere. ¶ Octauo Vir fortis fugiendo in caſu predicto non affert ſibi bonum niſi breue aut momentaneum ſcilicet prolongationem vite per decem aut duodecim annos: nec quidam certam ſed multis caſibus ſubiectam. Rei publica vero et vniuerſo populo non ſolum qui eſt ſed etiam qui ex preſentibus erat procreandus incomparabile detrimentum. ſtando vero ⁊ viriliter pro ſalute patrie decertando et moriendo affert econtra bonum ſine comparatione maius: q̃ eſt illud quod per fugam conſequitur. ergo ſecundum dictamẽ recte rationis ipſe tenetur in tali caſu ſe morti pro ſalute reipubli. exponere. ¶ Sed contra predictas concluſiones arguitur. contra ſecundam et quartam concluſiones. Primo ſic. nulla operatio virtutis eſt que non ſit felicitas vel ad felicitatem ordinata. ſed mors deſtruit omnino felicitatem. ergo mori non poteſt eſſe opus virtutis ⁊ per conſequens concluſiones ille falſe. argu. hu. 6. ethi. q̃ſt.

¶ Secundo virtus non inclinat contra naturam: quia eſt perfectio nature ſed inclinatio ad moriendum ẽ cõtra naturam: cum per eam deſtruatur natura. igitur.

¶ Tertio vel talis mors ſuſciperetur propter bonum ꝓprium vel propter bonum alienũ. Non ꝓpter bonũ ꝓprium q2 totũ in morte ãmittit. Nec ꝓpter bonũ alienum: quia ex quo non ponit alia vita: ipſe non poſſet aliis procurare maius bonum q̃ ſit illud quod perdit ergo bonũ ſibi propriũ debet pferre alieno. ¶ Quarto nos legimus de viris ſanctiſſimis/ qui q̃uis ſcirent aliam eſſe vitam poſt hanc: ipſi tamen fugiebant ab infidelibus cum mortem aliter euitare non poſſent. ergo multo magis vir fortis fugere debet/ cum cognoſcit ſe non niſi per mortem euadere poſſe.

Quinto quod eſt minus delectabile ⁊ magis triſte eſt magis fugiendũ q̃ quod eſt magis delectabile ⁊ minus triſte. ſed fugere eſt minꝰ triſte q̃ mori cum in morte ſit maxima triſtitia igitur. ¶ Ad primam iſtarum rationũ nego maiorem. ⁊ dico ꝙ ſunt aliqui actus/ extendendo actum ad paſſionem qui nec ſunt actus ordinati felicitatem nec ipſa felicitas: ſed imperati ab actu qui eſt felicitas/ vel maxima ⁊ glorioſiſſima pars felicitatis. Velle enim mori pro defenſione ciuitatis eſt maximus actus felicitatis politice. mori autem eſt actus ab huiuſmodi felicitatis actu imperatus. ¶ Ad ſecundam dico ꝙ in homine eſt duplex natura ſcilicet corporalis ⁊ dico ꝙ virtus contra huiuſmodi naturam frequenter inclinat ita ꝙ inclinatio huiuſmodi nature ⁊ inclinatio virtutis ſunt contrarie. Alia eſt natura ſpiritualis ⁊ intellectualis. ⁊ dico ꝙ virtus non inclinat contra huiuſmodi naturam id eſt contra propriã inclinationem huius nature. Et propriam dico illam quã hꝫ ex ſe/ ⁊ non ex habitibus aut moribus corruptis. Et ad minorem nego/ loquendo de inclinatiõe nature ſpũalis. Ipſa enim inclinatur magis ad habendos excellentiſſimos actus virtutum q̃ ad diutius durandum. Ideo cum in caſu predicto mori ſit excellentiſſimꝰ actus felicitatis politice inclinatur ad illũ actum. ¶ Ad tertiam dico ꝙ mors imperatur propter bonum proprium: quia ſcilicet aliter non poteſt haberi ille excellens actus felicitatis politice: et propter bonum alienum ſcilicet ꝓpter defenſionem ciuitatis vel reipublice. Et ad probationem ꝙ non propter bonum proprium quia totum in morte amittitur. cõcedo. dico tñ ꝙ illum bonũ actum habere ꝑ momentum ⁊ nõ ꝑdẽ culpabiliter ſed virtuoſe cõſeruare ẽ multo meliꝰ q̃ ꝓlongare vitã ſuam ꝑ lõgũ tẽpꝰ. ⁊ ad probationẽ ꝙ nõ propter alienũ: rñſio ꝙ multo maiꝰ bonũ ꝓcurat aliis et ſine cõparatione diuturnius q̃ ſit illud qd ꝑdit: ſicut factum qd ĩ vltia rõe q̃rte ꝯcluſionis. Et ſi dicas ꝙ per mortem ꝑdit bonũ virtutis bonũ autẽ virtutis nulli ꝓcurat. Ad hoc reſpondeo/ ꝙ volẽdo mori habꝫ ſummum actum virtutis politice vt dictum eſt. dico ſecundo: ꝙ volendo fugere careret iſto bono etiam culpabiliter. ⁊ per ꝯñs acquireret in ſe vicium de teſtande felicitatis politice. dico tertio ꝙ moriendo nõ perdit illud culpabiliter ſicut nõ moriendo ꝓpter ſaluẽ q̃ſitã ꝑ fugã culpabiliter perderet q2 ergo meliꝰ eſt ꝑdere aliquid qd aliq̃ ꝑdendũ eſt non culpabiliter: immo virtuoſe q̃ culpa-

Nota.

biliter illo carere: ideo magis debet eligere mortẽ ꝙ̄ fu-
nota. gere. ¶ Ad quartam concedo antecedẽs. ⁊ hoc fuit i ca-
ſu quo vita eoꝝ erat plꝰ ꝓfutura ꝙ̄ mors / neqꝫ tamẽ
concedo ꝙ quotiẽſcũqꝫ mortem fugiẽt / ipſi recte opa-
ti ſunt. ¶ Ad quintã concedo maiorẽ de eo qꝺ ẽ magis
delectabile ⁊ minus triſte viro virtuoſo ⁊ ad minorẽ di-
co ꝙ licet mors ſit triſtabilis viro virtuoſo turpis ta-
men fuga multomagis triſtabilis et minus delectabi-
lis propter eam enim vir fortis nullam penitus dele-
ctationem ſuſcipit: ſed propter mortem ſuſcipiẽdã cõfir-
mat animum aduerſus eã / ⁊ imperat eam ⁊ freqũt de-
lectatur et placet ſibi actus virtutis. et tanta firmitas
animi ꝯtra malũ mortis. ¶ Contra terciam concluſio-
argu. bu- nem. arguitur illud eſt magis eligẽdũ in q̃ maiꝰ bonũ
ridã. vbi acq̃ritur ⁊ minus bonũ amittitur. ſed i fuga non acqu-
ſupra. ritur niſi ꝓlongatio boni nature ⁊ amittitur bonũ vir-
tutis ꝑ mortem aũt acq̃rit̃ bonũ ꝟtutis ſcꝫ ſũmus aciꝰ
fortitudinis: ⁊ perditur tñ breuis ꝓlõgatio vite. igitur
mors eſt fuga ꝑeligenda. Secundo de duobꝰ malis ſꝑ
maius malum eſt magis fugiẽdum ſed naturã modico
tempore ornari virtute eſt minus malũ ꝙ̄ eam longo
tꝑe viciatã manere. igitur mors eſt magis eligenda ꝙ̄
fuga. ¶ Tertio. Arguit̃ auctoritate ſenece ⁊ omniũ ali-
rum ph̃orum ⁊ Tullii libro de officiis ⁊ de tuſculanis
queſtionibus qui omnes nituntur inducere ad contem-
ptum mortis. ⁊ ad hoc ſuadendũ multas rationes ad-
ducunt. ¶ Quarto eligibilius eſt viuere ſano corpore ꝑ
paucos dies ꝙ̄ egro corpore per multos ergo etiaꝫ eli-
gibilius eſt viuere paruo tempore cũ operibus virtu-
tum ꝙ̄ multo cum operibus viciorum. ¶ Ad rationes
iſtas r̃ndet̃ ꝙ omnes excepta tercia fundant̃ in hoc ꝙ
fuga illa eſſet vicioſa / ⁊ mors virtuoſa et glorioſa. Ecõ-
tra aũt dico ꝙ mors illa in caſu concluſionis eſſet te-
meraria ⁊ fuga virtuoſa ac laudabilis. ¶ Ad terciam
nota. dico ꝙ laudabiliter faciunt ph̃i inducendo hoĩes ad
contemptum mortis ſed vt ipſi voluit magni animi eſſe
contemnere mortem cũ rõ dictat eã eẽ ſubeũdam. ita
etiam volunt eam non eſſe temerarie et contra iudici-
um recte rationis ſubeundam quod ꝯtingeret in caſu
tercie concluſionis. ¶ Ad rationem ante oppoſitum di-
co / ꝙ in caſu fugere eſt maius malũ ꝙ̄ mori quia fuge-
re eſt malum moris mori autem eſt tantum malum na-
ture.

Queritur octauo vtrum forti vi-
ro liceat ſe ĩterimere: ne veniat in ꝑtãtem ĩi-
mici. Arguitur ꝙ ſic exẽplo virorum excellẽ-
tiſſimorum q̃ ne venirent in hoſtium manus ſeipſos in-
teremerunt. ¶ In Oppoſitum arguitur auctoritate
nota. Ari. dicentis hoc eſſe timidi. Notandũ eſt ꝙ contingit
dupliciter deſidera eſt mortem. vnomodo vt fugiamꝰ
malum pene vt ſeruitutem / carceres / tormẽta / pauper-
tatem / infamiam. aliomodo ad fugiendũ maluꝫ culpe
vt reuelationem confeſſionis / negationem fidei / ydola-
triam / ⁊ multa hmõi. malum pene eſt duplex: vnum eſt
qꝺ rõnabilit̃ et appetere ⁊ procurare poſſumus nobis
vt inopia / egeſtas / fames / ſitis. Aliud eſt qꝺ procurare
nobis ipſis non poſſumus ſine peccato mortali vt vir-
go non põt ꝓcurare ſibi defloratione ſuam per viriũ
non ſuum ſine peccato mortali. Item aliqua horũ ſũt
que nobis mere paſſiue habentibus duci poſſunt ad ef-
fectum vt corruptio virginis. Alia ſunt ad que exigi-
tur actũ noſtra: vt mendacium f̃ſm teſtimoniũ / ydola-
ꝯclu. ph̃i. tria occiſio mr̃is et multa hmõi. Prima concluſio: pro
nullo malo pene vitando licꝫ cuicunqꝫ ſe interimere ꝓ-
batur primo auctoritate Ariſ hoc expſſe diffiniẽtis Mo-
ri autẽ fugientẽ inopiam vel cupidinem vel aliqd triſte
non fortis ſed magis timidi Et rõem ſubiungit molli-
cies enĩ fugere laborioſa: et nõ q̃ſi bonum ſuſtinet: ſed

fugiens malum. Secũdo nullũ malũ pene eſt tã malũ
ꝙ̄ malum eſt priuatio vite ergo ꝓ nullo malo pene vitã-
do vir fortis ſe ĩterimere debet añs probo de malo pe-
ne quod non eſt vita diuturnius quia de illo intelligo
Inter quecunqꝫ mala pene vita poteſt haberi omni vir-
tute plena. et his omnibus malis vir bonus et prudẽs
poteſt ad virtutem vti. et inter hec virtutum omnium
vel ſaltem excellentiſſimarum actus exercere ea ſcilicet
equanimiter tollerãdo ſed ad priuationem vite ſequit̃
horum omnium priuatio igitur Tertio vnus quiſqꝫ mi-
nus habet poteſtatem ſue mortis ꝙ̄ alterius. naꝫ iudex
poteſtatem habet mortis aliene et ſimiliter tortores
auctoritate legum id ſibi concedentium. ſed nulli licet
pro fugiendo quocunqꝫ malo auctoritate priuata occi-
dere alterum: ergo nulli licet pro quocunque malo fu-
giendo interimere ſe. Quod ſi dicas ꝙ licet hoſtem pu-
blicum occidere et furem nocturnum et hoſtem etiam
priuatum ſi inuadat et aliter mors euitari non poſſit.
Dico ꝙ hec oĩa auctoritate publica / et a iuribus aut
poſitiuis aut nature conceſſa fiunt et non auctoritate
priuata. ¶ Quarto quicunqꝫ ſe cauſa fugiendi mali in-
terimit impacientia vicitur. ergo quilibet talis eſt ma-
lus: Añs probatur quia talis non ſe interimeret niſi
malum illud impatientius ferret. Et hanc rationem in-
nuit. Auguſtinus. xix. de ciuitate dei capitulo quarto.
Utrum obſecro (inquit) Cato ille patientia an potius
impatientia ſe peremit. Non enim hoc feciſſem niſi
victoriam. Ceſaris impatienter tuliſſet. Quito omis
deiectio animi infra dignitatem ſuam propter incum-
bentia mala que nõ ſunt in ſua poteſtate poſita eſt tur-
pis inhoneſta et flagitioſa. ſed qui ſe propter fugã ma-
lorum interimunt habent animum infra dignitatem ſu-
am longe deiectum cum ad dignitatem animi pertine-
at equanimitas tam in aduerſis ꝙ̄ i proſperis: nec eri-
gi proſperis: nec aduerſis frangi. ¶ Sexto omnis qui
occidit hominem ſine auctoritate publica eſt verus ho-
micida et pena homicidarum puniendus eſt ſed qui ſe
occidit hominem occidit ſine auctoritate publica cum
nulla lex homini facultatẽ conceſſerit ſe occidẽdi. ¶ Se-
ptimo mala pene que quis vel iam patitur vel ſe paſ-
ſurum formidat non faciunt hominem nocẽtem et di-
gnum morte: ergo quicũqꝫ propter hec tantum occidit
ſe occidit auctoritate priuata eum quẽ ſcit innocentem
et nullomodo nocentem: ergo talis tenetur pena crude-
liſſimorum homicidarũ. Et iſtas duas rationes tan-
git auguſtinus primo de ciuitate dei capitulo. xvi. Nã
vtiqꝫ ſi non licet priuata poteſtate hominem occidere
vel nocentẽ cuius occidendi licentiam lex nulla cõcedit
profecto qui ſeipſum occidit homicida eſt. et tanto fit
nocentior cum ſe occiderit ꝙ̄to innocẽtior in ea cauſa
fuerit qua ſe occidẽdum putauit. ¶ Octauo: Talis pri-
uat ciuitatem parte ſua notabili ſine cõſenſu ipſius ci-
uitatis: ergo talis plectendus eſt pena condigna. ¶ Se-
cunda concluſio: Pro nullo malo culpe cuicunqꝫ ſe in-
terimere licet. Probatur quia vel hoc eſſet pro malo
culpe iam perpetrato: vel pro perpetrando quod ne ꝑ-
petramus remedio mortis procuramus. Non primuꝫ
quia tale malum nõ emendatur morte auctoritate pri-
uata inflicta. Tum ſecundo quia de tali malo veniam
deo et emẽdationem per penitẽtiam et ſatiſfactionem
condignam non per mortem petere debemus. Quod
probatur exemplo iude qui propter culpam commiſ-
ſam in venditione chriſti ſeipſum interimit ⁊ in hoc ab nota.
omnibus fidei xp̃iane ſectatoribus culpatur. Quod
patet per Auguſtinum primo de ciuitate capitulo. xvii
Naꝫ ſi (inquit) iude factum merito deteſtamur: eumqꝫ
veritas iudicat cum ſe laqueo ſuſpendit ſcelerate illiꝰ
traditionis auxiſſe potius ꝙ̄ expiaſſe commiſſuꝫ: quo-
quoniam dei miſericordiam deſperando exitialr̃ pe-

nitens nullum ſibi ſalubris penitentie locum reliquit
q̄to magis.⁊c. Ex quibus verbis patet q per mortem
nobis per noſmetipſos inflictam nullomodo emenda
tur ſed magis augetur ex deſperatione venie delictum
Cum ſecundo quia poſt delictum perpetratū talis tri
ſtatur ob delictum ipſum. Aut ob infamiam conſecu-
tam. aut ꝓpter penam delicto reſpondentem. Si pro
pter duo poſtrema: cum tali non ſint mala pene ſequi
tur per primā concluſionem q ipſe nō debet ſibiipſi in-
ferre mortem. Si primum tunc debet potius lacrimis
et gemitibus diuinam implorare miſericordiam q̄ ſi-
bi mortem conſciſcendo offenſe offenſam et delicto de
lictum ſuperaddere. Cum ſecundo. quia vel talis eſti-
mat q per mortem ſatiſfacit pro delicto: aut eſtimat
q nulla eſt via ſatiſfaciendi non primum quia hoc nec
lex diuina nec lex naturalis nec lex vlla poſitiua tradit
q ſcilicet ſe occidendo quis pro commiſſo delicto ſa-
tiſfacit. immo lex diuina expreſſe vult oppoſitum. No-
lo (inquit) mortem peccatoris. ſed magis vt cōuertatur
et viuat. vbi deus expreſſe declarat q nō vult q homo
ſatiſfaciat ſibi pro peccato per mortē et occidendo ſed
penitendo et relinquēdo peccatū et in hac cōuerſione vi-
uendo. Nec licet alicui ſe interimere pro peccato vitan
do. probatur omne peccatū per liberū voluntatis con
ſenſū vitari poteſt. ergo nō licet cuiq̄ occidere ſe vt pec-
catū vitet. et an̄s probatur. quia peccatū omne volūtariū.
q ſi voluntarium nō ſit: eo ipſo peccatū nō eſt. ¶ Scḋo
nullum peccatū (maxime cōmiſſionis) eſt ſine actu po-
ſitiuo voluntatis noſtre que cogi nō poteſt. g̃ q̄tacūq
fiat ab extrinſeco violentia poteſt tamen aliter q̄ per
mortē vitari peccatū. verbi gratia. torquetur aliquis vt
exprimat que in cōfeſſione accepit, q̄tuncūq torquea-
tur nunq̄ tamē exprimet illa, niſi ex imperio volūtatis
vel linguā ad dicendum vel manū ad ſcribendum mo
uerit. Similiter torquetur aliquis vt tandē vel neget fi-
dem vel ſe ante ydola proſternāt: que nūq̄ faciet vt po
nota. ſtulatur niſi liber cōſenſus voluntatis acceſſerit ¶ Ter
tia cōcluſio nec pro virginitate ſeruāda virgo: nec pro
integritate corruptā, mulier mortē ſibi inferre debet
probatur prima pars: quia virgo cū ſibi affert mortem
aut intendit vitare corruptionem animi aut corruptio
nem. corporis Si corruptionē animi Cōtra corruptio
per ſolū conſtans ⁊ ſtabile propoſitū mentis ſeruari
poteſt. ⁊ tandiu manet. animi integritas q̄diu manet
integra ṽginitatis ſeruāde volūtas. quod ꝓbatur. q̇
integritas animi bonū eſt animi. ergo nō neceſſario deper-
ditur ad corruptionē corporis, ſed tantū ad corruptio
nem bone volūtatis. Neq poteſt dici q intendit ſerua
re integritatē corporis: et ne perdat eā ſe necat. Cōtra
virgo illa nullo modo plus obligatur ad ſeruandū in
tegritatē illius ꝑtis corporis q̄ ad ſeruādam integri-
tatem cuiuſuis alterius ex qua tanta incomoditas to
ti corpori ſequi poſſet: ergo viciociſſimū eſt et cōtra re
ctum rationis dictamē q vt illa pars ſeruetur integra
alia pars corrūpatur ex qua ſequitur mors ⁊ interitus.
nota. ¶ Secūdo tū etiā q̇ quilibet magis tenetur ad conſeruā
dam vitā corporalē q̄ ad cōſeruandā integritatē cui⁹
cunq partis ex qua nō ſequitur vite corporalis ꝓua-
tio: g̃ virgo que vt ſeruet integritatē corporis aliā ꝑtem
corporis corrūpit. aut ſe quomodocūq vita priuat gra-
uiſſime peccat, et rea homicidii habēda ē. ¶ Tertio cor
pus ipſum de quo eſt queſtio pōt corrumpi ſine hoc q
deſinat eſſe ſanctū ⁊ ſacrū et virgineū: et pōt deſinere
eſſe ſanctū ⁊ virgineū ſine hoc q ſoluatur ei⁹ integritas
ergo pro hac integritate ſeruāda nō debet ſe virgo in-
terimere. probatur an̄s nā ſi membrū illud corrumpatur
ferro aut per cōtrectationem obſtetricis aut violentia
apoſtematis nō deſinit eſſe ſanctū ⁊ virgineū. ¶ Secū
1.2.pbſ. do nec ī corpore nec in quocūq actu exteriori eſt aliqua

impudicicia aut moralis corruptio: niſi illa reſponde- virgine.
at alicui impudicicie et corruptioni mētis. quia alias ⁊ poſſe ſe
homo poſſet ſaluari ſecundum animā et dāpnari ſecū licite ob-
dum corpus qḋ eſt omnino abſurdū. g̃ q̄diu remanet ſuādam.
pudicicia et ſanctitas mētis tam diu remanet pudici- ṽginē. ta
cia et ſanctitas corporis. et q̄ diu etiā remanet impu- le occidē
dicicia et corruptio mentis tā diu etiam remanet im-
pudicicia et corruptio corporis. Sz cū hoc q clauſtra
pudoris ſunt diuiſa aut ꝑ cauſas īmediate dictas: aut
per violentiā corruptoris: ſtat q maneat ꝓpoſitū mē-
tis integrū et inconcuſſum et q mens ſit omnino ſan-
cta et pudica. ergo cum h̄moī diuiſione etiam ſtat ſan
ctitas et pudicicia corporis. Similiter cum hoc q clau
ſtra pudoris integra ſunt integritate nature ⁊ per nul
lam violentiam aperta ſtat q animus iā ſit corruptus
et impudicus, et habeat conſenſum volūtatis cum cor
ruptore. vt patet de virgine que libere et ſponte vadit
ad corruptorē Conſtat enim q ab impudicicia mentis
ſue non ſolū voluntas ipſa ſed etiam corp⁹ dicitur im
pudicum et corruptum: nō quidē corruptione oppoſi-
ta integritati nature que integritas nec bona eſt nec
mala moraliter ꝑ ſe: ſz corruptione mortis. ¶ Tertio cū
omni violentia, illata vel inferenda virgini ſtat inno-
centia virginis: cū nemo ſit aliena voluntate malus ſz
tantum propria: ergo cū omni tali violentia ſtat q eſt
omnino indigna morte īmo q eſt digniſſima vita ergo
occidendo eam occiditur innocēs. ergo ſi ſe occidit ip-
ſa ē rea homicidii ¶ Quarto Si liceret alicui occidere
ſe ipſam: pro nulla tamen cauſa hoc licitum eſſet niſi
pro qua liceret eum dampnari a iudice. ſed nullus iu-
dex rationabiliter iudicans dānaret virginem quia vi
olentiam paſſa ſit: immo iudicaret potius eſſe ſubleuā
dam et premiis ac muneribus attollendā q violentia
tantam paſſa a ſancto virginitatis propoſito non de
ceſſerit: et ipſum corruptorē vel violētatorem damnan
dū cenſeret: igitur. ¶ Quīto quicūq infert alicui penā
iniuſtam mortis eſt reus homicidii: ſed hec mulier in- hāc que-
fert ſibiipſi penam iniuſtam mortis: ergo hec mulier ſtionem.
rea eſt homicidii. maior videtur certa et minor proba- tāgit ma
tur quia mors que infert huic mulieri aut eſt pena pro io. diſtin.
prie culpe aut aliene. ſi aliene, ergo eſt omnino iniuſta 15. quar.
cū omnino iniuſtum ſit q ꝓ delicto vni⁹ alter nulla ſi- ſentēſ que
bi vel neceſſitudine nature cōiunctus vel peccati ſocie- ſti. quin.
tate cōmixtus penam ferat. nec eſt pena ꝓprie culpe. tū corre. 8.
quia (vt ſupponitur) nulla in iſta virgine culpa eſt. tū
quia vbi culpam h̄ret nō eſſet iudex in cauſa ſua. ſecun
dam partē probat hec vltima ratio. īmo ad eius ꝓba
tionem poſſent adduci fere omēs priores rationes Ex
qua concluſio infero q lucretia quā tot laudibus ratio
ni efferunt. fuit homicidii nefandiſſimi rea. probatur
quia lucretia fuit ſummis et ampliſſimis virtutib⁹ pre
dita et nullo mortis genere digna: ergo occidendo ſe-
ipſam occidit innocentiſſimā et indigniſſimam morte
feminā. ergo rea eſt ſceleratiſſimi homicidii an̄s ꝓbatur
lucretia nō ſuſpicatur eſſe nocens niſi propter adulte-
riū ſed ipſa nō fuit adultera. quod ꝓbatur. q̇ ipſa nū
q̄ adultero ꝯſenſit. hoc idē ꝓbat Auguſtinus. auctori-
tate cuiuſdam de violentia lucretie dicentis mirabile
dcū duo fuerunt, et adulterium vnus admiſit. cuius ra
tionem aſſignat. auguſtinus quia licet eſſent duo cor-
pora cōmixta vnius tamen erat inquinatiſſima volun
tas alterius vero caſtiſſima ¶ Secūdo q̇ aut ipſa iō ſe
interemit quia adulterium paſſa violenter aut q̇ ipſa
erat ſibi conſcia alicuius mali conſenſus. ſi primū: re
dit prima ratio: quia inocens et pudica fuit: et ita mor
te indigna. ſi ſecundum ergo falſum eſt illud cuiuſdam
allegatum q duo fuerunt et adulterium vnus admiſit
quod tamen dictum romani multum celebrant. et patz
conſequentia: quia ſi ipſa conſenſerit fuerunt duo qui

adulterium admiſerent: vnus manifeſta inuaſione et altera latenti et occulto conſenſu. tum etiam: quia vbi ita fuiſſet. non propter hoc tamen fuiſſet mors ſibi a ſe ipſa inferēda: ſed digna ſatiſfactione ira dei placenda totam autem vim rationis his verbis colligit. auguſtinus. Si adultera cur laudata. ſi pudica: cur occiſa: quod argumentum inuitabile dici. Tertio. actus lucretie non fuit bonus moraliter. ergo fuit malus moraliter. conſequentia patet. quia fuit actus deliberatus. et antecedens probatur. nullus actus procedēs ex infirmitate pudoris eſt actus bonus moraliter quia omnis talis ex imperatiua et mollicie procedit ſed actus lucretie proceſſit ex infirmitate pudoris. ꝙ ergo ſeipſam (inquit) auguſtinus non adultera occidit: nō pudicicie caritas, ſed pudoris īfirmitas fuit qđ ꝓbatur puduit enī (inquit) eam turpitudinis aliene in ſe ꝯmiſſe: etiam ſi nō ſecum et romana mulier laudis auida nimium verita eſt ne putaretur quod violēter eſt paſſa cū viueret libenter paſſa ſi viueret. ſociam quippe ſci ſe credi erubuit ſi quod alius in ea fecerat turpiter ferret ipſa pacienter ex quib⁹ verbis patet ꝙ ideo ſeipſam īteremit quia nō poterat ferre patiēter pudorē illum vel eſtimationē hominum de ſeipſa: et ꝙ mortē ſuam ordinauit ad dandā teſtimonium pudicicie ſue. que omnia procedunt ex nimio et abſurdo deſiderio laudis ꝛ impatientia pudoris et mali nominis que eū mortem excuſare nullomō poſſint. ſequit̄ ꝙ ipſa fuit vere rea homicidii Quarto nuſꝙ̄ in ſacra ſcriptura legitur homicidium ſui etiam cuius cūꝗ mali vitandi cauſa conceſſum: ſed expreſſe prohibitū. cum in lege dicit̄ nō occides: ꝗ lucretia ſeipſam occidendo rea eſt homicidii. añs probatur quia in illo precepto dicitur nude et abſolute nō occides et non additur ꝓximum ſicut in alio precepto non falſum teſtimonium dices aduerſus ꝓximū tuum. ꝗ per illud preceptum nō ſolū ꝓhibetur homo ꝓximum occidere. ſed etiam ſeipſum. Cōfirmatur multo magis arctat preceptum de nō occidēdo ꝙ̄ preceptum de nō ferēdo falſum teſtimoniū. ꝓbatur quia precepto de nō ferendo falſum teſtimoniū additur aduerſus ꝓximū qđ non additur in precepto de non occidendo. ſed non obſtante illa additione ille eſt falſus teſtis qui teſtimoniū falſum aduerſum ſe ꝓfert et eſt reus pcepti. puta ſi quis cupidus mortis fateret̄ falſo ſe hominē occidiſſe vt inde dāpnat⁹ necaret̄: ergo multo minus licet alicui ꝗcumꝗ cauſa ſe ipſum occidere. hanc rationem tangit Auguſtinus. xx. capitulo primi de ciuitate dei vbi per multa capitula pulcherrime ac ſubtiliſſime materiam hanc deducit. ex quibus omnibus patet ꝙ nullomodo pro quocumꝗ bono conſequendo. aut pro quocūꝗ malo fugiendo licitum eſt alicui ſe occidere. nec valet arguere de: Marco. Catone mitridate hanibale et nonnullis aliis. quorū aliqui ſe ferro: alii veneno necauerunt: quia hii omnes turpiter errauerunt. et fuerūt timidi, et molles et impacientes nō fortes nec magnanimi. nec poterāt tollerare aduerſa: inter que tamen ſumma virtutum officia exequi poterāt. ¶ Sed cōtra fundamentum dictarū cōcluſionū arguitur. Ponatur ꝙ reſ. in grauiſſimo periculo verſetur: et pro defenſione ſua egeat aliquo magno et potēte viro qui ꝓpter odium quod habet cū vno de ciuibus nolit ciuitati ſuccurrere: ſed requirat ciuitatē ꝙ det illum morti et ipſe ſuccurret aliter nō. ciuitas autem hanc iniuriam innocēti facere ipſe ciuis innocēs etiam velit ſe dare voluntati illius viri potētis quem nolit recipere: quia nō vult notari de morte eius. Tunc arguitur ſic: Iſte vir fortis paratus eſt effundere vitam vtiliter pro ſalute reipubli. ſed non poteſt infundere in bello ꝗdiu ille potēs aduerſatur: nec poteſt effundere ſubmittendo ſe iudicio ciuium quia illi (cum ſciant eum innocentē) recuſant eum adiudicare morti. nec poteſt effundere vitā ſubmittēdo ſe aduerſario: quia ille recuſat percuſſū. et ſcit ꝙ ſal⁹ reipublice eſt carior vita ſua: et eā vite ſue ante ponit. ergo in tali caſu ipſe tenetur ſe interimere ꝓ ſalute reipublice. Cōfirmatur exēplo multorū romanorum qui ſe pro ſalute reipubli. in apertiſſimā mortem intruſerunt ſponte ſua et ꝓpria voluntate. Reſpondetur ꝙ talis nullomodo debet ſe interimere: et ꝗuis debeat ꝓcuraret bonum reipubli. hoc eſt tamē actibus et operationibus licitis et honeſtis: et nō ꝓhibitis. ¶ Ad cōfirmationem dico ꝙ actus huiuſmodi romanorū erāt mali et innitebantur idolatrie: et falſe religioni: et erroribus nō prudētie. ¶ Ratio ante oppoſitū ſoluta eſt

(Hec queſtionē tāgit tho. 2. 2. qſt. 64. articulo.)

Queritur nono. Utrum fortis in omni actu fortitudinis delectetur. Arguitur ꝙ ſic. quia virtus eſt delectabiliter operari ergo fortis ī omni opere fortitudinis delectatur ¶ In oppoſitū arguit̄ auctoritate. Ariſtotel'i tertio. Mors quidem et vulnera triſticia forti et volēti erūt. ¶ Notādum ꝙ in forti ſunt multi et varii actus ſcilicet actus cognitiui ſiue apprehenſiui. actus appetitiui: et actus executiui. Actus cognitiui et apprehēſiui ſunt duplices quidā ſunt ītellectus: alii ſunt ſenſus interioris vel exterioris. Per intellectū fortis apprehēdit multa que nata ſunt cauſare delectationē ſcilicet deffenſionē patrie vel aliū quē libet finem fortitudinis. honeſtatem et pulchritudinē operis et ii q fide viuūt etiā aliā vitā poſt hāc expectātes. Apprehēdit etiā fortis multa que nata ſunt inferre dolorē et triſticiam: puta vulnera: labores: ictus mortē. Et apprehenſiones iſtorū cauſant ſecundū magis et minus triſticiā. tam ſecundū diſpoſitionē ſubiecti ꝙ̄ etiā ſecundum ꝙ magis vel minus iudicantur eſſe ꝓpinqua. Poteſt etiā per ſenſum interiorem apprehēdere aliqua que nata ſunt cauſare delectationē et aliqua que nata ſunt cauſare triſticiā: et ſimiliter per ſenſum exteriorē: vt ſtatī declarabitur. Act⁹ appetitiui ſunt duplices. quidā ſunt volūtatis: alii ſunt actus apetitus ſenſitiui. Actus volūtatis ſunt duplices quidā ſunt qui nō ſunt formaliter imperatiui executionis: cū ſcilꝫ recta ratio nōdum dictat opus fortitudinis eſſe exequēdum alii ſunt imperatiui executionis. vt volitio qua quis imperat potētiis executiuis. Actus exteriores ſunt multiplices (vt dictum eſt) ſugere: cunctari: expectare: aggredi: inferre. ſuſtinere. Actus etiam cognitiui tam intellectus ꝙ̄ ſenſuum interiorū ſunt duplices. quidā ſunt circa futurū bellum alii ſunt circa preſens. alii ſunt circa preteritum circa futurum vt eſtimatio periculorū vel opinio de futura victoria, de induſtrioſa percuſſione de tollerantia durorum. circa preſens: ſicut cognitio eorū que circa fortē fiunt dū bellū geritur circa preteritū eorū ōiꝫ recordatio. ¶ Sic ſit prima cōcluſio. Fortis in apprehēſione boni quod eſtimat eſſe per opera fortia ꝯſequendum delectātur et in apprehenſione et in volitione ipſorū operū. probatur. omnis eſtimatio qua eſtimam⁹ bonum magnū et multum deſideratum eſſe de ꝓpe futurum: eſt nata cauſare delectationem in ſic eſtimante ſed bonū illud qđ eſt finis fortitudinis eſt magnū et multum deſideratū et (vt ſupponitur) eſtimatur de ꝓpe futurū igit̄. ¶ Secunda concluſio: fortis in actu ſperādi huiuſmodi bonum delectatur. ¶ Tertia cōcluſio: fortis in actu ipſi⁹ fortitudinis eū prope cert⁹ eſt de cōſecutiōe huiuſmodi boni delectatur. ¶ Quarta cōcluſio: fortis in actu memorādi act⁹ quibus conſecutus eſt huiuſmodi bonum delectatur. probatur per ariſtotelem primo rethorice dicentem. quare neceſſe eſt omnia delectabilia eſſe in ſentiēdo pñtia. aut in memorādo facta aut in ſperādo futura. ſentiunt̄ quidē eni pñtia memorātur aūt facta ſperantur aūt futura ex quib⁹ patet qđlibꝫ bonum de

a

Quibus delectat̄ fortis.

ſideratum aut actus qui circa ipſum haberetur na-
ture cauſare triplicem delectationē. ⁊ cū ſperatur fu-
turum: et cōſentit pñs et cū memoratur preteritum.
¶ Quinta concluſio: actus inferendi et ꝑcutiendi eſt
viro forti delectabilis. ꝓbatur. omne cupitum ⁊ de-
ſideratū a viro forti cū eſt pñs ⁊ nullā in eo moleſti-
am cauſat, eſt ſibi delectabile ſed vir fortis maxime
cupit percutere et ledere hoſtem. et hec percuſſio non
eſt viro forti, ſed hoſti moleſta. ergo cū eſt preſens
delectat eum. ¶ Sexta concluſio. recordatio actus
ſuſtinendi ac tollerandi fortiter ac viriliter ictus et
vulnera eſt viro forti delectabilis. ꝓbat. auctorita-
te Ariſ. in loco preallegato. memorabilia ꝗdā igitur
delectabilia ſunt: nō ſolū ꝗ cum in pñti aderant de-
lectabilia erant ſed quedā ⁊ non delectabilia, ſi ſit
poſterius honeſtū et bonū quod poſt hoc: vnde vt di-
ctū eſt. ſed delectabile eſt ſaluatum eſſe ⁊ remiſci la-
borum. et poſt anguſtias delectatur vir memorans
qui multa paſſus fuerat ⁊ multa geſſerat. ¶ Septia
concluſio cogitatio fortis tollerantie cum ſpe bene
ſe habendi in ea ꝗ tamen non eſtimatur ꝓpinqua ē de-
lectabilis. ꝓbatur q: experimur in nobis ꝙ aliquan-
do cogitamus nos multa et grauia tollerare ꝓ de-
fenſiōe fidei: ⁊ ꝙ inter varia tormēta manem⁹ iuicti. ⁊
in ſic cogitādo delectamur vehementur, ⁊ hec ſūt ꝗ
forti videntur eē delectabilia. ¶ Octaua ꝯcl'o viro for-
ticū de ꝓpe iminet bellum, non eſt delectabilis co-
gitatio finis. ſi deſit ſpes huius mōi finē cōſequendi
ꝓbatur q: deſiderium boni non ſufficit ad delecta-
tionē cauſādā: ſed oportet de hoc quod deſideratur,
habeatur ſpes conſequēdi ipm. quod ꝓbat. nā ſi qs
deſidiret vehemētiſſime principatū et deſperet ſe
cōſecuturum ipm, nōmō nō delectatur ſed triſtatur: vt
patꝫ per expientiam.

Nota. ¶ Nona cōcluſio viro forti triſtabilis eſt recorda-
tio finis deperditi. patet ex ſe. ¶ Decima concluſio
viro forti triſtabilis eſt recordatio actus tolleran-
di ⁊ ſuſtinendi: cū per hūc illatum eſt magnum ⁊ ir-
reparabile dānū vtputa execatio vel mutilatio notabi-
lis detrimēti pꝫ q: ex illo actu ſuſtinēdi. relictū ē in-
cōmodū preſēs qd ſemꝑ affligit. pōt tn̄ leniri hec tri-
ſticia ex multis ⁊ magnis cōmodis ꝑ hanc tolleran-
tiā fortē allatꝫ ſicut pax vni⁹ magni regni. ¶ Undeci-
ma cōcluſio: actus ſuſtinēdi eſt viro forti triſtabilis
probatur quia ſuſtinere grauia ⁊ multū moleſta ē
triſtabile ſed actus ſuſtinendi conſiſtit in tollerātia
grauium et difficilium igitur. Secundo ꝓbat aucto-
ritate Ariſ. dicentis In ſuſtinendo vtiqꝫ triſticia (vt
dictū eſt) fortes dicūtur ꝓpter qd ⁊ triſte fortitudo.
tertio ꝑ illud eiuſdē mors: qd ⁊ vulnera triſtia forti
et volenti erunt. ⁊ paulo ante: ꝑcuti autē doloroſum
et triſte omnis labor. ¶ Duodecima cōcl'o: fortis in
actu fortitudinis exteriori magis dicend⁹ eſt triſta-
ri ꝗ delectari. ꝓbatur ꝗa cū ſint duo actus fortitu-
dinis circa ꝗs maxime cōſiſtit fortitudo ſcilꝫ infer-
re et ſuſtinere: ſuſtinere tamē eſt actus principalior.
et circa eum maxime conſiſtit fortitudo. ſed in ſuſti-
nendo terribilia triſtatur fortis. ergo fortis magis
dicendus eſt triſtari in actu exteriori fortitudinis ꝗ
delectari. minor ꝓbata eſt. et maior probatur aucto-
ritate Ariſ. in tertio ita dicentis. circa audacias au-
tem et timores fortitudo exiſtens non ſimiliter circa
ambo eſt ſed magis circa terribilia. In his enim et
imperturbatus, et circa hec vſt oportet habens for-
tis magis, ꝗ circa audacias. in ſuſtinendo vtiqꝫ tri-
ſtia (vt dictum eſt) fortes dicuntur, propter quod et
triſte fortitus, ꝙ ſi quis dicat, ꝙ hec triſtia nata ꝑ-
uenire ex tollerantia triſtium impeditur propter fi-
nem qui eſt delectabilis forti. Rñdet ad hoc Ariſ. ꝙ
oppoſitū contingit. delectatio enī quā natum ē cau-
ſare deſideriū finis fortitudinis euanecit vel obſcu-
ratur a rebus circunſtantibus, ſcꝫ a rebus triſtibus
ꝗ interueniunt in exequendis actibus fortitudinis.
quod ſub his verbis dicit. areſtotiles. ſed et adhuc
videtur vtiqꝫ eſſe qui ſm fortitudinem finis delecta-
bilis. ab hiis aūt ꝗ circa finem euaneſcere: quale et in
gimnaſticis agonibus fit. pugilibus enim finis qui-
dam delectabilis cuius gratia, corona, et honores,
percuti autē doloroſū: ſi carnales et triſte omnis la-
bor. et addit ꝙ ſi triſtia ſint multa, in fine parua cō-
moditas: tūc finis nichil habet delectabile propter
(inquit) multa hec eſſe, paruum exiſtens cuius gra-
tia, nichil delectabile videtur habere, ſic vtiqꝫ tale ē
circa fortitudinem. mors quidam et vulnera triſtia
forti. ſuſtinet autem hec quoniam bonum, vel quoni-
am turpe non id eſt. vel qm̄ nō ſuſtinere ea eſt turpe.
¶ Decimatertia cōcluſio: ſecluſa veritate fidei vir for-
tis quanto eſt magis virtuoſus, tanto magis triſta-
tur in morte. probatur: quia triſte eſt eum qui eſt maxi-
me dignus vita ſcienter priuari vita et maximis bo-
nis ſcilicet excellentiſſimis virtutibus. nec propter
hoc ꝙ triſtatur eſt minus fortis imo forſitan magis
quia pro illis maximis bonis de quorum amiſſione
triſtatur. ipſe eligit in bello decus et gloriam. dixi
autem ſecluſa veritate fidei ꝗ ponit animam immor-
talem et bona anime immortalia et poſt hanc vitā
retributionem meritorum et inde eſt ꝙ multi marti-
res non ſolum non doluerunt in morte. verum etiā
eam magno deſiderio affectare videbantur hec con-
cluſio poſita eſt et probata ab areſtotile tertio ethi-
corum. Decimaquarta cōcluſio: vir fortis i apprehen-
ſione durarum paſſionum quas cognoſcit ſe de pro-
pe paſſurum triſtatur ꝓbatur ꝗa vir fortis videt mul-
ta mala eſſe ſibi de prope euentura ꝗ vellet non eſſe
euentura. ergo vir fortis triſtatur. patet ſecundo de
chriſto qui in apprehenſione dolorum ſuorum vſqꝫ
ad mortem triſtatus eſt. ex quibus omnibus patꝫ ꝙ
non omnis actus intellectus et volūtatis ipi⁹ ꝟtuo-
ſi eſt ſibi delectabilis. patet. Ex dictis. ſequitur ſecū-
do ꝙ non omnis actus ſenſus ipſius virtuoſi eſt ſi-
bi triſtabilis, patet ex dictis. Sequitur tertio ꝙ non
eſt verū vniuerſaliter ꝙ vir fortis in omni actu for-
titudinis delectetur ſm intellectū, ⁊ triſtetur ſm ſenſū
patet ex dictis. ¶ Decimaquita ꝯcluſio. licet in paſſio-
ne graui et acerba ſenſus et intellectus triſtetur dele-
ctatur tamen in equanimi tollerantia et ſuſtinentia ei⁹
prima pars probatur. quia vbicunqꝫ reperitur ſuffici-
ens cauſa triſticie, ibi reperitur triſticia. ſed in intelle-
ctu ſenſu reperitur cauſa ſufficiens triſticie quia eſt ibi
nolitio vel abſoluta vel conditionata huiuſmodi paſſi-
onum: et apprehenduntur tam a ſenſu ꝗ ab intellectu
tanꝗ diſconuenientes ſenſui, ⁊ tanꝗ ea ꝗ mouent ve-
hementer ad opus fortitudinis deſerendum. ꝗ eorum ap-
prehenſio tā ſenſitiua ꝗ itellectiua ē cū triſticie. Secūda
ꝑs ꝓbat q: tollerātia illa equanimis ē opus virtutis
qd licet ſit circa malū ⁊ afflictiuū ⁊ diſcōueniēs non tn̄
ipm eſt malū, aūt afflictiuum, autē diſconueniens. ꝗ tn̄
tn̄ ad ꝑmā ꝑtē ꝯcluſionis eſt aduertendū ꝙ lꝫ intellect⁹
apꝑhendat hmōi paſſiones eſſe ſēſui diſconuenientes:
pōt tn̄ impediri ne hec apphenſio ſit cū triſticie puta ſi
eſſet cognitio certa ꝙ ꝑ multitudinem huiuſmodi paſ-
ſionū aliquod bonum multo maius ac excellētius eſſet
ꝑuenturū ꝗ ſine huiuſmodi paſſionib⁹ puta augmētū
glorie eterne. tunc enī nō eſſet circa huiuſmodi paſſiōes
nolitio ⁊ maxime ſi nō excederēt facultatē hoim. ſi aūt
excederent facultatē hoim: tūc exigeret aliqui⁹ ſpecia-
lis auxilii aſſiſtētia vt ſine nolitione tollerari poſſent.
quod auxilium frequenter contingit in martyribus.

¶ Contra quattuoꝛ cõcluſiones ꝑmas. argᵗ ſic. obie
ctum delectatiõis ſp eſt cauſa delectatiõis. ſʒ bonuʒ
illud de quo habetᵗ eſtimatio ⁊ ſpes, ⁊ actus foꝛtitu
dinis de quo habetᵗ recoꝛdatio nõ ſũt cãe huiꝰ oĩ de
lectationẽ igitᵗ. maioꝛ veſter manifeſta ⁊ ꝓbatio eiꝰ
videtur ſufficientᵗ fũdari in auctoꝛitate arꝫ. allega=
ta ad q̃rtã cõcluſionẽ. ⁊ minoꝛ ꝓbatur q̄a nec bonuʒ
illud ẽ cũ ſperatur, nec actꝰ ẽ cũ eiꝰ foꝛtis recoꝛdatᵗ,
ſʒ qđ nõ ẽ nõ eſt cã igitᵗ. Ad hanc rõnẽ nego maioꝛẽ ⁊
dico ꝙ obiectũ appꝛehenſũ nõ eſt cauſa delectatiõis
aut triſticie ſaltẽ immediata ſʒ ipſa appꝛehenſio vꝉ
viſio obiecti. ¶ Contra ſeptimã cõcluſionẽ arguitᵗ ſic
nulla nolitio eſt ſufficiens cã delectatiõis. ſʒ paſſio=
nes hmõi ſũt tm̃ nolite ꝗ circa eas nõ eſt delectatio.
Scđo cogitatio hmõi foꝛtis tollerãtie ⁊ deſiderium
bñ ſe hñdi in ea nõ eſt ſufficiens cã delectatiõis. ergo
neqꝫ hmõi cogitatio cũ ſpe bñ ſe hñdi in ea. ꝯña tenʒ
⁊ añs ꝓbatur qꝛ q̃tũcũqꝫ q̄s deſidẽt hmõi tollerati
ſi tamẽ eſtimet eã nõ ſibi poſſibilẽ eẽ triſtabitur ⁊ nõ
delectabitur ¶ Ad ꝑmã ꝯcedo maioꝛẽ ⁊ ad minoꝛem
dico ꝙ q̃tũcũqꝫ paſſiones ipſe ſint nolite tamẽ tolle
rantia eaꝝ eſt volita cõditionaliter añ inexiſtãtiã ea
rum. et abſolute: cũ inſunt q̄ ſufficiunt ad delectatio
nem cauſandã. ¶ Ad ſcđam cõcedo añs ⁊ nego ꝯñam
qꝛ ſpes includit certitudinẽ q̃dã bñ ſe hñdi in hmõi
paſſiõibꝰ tollerãdis. iõ ipa ẽ cã ſufficiẽs delectatiõis
⁊ nõ deſideriũ qđ nõ hmõi certitudinẽ includit. cõtra
x. ⁊ xi. cõcluſiões. arᵗ ſic. oẽs hmõi oꝑatiões procedũt
ex hitu foꝛtitudinis q̄ agit ꝑ modũ nature. ꝗ oẽs hu
ius oĩ oꝑatiões ſũt delectabiles ꝯña tʒ qꝛ delectatõ
eſt oꝑatio naturalis hitus nõ ĩpedita. Scđo ꝓbatᵗ ꝑ
ãbꝛoſiũ ſuꝑ illđ ad galᵗ. v. fructꝰ autem ſpũs caritas
gaudiũ: pax oꝑa (inq̄t) ṽtutũ dicũtᵗ fructꝰ qꝛ mẽtẽ ho
mis ſctã ⁊ ſicera delectatiõe reficiũt ſʒ ſuſtinere ẽ oꝑꝰ
virtutis igitᵗ. Tertio foꝛtiꝰ ſemꝑ extinguit illud qđ ẽ
debilius: ſed vir foꝛtis magis amat oꝑꝰ foꝛtitudĩs
q̃ ꝓꝑꝛiũ coꝛpꝰ qđ ꝑiculis expõit. ꝗ delectatio de bo
no ṽtutis euacuat doloꝛẽ coꝛꝑalẽ. ¶ Quarto argui
tur auctoꝛitate Arꝫ. ꝑmo ethicoꝝ dicentis: amãtibꝰ
aũt bonũ ſũt delectabilia q̄ natura delectabilia: ta
les aũt ſm̃ ṽtutes oꝑatiões. nullus em̃ eſt bonꝰ qui
non gaudet bonis oꝑatiõibus. neqꝫ enim iuſtum vti
qꝫ aliquis diceret non gaudẽtem iuſta oꝑationem li
beralem non gaudentem liberalibus oꝑationibus
Simile aũt et in aliis. ¶ Quinto per illud eiuſdẽ in
ſecundo. Signũ aũt opoꝛtet facere habituũ ſuꝑueni
entẽ voluptatẽ vel triſticiam oꝑibus. quidẽ enim re=
cedit a coꝛpoꝛalibus voluptatibus, ⁊ hoc ipſo gau=
det tꝑatus. qui aũt triſtatur intꝑatus. ⁊ qui ſuſtinet
ꝑicula et gaudet foꝛtis. q̄ aũt triſtatur timidus. Ad
Argumẽtum buridani ſupra ante oppm̃ q̄ſtionis.
hoc etiam pñt induci multe auctoꝛitates Senece et
alioꝝ phõꝝ. Ait Seneca epľa quadam ad lucillium
Attatus ſtoicus dicere ſolebat: malo me foꝛtuna in
caſtris ſuis, q̃ in deliciis hñdis toꝛq̄at. ſi foꝛtiter be
ne occidoꝛ. Audi Epicuꝝ dicentem nichil eſt virtute
pꝛeſtantius: nichil pulchꝛius. et bonũ eſt et optabile
quicquid eius geritur impio. In alia vero epiſtola
dicit ſic, imꝑfectis adhuc interſcinditur leticia. ſapi
entis vero gaudiũ nulla cã rũpitur nulla foꝛtuna:
ſemꝑ ⁊ vbiqꝫ trãq̄llũ eſt. Nõ em̃ ex alieno pendʒ: nõ
fauoꝛẽ foꝛtune aut hominis expectatᵘ ⁊c. Ex quibus
omnibꝰ videtur appere ꝙ ꝓꝑꝛiũ virtutis eſt delecta
biliter oꝑari. ¶ Sexto arguitᵗ ſm̃ cõclõnes pꝛioꝛes
⁊ Arꝫ. Foꝛtis habet multas delectatiões: ergo nullã
habet triſticiam. qꝛ delectatio et triſticia nõ inſũt ſilᵗ
eidem. ¶ Septimo arguitur auctoꝛitate Gregoꝛii di
centis ꝙ conſideratio ꝑmii diminuit vim flagelli. ſʒ
quicquid eſt diminuibile per aliq̄d eſt ex toto per il
lud auferibile igitur. ¶ Octauo: ſi ſic ſequeretur ꝙ

foꝛtioꝛes et virtuoſioꝛes nõ ſemꝑ eſſent melioꝛes mi
lites conſequens eſt abſurdũ. et pʒ ꝯña: qꝛ cũ maio=
ri triſticia patiuntur vite ꝑiculũ q̃ alii minus ṽtuo=
ſi. ⁊ per ꝯñs nõ eſſent tam pati ad ꝑicula. ¶ Ad pꝛi=
mam nego ꝯñtiã. Et ad ꝓbationẽ cõcedo diffinitio=
nem. ſed dico ꝙ hmõi oꝑatio habitus impedita eſt
a ſenſu doloꝛis: nec delectationem cauſet: quam ſe=
cluſo ſenſu doloꝛis nata eſſet cauſare. ¶ Ad ſecũdã
dico, ꝙ omnia virtutũ oꝑa reficiunt mentem aut cuʒ
expectantᵗ futura aut cũ recoꝛdantᵗ ꝑterita. ſed non
oꝑʒ vľr de omnibus cũ ſũt pꝛeſentia. qꝛ ſũt aliq̄. q̄ cũ
ſunt pꝛeſentia cõſiſtunt in vehementi quadã cã triſti
Amoꝛ foꝛtitudinis diminuit amoꝛẽ coꝛpoꝛis.
cie ⁊ hñt ſenſũ doloꝛis cõiũctum. Ideo talia nõ dele
ctãt pñtia. ¶ Ad tertiam cõcedo de foꝛtioꝛi et debi=
lioꝛi incõpoſſibilibus. cõcedo etiam ꝙ amoꝛ foꝛtitu
dinis extinguit amoꝛẽ ꝓꝑꝛii coꝛpoꝛis, q̃tum ad cõ=
trarias inclinatiões quas nate ſũt facere. Amoꝛ ei
foꝛtitudinis ⁊ boni publici inclinat ad ſuccurrendũ
patrie ꝑeũti, et ad ſubeũdum pericula ne pereat. A=
moꝛ vero ꝓꝑꝛii coꝛpoꝛis interdũ inclinãt ad fugien
dum ea niſi cõſtaret alicui ꝙ eẽt cum ipſa reipubli.
ꝑiturus, ⁊ ꝙ nõ poſſet ſe ſaluare niſi remp. ſimul ſal
uando. ſed non oꝑʒ ꝙ delectatio que eſt in vno vin=
cat triſticiam que eſt ex alio: maxime cum illa triſti=
cia non ſit in poteſtate noſtra. ¶ Ad quartam ratio
nem nego illam ꝓpõem vľem quẽ arguentes inten=
dunt deducẽ per auctoꝛitates hic et in aliis rationi
bus allegatas. Et dico ꝙ non eſt vľiter virum ꝙ ſit
ꝓꝑꝛium virtutis delectabiliter oꝑari. Quod expſſit
Arꝫ. in vltimo capľo de foꝛtitudine cũ ait. Non vti=
qꝫ aũt in oĩbus virtutibus delectabilᵗr oꝑari extitit
Virtuoſus moꝛe ṽtutꝫ nõ ſemꝑ delectatur.
pꝛeterq̃ inq̃tum attingit finẽ. qđ intelligendum eſt
ꝙ oꝑationes ille intellectus vel voluntatis qui ſũt
circa finem ſunt delectabites: maxime ſit aſſit ſpes
conſequendi finis vel recoꝛdatio conſequẽti. Nec in
telligitur ꝙ operatio ipſa exterioꝛ comparata ad
finem ſit delectabilis: licet ipſa conſideratio vꝉ eſti=
matio vel ſpes vꝉ recoꝛdatio ꝙ per talem operatio
nem erit vel fuit conſecutio tales finis, ſit delectabi
lis. Ex quo patet ꝙ non eſt vniuerſaliter verũ de oĩ
operatione virtutis ꝙ ſit delectabilis. Patet etiaʒ
de operacione virtutis penitentie, et cõmiſeratiõis
et iuſticie punitiue: que hñt triſticias annexas. Dico
tamen vniuerſaliter ꝙ recoꝛdatio hmõi oꝑationuʒ
eſt delectabilis virtuoſo. ¶ Ad pꝛimã ergo cõcedo ꝙ
illa que ſm̃ naturã ſunt delectabilia ſũt etiam dele
ctabilia amãtibus bonũ. i. virtuoſis aut cum ſꝑant
futura aut cũ recoꝛdantᵗ ꝑterita. ad hũc ſcñſũ ꝙ ſpes
⁊ recoꝛdatio de his eſt delectabilis. Sunt tamen in
aliquibus que impediunt ne talia cauſet delectatio
nem cum ſint pñtia. Ad aliam auctoꝛitatem dico ꝙ
delectatio et triſticia ſuꝑueniens oꝑibus aut cũ fu=
tura ſunt. aut cũ ꝑterierũt aut cũ ſunt pñtia, ſignum
eſt abituum genitoꝝ: imo expꝛeſſe ibidem. Arꝫ. de
foꝛti dicit. Et qui quidẽ ſuſtinet pericula et gaudet
vel non triſtatur foꝛtis. qui aũt triſtatur timidꝰ. vbi
expꝛeſſe habet nõ opoꝛtere foꝛtẽ gaudere: ſed ſuffice
re ꝙ nõ triſtetur. qꝛ tñ dicit: ſi triſtetur timidus intel
ligẽdũ eſt ad ſenſũ ꝓdictũ. Sũt enĩ multi qui poſt eui
tata ꝑicula triſtantur ſe ſubiiſſe ꝑicula ⁊ pꝛoponunt
nunq̃ poſtea ſubire: ⁊ tales ſunt timidi. Aut intelli=
git ꝙ ſi ſuſtinendo ꝑicula triſtetur nõ tñ quia ſuſti=
ſtinet ꝑicula: ſed etiã inq̃tum attingit finem. i. dole=
at ꝙ per tales tollerantias fine illũ attingit: tunc in
rei veritate non habet habitum foꝛtitudinis. Ad au
ctoꝛitates Senece dico ꝙ ſũt pꝛo ꝑma ⁊ ſeptima cõ
cluſione. cum quibus ſtat ꝙ in executione ipſoꝛum
actuum et maxime foꝛtitudinis, eſt aliquod qđ gra=
uem moleſtiã ⁊ triſticiam affert. Et huiꝰ exemplum

eſt/ſpōſa noua. optat em̄ nōnūꝗ̄ cōcipere/et parere
et poſtꝗ̄ peperit placet ſibi partus ſuus.⁊ delectat̄
in infante nato:in au tn̄ pariendi tantus incidit do
loꝛ/et tantam moleſtia/et tanta triſticia:ꝙ ꝓ tunc
obſuſcatur delectatio pientis:quam ſcꝫ pꝛius habu
erat in deſiderio ⁊ eſtimatione futuri infantis.

Non oē gaudiū ⁊ triſtitia cōtraria

¶ Ad ſextam nego ꝯñtiam.⁊ ad pꝛobationem nego
aſſumptū:qꝛ nō que quelibꝫ triſticia cuilibet delecta
tioni cōtrariat̄.Et ſi dicas ꝙ vehemens triſticia coꝛ
rūpit omnē delectationē/nō ſolū cōtrariam : ſꝫ etiā
contingentē concedo.triſticia em̄ rapit cogitationē
eius ꝗ̄ triſtatur ad conſiderationē maloꝝ ꝓpt ꝗ̄ tri=
ſtatur.⁊ ꝗ̄to eſt maioꝛ:tāto magis rapit.⁊ ꝗ̄to ma=
gis rapit:tanto magis reuocat eam ab illis rebus
circa quas erat delectatio.et ideo pōt triſtitia eſſe
tam intenſa ⁊ tā vehemēs vt totaliter abſtrahat mē
tem a conſideratione taliū rerū.⁊ per ꝯñs ꝙ nulla
erit delectatio:q̄re poſſibile eſt ꝙ foꝛtis in actu ſuſti
nendi tanta triſticia obruatur ꝙ ꝓ tunc nulla erit ī
eo actualiter delectatio neqꝫ hoc negatum eſt.

Duplex vis flagelli.

¶ Ad ſeptimā dico/ꝙ per vim flagelli duo poſſum⁹
intelligere.Uno mō ſenſū ipſius flagelli. Aliomodo
diſtractionē ab opere v̄tutis.ꝯcedo ergo ꝙ cōſidera
tio pꝛemii diminuit vim flagelli ſcd̄o modo.i.cōſide
ratio pꝛemii facit ne flagellum vel ſenſus eius tātā
vim ⁊ efficaciā habeat in diſtrahendo ab ope virtu
tis quantā haberet ſi nō eſſet hm̄ōi cōſideratio ꝑmii
non opꝫ tn̄ ꝙ diminuit vim flagelli.i.ſenſū et doloꝛē

Albert⁹ magnus

Et hoc dictum eſt ſecūdū opinionem.Alberti conce=
do tamen ꝙ pōt eē tanta et tā vehemens conſidera=
tio pꝛemii ꝙ etiam ſenſus flagelli diminuit̄.ꝙ ſi eēt
tam vehemens conſideratio pꝛemii ꝙ homo ī hm̄ōi
conſideratione ⁊ amoꝛe raperet̄ in extaſim.tunc au
ferretur ſenſus flagelli.Sed an hoc ſit per naturam
poſſibile/alias dicet̄.Et ideo cōcedo ꝙ in aliquo ca
ſu poſſibile eſt aut per naturam aut per potentiam
diuinam ꝙ foꝛtis in actu foꝛtitudinis non triſtetur.
Et ſi dicas ſenſus flagelli eſt diminuibilis naturali
ter per conſiderationem pꝛemii,ergo ⁊ natural'r ex
toto auferibilis.nego cōſequentiā ꝗcquid ſit de ꝯñte
quia cōſideratio pꝛemii licet poſſit ſemꝑ augeri ;nō
tn̄ ſemper pōt duplari.¶ Ad octauā cōcedo cōſeq̄ns
et hoc habet exp̄ſſe Ar̄.cum ait. Milites autē nichil
foꝛſitan ꝓhibet nō tales eſſe optimos.ſed eos qui mi
nus quidē foꝛtes/aliud autē bonū nullum habentes
Et rōnem aſſignat/paratim ꝗdē em̄ iſti ad ꝑicula ;et
vitam ad parua lucra ꝑmutāt.Ad hoc em̄ ꝙ aliq̄s ſit
bonus miles nō ſufficit foꝛtitudo v̄tus.ſed requirit̄
robur coꝛpoꝛis/induſtria militaris/⁊ ꝗdam cōtēpt⁹
vite.Et hoc patet exemplo Antigonis emilitani;qui
dū aduerſa valitudine laboꝛabat audacioꝛ erat cu
ratus vero timidioꝛ.et ideo cum hic Antigon a rege
fuiſſet interrogatus cur bone valitudini reſtitutus
non amplius impetu ac ardoꝛe animi in certamine
pericula aggrediebatur.O rex)inquit)tu me minus
audacem effeciſti ꝙ hiis malis liberum reddidiſti:
quibus a me vita contēptui habebatur.Preceperat
enim rex medicis ſuis vt ſi qua eſſent remedia eum
curarent.hec Plutarchus in pelopide vita. pꝛobat̄
etiam auctoꝛitate cathonis ſenioꝛis:qui)vt vult idē
Plutarchus)dicere ſolebat ad virū ſtrennuū mul=
tum differre v̄tutem dignum exiſtimare et non mul
ti faciēdā vitam putare.Ex his apparet quid ſit di
cendum.¶ Contra tertium coꝛrelariū et xv. cōcluſio.
nem arguitur ſic.Aut hm̄ōi paſſiōes ſūt ſimpliciter
volite/aut ſimpl'r nolite.Si ſimpliciter volite.ģ nec
ſenſus nec intellectus triſtatur in eis ſuſtinendis.
Si ſimpliciter nolite:ģ non delectatur foꝛtis in eq̄=
nimi earū tollerātia,cōſeq̄ntia tꝫ.Tū ꝑmo qꝛ ſi hm̄ōi
paſſiones ſint nolite eq̄nimis eoꝛum tollerantia eſt
nolita.et ſi equanimis tollerantia eaꝝ eſt volita hu=
iuſmodi paſſiones ſunt volite.quia ꝗcūqꝫ vult añs
vult ꝯñs ſcitū eē cōſequēs.⁊ ꝗcūqꝫ nolitionē hꝫ circa
cōſequens hꝫ nolitionē circa añs ſcitū eē añs.Scd̄o
vir foꝛtis appꝛehendit opus ſuū eē bonum ⁊ hone=
ſtum.et vult ipſum eē bonū et honeſtū.ergo delectat̄
in hm̄ōi ope ſuo:ſaltē ſcꝫ intellectum.Tertio.Si vir
foꝛtis non delectaretur ſed triſtaretur in huiuſmōi
paſſionibus:ipſe deſereret opus foꝛtitudinis/et fu=
geret ſi poſſit:ſed non fugit nec deſerit opus foꝛti=
tudinis:ergo delectatur et non triſtatur.¶ Quarto
ſenſus nō delectatur in hm̄ōi tollerātia eq̄nimi terri
bilium:ergo nec intellectus nec volūtas ipi⁹ foꝛtis ī
eadem delectantur.cōſequētia tꝫ quia in v̄tuoſo oīa
conſonant:ſcilꝫ volūtas rōni et ſenſus vtriqꝫ.¶ Ad
pꝛimam dico ꝙ aliq̄d dicitur ſimpl'r volitum dupli
citer.vno modo quia circa illud habetur volitio a=
ctualis ⁊ abſoluta et non conditionata.Alio modo
quia eo ſolo ꝑñtato etiam ſine his que circunſtant
habetur circa ipſum volitio.Tunc dico ꝙ ꝑmo mō
hm̄ōi paſſiones ſūt ſimpl'r nolite.qꝛ vir foꝛtis ſer=
uato foꝛtitudinis actu nititur(ꝗ̄tum poteſt)vt non
inſint.Secūdo mō etiā dico ꝙ ſunt ſimpl'r nolite.q̄a
ſi ꝑñtarētur et per ſe nūꝗ̄ eſſent volite.ſed ſi aliquo
modo dicantur volite hoc eſt ratiōe aliquarum cir=
cunſtantiarum:qꝛ ſcilꝫ in hac conditione aliquādo
vir foꝛtis eſt poſitus vt neceſſe ſit eum iſtas paſſio=
nes ſuſtinere vel opus virtutis deſerere.Et ita ſi ſūt
volite:non dicuntur volite niſi ex circūſtantia. quia
enim vir foꝛtis magis diligit opus virtutis ꝗ̄ fugā
paſſionum/et minus odit paſſiones ꝗ̄ ceſſationem
ab opere foꝛtitudinis.Ideo dico ꝙ huiuſmodi paſ=
ſiones et tollerantia eſt ſufficienter nolita ad hoc ꝙ
vir foꝛtis de ea triſtetur imo nulla rō efficax appa=
ret michi ad pꝛobādū ꝙ hm̄ōi paſſiones ſint volite.
Et ſi dicas ꝙ vir foꝛtis magis vult paſſiones ꝗ̄ de=
ſerere opus virtutis:ergo viro foꝛti huiuſmodi paſ
ſiones ſunt volite.Reſpondetur negando añs ꝓpꝛe
loquendo.q̄a vir foꝛtis nec hoc nec illud vult ſeu dū
concedo ꝙ vir foꝛtis minus odit paſſiones ꝗ̄ deſer
tionē opis v̄tuoſi.vtrūqꝫ em̄ odit:⁊ illud min⁹ ꝗ̄ illō
ꝙ ſi concedatur ꝙ vir foꝛtis vult hm̄ōi paſſiones vo
litione abſoluta ⁊ etiā tollerantiā earum.dico tn̄ ꝙ
circa eas habet nolitionē cōditionatā hanc/nollem
pati ſi non patiendo nō deſererē opus foꝛtitudinis
et hec nolitio conditionata ſufficit ad triſticiā.Et cū
dicitur:ſi ſimpliciter nolite:ergo nō delectat̄ foꝛtis
in equanimi tollerātia:negat̄ cōſequētia.Et ad ꝓba
tionem nego aſſūptū.⁊ dico ꝙ illa ꝓpō ḡnalis pati
tur plures inſtantias.Quarū pꝛima eſt. q̄n volitio
añtis eſt cauſata a nolitione alicuius alterius cum ꝯ̄s
diſiūctim ad añs ipꝫ cōſequēs natū eſt eē cā.vbi grā
cōſequentia eſt iſta.ꝓiicio merces in mari ꝓpter tem
peſtatem ergo tempeſtas eſt.ꝓiicere merces ⁊c.eſt
añs tēpeſtatem eē eſt cōſeq̄ns ⁊ hoc cōſeq̄ns ſcꝫ tēpe=
ſtatē eē/ſaltem in certo gradu vehemētie natum eſſe
cauſa duoꝝ diſiunctim ſcꝫ vel ꝓiectionis vel pericli=
tationis vite.videtur em̄ pꝛudens et nauigationis
peritus qui ſcit ꝙ oꝛta tempeſtate in certa vehemen
tia neceē eſt aut merces eiici aut cū mercibus perire.
Et pꝛeterea nolitio ꝗ̄ nolo ꝑire cū mercibus eſt cau=
ſa ꝙ velim ꝓiicere merces in mare.Sequit̄ em̄ neceē ē
ꝓpter tēpeſtatem aut ꝓiicere merces in mare aut ꝑi
re cum mercibus:ſed nolo ꝑire cū mercibus:ģ volo
ꝓiicere merces in mare.Similiter peccatū natum ē
eē cauſa penitentie vel ꝑpetue pene.⁊ nolitio ꝑpetue
pene in peccante eſt cauſa penitētie.ideo ex volitiōe
penitētie nō pōt inferri volitio peccati.Simil'r paſ=

ſiones in exiſtes ſunt cauſa fortis tollerātie vel deſer tionis opis fortitudinis. ⁊ nolitio hmōi deſertiōis in eo cui inferuntur hmōi paſſiones eſt cauſa volitio nis fortes tollerantie: ideo non ſequitur: volo ferre fortiter hmōi paſſiones, ergo volo hmōi paſſiones

Nota

Et ꝙ ita ſit patet. nā licet non ſequatur: volo penite re peccati preteriti, ergo volo peccatum preteritum tamen bene ſequitur: volo penitere peccati futuri, ergo volo peccatū futurū. qꝛ cū pctm̄ futurum eſſe cauſaꝫ penitentie non ſit poſſibile: ideo ſi nunc ante pecca tum velim penitentiā volitione abſoluta neceſſe eſt ꝙ velim peccatū. Si q̄ras ergo: qui actus volūtatis habeāt circa hmōi paſſiōes: dico ꝙ habetur nolitio circa eas et non volitio: niſi eo mō quo habetur cir ca ea que per nos euitari nō poſſūt, ⁊ tamen ſūt no bis moleſta vel nociua. Circa tollerantiam paſſio num dico ꝙ in abſentia paſſionum habetur nolitio abſoluta et volitio conditiōata. Fortis enim ſimpli citer odit percuſſiones ⁊ vulnera. Si tamen contige rint vult eas pro ſalute reipu. ferre. In preſentia ve ro paſſionum habet volitionē actualē circa eas ⁊ cō ditionatā nolitionē. cū enim forti inſunt paſſiones: vult abſolute eas ferre quia alias fugeret. Sed cir ca equanimitatem tellerantiaꝫ dico ſimilr̄ ꝙ in ab ſentia paſſionū fortis vult eā cōditionaliter. In pñ tia vero fortis vult eā abſolute ⁊ actualiter. qꝛ licet nollet paſſiones ineſſe: vult tamē ꝙ tollerātia circa eas ſit equanimis, et fortis, et recte rōni cōſentanea Et ſi dicas bene ſequit: fortis tollerat equanimiter paſſiones vulnerū, ergo forti inſūt hmōi paſſiōes. ſꝫ pñs eſt nolitum, ergo et añs. Rñdeo negando pñtiaꝫ qꝛ volitio añtis cauſat ex nolitione alicuius quod diſiunctim ad ipm̄ añs ſequitur ex poſitione pñtis. Nam ſi forti inſunt hmōi paſſiōes necē eſt vt eas for titer tolleret vel deſerat opus fortitudinis. ſed de ſertio operis fortitudinis eſt ſimplicit ab eo nolita. Ideo tollerantia hmōi eſt ab eo volita. ⁊ cauſat hec volitio a noticia huius fortis cui inſunt paſſiones necē habet vel tollerare eas vel op⁹ fortitudinis de ſerere, ⁊ nolitione huius quod eſt deſerere opus for titudinis. Et ſi queras vtrum in forti actus nolendi aliquando cadat ſuper ipſa equanimitate: Reſpon detur ꝙ non. nemo enim xtuoſus eſt qui odio habe at equanimitatē. cū in ipſa eq̄nimitate nulla videat ratio mali incluſa immo dico ꝙ quocienſcunqꝫ pñtat apprehendit a viro forti: ſiue ſperata, ſiue recorda ta, ſiue pñs ipſe vult eam. ¶ Ad ſecundam dico ꝙ p

Nota

opus fortis tria poſſūt intelligi. Unū ſenſus ictuū et percuſſionum. Scdm̄ eſt tollerantia earum. Ter tium eſt equanimitas tolerātie. Si intelligat terciū tunc concedo ꝙ in hmōi equanimitate non triſtatur ⁊ ꝙ ſi apprehendit eam: intellectus delectatur. Quis tamen poſſit eē tam vehemens paſſio ꝙ intellectus impediatur ne feratur ſuper hanc equanimitatem conſiderandam. Si intelligat tollerantiam ipſum que nominat pſeuerantiā in opere xtutis, nō obſtā tibus his grauiſſimis paſſionibus: ſic concedo etiaꝫ ꝙ niſi intellectus impediatur a ſenſu doloris conſi derare eam pōt delcāri in ea ratiōe tñ equanimitatꝫ vel volitiōis eq̄nimis: cui conformiter fit. Si intelli gatur primū: tunc dico ꝙ pprie loquendo fortis nō conſiderat illud eſſe bonū ⁊ honeſtum, et non appre hendit in eo niſi rōnem mali. Nec iſte ſenſus doloꝫ imperatur ab habitu fortitudinis: ſed tollerantia huiuſmodi ſenſus vel doloris ꝙ ſi aliqua dicta ſint q̄ videantur diſcrepare ab his: exponēda ſunt cōfor miter ad hec. dico vlterius ꝙ fortis non vult hmōi ſenſū doloris: licet velit equanimā tollerantiā p tpe pro quo ineſt dolor. ¶ Ad tertiam nego pñam. quia licet nolit hmōi paſſiones: ipſe tamē vult earū eq̄ni me tollerantiā. ideo non fugit: ¶ Ad quartam con cedo añs, ⁊ nego pñam. ⁊ ad pbationē dico ꝙ in vir tuoſo omnia conſonant rōni conſonātis perſecutio nis et fuge. quia quicquid intellectus dictat eē pſe quendum, hoc ⁊ voluntas ⁊ ſenſus pſequi debent, ⁊ ſimiliter de fuga ſed nō opꝫ ꝙ ſit conſonātia ſm̄ de lectationē et triſticiā. qꝛ non oīa q̄ ſūt cōſona vni ſūt pſona alteri nec oīa apprehēſa ab itellectu ſūt ap prehenſa a ſenſu nec ſecundum omnem rōnē ſm̄ quā aliquid apprehenditur ab vno apprehēdit ab alio Ad rōnem añ opp. pꝫ ſolutio ex dictis.

Conſequēter querendū eſt de vi ciis oppoſitis fortitudini: ideo querit de cimo. Utrum timor ſit viciū oppoſitū forti tudinis? Arguitur ꝙ non. timor eſt paſſio, ergo non eſt viciū oppoſitū fortitudini. pñtia tꝫ qꝛ nulla paſ ſio eſt viciū. qđ pbatur ſic. ſm̄ quodlibꝫ viciū vitupa mur: ſcdm̄ nullā paſſionē vitupamur: ergo nulla paſ ſio eſt viciū ¶ In oppoſitū arguit auctoritate. ar. 3. ethicoꝝ ponētis timorem inter vicia oppoſita for titudini. ¶ Notandum eſt ꝙ timor accipitur dupl'r: Uno gñaliter pro omni triſticia cāta ex apprehēſio ne alicuius mali de ppe futuri. Scdo modo accipit timor pro triſticia cauſata ex apprehenſione terri bilium maloꝝ belli de ppe futuroꝝ. primo modo eſt cōmune multis q̄ nō pertinent ad fortitudinē. Scdo modo videtur pprie repiri in materia fortitudinis. Scdo mō adhuc accipit tripl'r. vno mō p triſticia illa ſm̄ ꝙ eſt natural'r cāta ab apprehēſiōe obie cti in potētia vel ſenſitiua vel volitiua. Scdo modo accipitur p hmōi triſticia ſiue inclinet efficaciter ꝫ iudiciū rōnis ſiue non. Tertio mō pro hmōi triſticia efficaciter inclināte contra iudiciū rōnis puta incli nante ad fugam et deſerendū defenſionem reipu. p tempore pro quo recta rō dictat non eſſe fugiendū: ſed rempu. eſſe defendendā. Iſto autem tertio modo adhuc accipitur dupl'r: vno modo ſtrictiſſime p tri ſticia inclinante ad ſuphabūdandū in timendo. i. in fugiendo terribilia. Alio mō cōiter p triſticia ſiue i clināte ad ſupabūdāter fugiēdū terribilia ſiue incli nāte ad min⁹ audendū q̄ opꝫ. ⁊ iſta triſticia proprie dicitur. vecordia pma aūt appropriato nōie dr̄ tiōr ¶ Tūc ſit pma pclo. Nō oīs timor pmomō accept⁹ eſt viciū oppoſitū fortitudini. pbatur qꝛ aliquis ti mor eſt bonus: vt patet de timore quo timem⁹ cum q̄ pōt mittere aīam in gehennā ignis. De timore etiaꝫ quo timemus irā vel inimiciciā diuinam. Secundo quia etiam aliquis timor malus eſt q̄ nō opponitur fortitudini ſꝫ auaricie. vt timor ille īmoderat⁹ quo auarus timet pditionē theſauri ſui. ⁊ timor quo ira tus timet ne nō poſſet vlciſci puipendentem. vel q̄ in uidus timet ne nocere nō poſſit. tertio pbatur p illō pphē. Timor dñi ſanctus pmanet. Tum etiam per illud apl̄i. Serui obedite dñis carnalibus cum timo re et tremore. Scda cōclo: nō oīs timor ſcdomō acce ptus eſt pctm̄. pbatur qꝛ ſunt aliq̄ terribilia que oꝫ timere. ſicut illud quod Ar. dicit eē ſuper hominem et eſſe terribile cuilibet homini intellectum habenti Scdo quia non oīs talis timor inclinat efficaciter cōtra iudicium recte rōnis: ergo nō omnis talis eſt peccatum. ¶ Tertia concluſio. Timor pro tpe illo p quo naturaliter cauſat ex apprehenſione obiecti nō eſt peccatū. pbat qꝛ talis timor eſt naturaliter cau ſatus: ⁊ nō libere elicitus vel impatus vel pmiſſus ſꝫ omne peccatū eſt liberte elicitum vel impatum vel p miſſum. ergo talis timor non eſt pctm̄. Secūdo pba tur rōe adducta añ oppm̄. qꝛ timor hoc mō eſt paſſio illa ſecūdū quā dicit Ar. nos neqꝫ laudari neqꝫ vi

Argumē tum tho. ſcda ſcde qſti. 125. art. 1. 2. ⁊

A

Acceptio ones ti moris.

Nō oīs tiōr pctm̄

modo ſecundũ opinionẽ illã que ponit ꝙ nõ appetit⁹
ſenſitiuus ſed tm̃ rationalis habet mouere vires exe=
Nota o= cutiuss. Secundũ enim hanc opinionẽ conceditur ma
pinionẽ. ioꝛ et negatur minoꝛ. et tunc dico ꝙ nunꝙ̃ timoꝛ incli=
nat efficaciter niſi ita mouerit voluntatẽ vt ipſa poten=
tiis executiuis īperet opus ad quod inclinat timoꝛ pu
ta fugam vel aliquid hmõi. ⁊ ad ꝓbationẽ dicit ꝙ pro=
pter vehemẽtiã impulſiõis facit tam ſubitã et foꝛtẽ im=
Alia opi preſſionẽ in voluntate ꝙ nõ expectat: deliberationẽ ra
nio ſi te= tionis licet bene ſequat̃ appꝛ̃heſionẽ ĩtellectus. Eſt aũt
net phũs alia opinio que dicit ꝙ appetitus ſenſitiu⁹/ ⁊ maxime
qñ nõ ꝯtrariat̃ appetit⁹ ĩtellectiu⁹: poteſt mouere potẽ
tias executiuas q̃d videt̃ innuere Ariſto. ſeptimo ethico
rum. cũ ait: foꝛte autẽ cõcupiſcẽtia in tiſtẽte: hec qui=
dem dicit fugere hoc/ ꝯcupiſcẽtia autẽ ducit. et ſequit̃
mouere enĩ põt vnãquãqꝫ ꝑticulaꝝ. ⁊ cõfoꝛmiter ad hoc
dicent̃ ꝙ actus ille q̃ fieret ꝑ quãdã ꝑmiſſionẽ volunta
tis cũ teneretur non ꝑmittere/ eſſet pctm̃ moꝛtale. et li=
cet voluñtas nõ cõſentiret foꝛmalit̃. ipſa tamen cenſent̃
interꝑ̃tatiue ſaltẽ ꝯſentire. ⁊ ita ſm̃ hanc opinionẽ ne=
gatur maioꝛ. Ad ſecundã patet quid ſit dicendũ addo
tamen ꝙ timoꝛ aliqñ eſt in ſenſualitate tm̃: aliquando
in voluñtate tm̃: aliqñ in vtroqꝫ. In ſenſualitate tm̃: vt in
eo qui ad ſenſualẽ appꝛ̃henſionẽ terribiliũ ſtatim cõcu
titur timoꝛe. qui tamẽ timoꝛ etiã ſtatim cohibet̃ ꝑ iudi
cium ratiõis ⁊ īperiũ voluntatis. in voluñtate tantum vt
frequẽter cõtingit in eo q̃ habet habitũ audacie vel ad
eam inclinat̃ per aliquas qualitates coꝛꝑales. quia ta
men recta ratio dictat ſibi pꝛo tunc eſſe aliqua terribi
lia fugiẽda: eius voluntas obſequit̃ et impat fugã. In
vtroqꝫ. vt cum et ſenſu et ĩtellectu appꝛ̃hẽdunt̃ huiuſmo
di terribilia adeo vt triſticia in vtroqꝫ appetitu cauſet̃.
Ad tertiã dico ꝙ timoꝛ efficaciter cõtra iudiciũ recte ra
tionis inclinans totaliter auertit adeo. et ad auctoꝛita
tem dico ꝙ gloſa illa loquit̃ de timoꝛe pꝛo tẽpoꝛe quo
naturaliter cauſatur et non libere impatur vel ꝑmittit̃
Nam ſi eſt libere impatus: coꝛ terretur foꝛmaliter. ſi
autem eſt libere ꝑmiſſus: coꝛ terretur ſaltem interꝑ̃ta=
Tho. vbi tiue. Et cum dicis ꝙ talis reparari poteſt/ cõcedo. ſed
ſupꝛa. vt vult. Thomas: hoc non ĩpedit quin ſit peccatũ moꝛ=
tale. cum nõ om̃is peccans moꝛtaliter ſit obſtinatus.
imo multi reuocãtur exhoꝛtatiõibus a ꝯcupiſcẽtia ſua
¶ Contra ſeptimã cõcluſionẽ. arguit̃ ſic. Timoꝛ ille nõ
eſt actus bonus/ nec eſt peccatũ veniale: ergo eſt pecca=
tum moꝛtale. Pꝛima pars añcedentis patet q꞉ tũc no
litio qua quis nollet ingredi religione cõtra dictamen
recte ratiõis dictamẽtis ſibi religionẽ eſſe melioꝛẽ ꝙ̃ vi
tam ſecularẽ/ eſſet bona moꝛaliter: et in habente cari=
tatem eſſet meritoꝛia vite eterne. quod videtur falſum.
Tum q꞉ ꝯtraria volitio. eſſet bona ⁊ meritoꝛia vite eter
ne. et ne fingant̃ euaſiones. aut varie cauſe quas iſte po
teſt habere ne ingrediatur religionẽ volo ꝙ recta ratio
dictet iſti ꝙ licet non teneatur ad religionis ingreſſũ.
tamen oĩbus penſatis eſt ſimplicit̃ ſibi melius ingre=
di religionẽ: ⁊ ꝙ voluntas ex mera libertate ſua nolit
ſequi illud quod a ratiõe iudicat̃ melius. Secunda ps
ꝓbatur: q꞉ tunc quilibet potens ſequi id quod a recta
ratione iudicat̃ melius/ nõ ſequendo illud cõtinue pec=
caret venialiter. q̃d videtur duꝝ. eſſet tamẽ durius di=
cere ꝙ peccaret moꝛtaliter. Sed hoc argumentũ factũ
eſt pꝛincipaliter vt videat̃ an ille actus nolẽdi ſit bon⁹
vel malus. ¶ Ad hanc rationẽ dico ꝙ timoꝛ ille aliquã
Nota. do eſt actus bonus: aliqñ eſt peccatũ veniale et aliquan
do eſt peccatũ moꝛtale. Nã ſi nullã aliam malã circũſtã
tiam habeat ab illa de qua eſt queſtio/ et habeat alias
bonas requiſitas ad bonũ actum: dico ꝙ eſt actus bo=
nus: et poteſt eſſe vite eterne meritoꝛius. Si autẽ habe
at aliquã circũſtantiã malã venialiter tunc eſt peccatũ
veniale. Si habeat circũſtantiã malam moꝛtaliter: pu
ta inoꝛdinatũ amoꝛẽ diuitiaꝝ ſiue voluptatum tunc eſt
peccatum moꝛtale. Sed dico ꝙ non habet actus ille ꝙ
ſit peccatũ moꝛtale vel veniale/ ꝙ ſit cõtra rectam ratio
nem dictantẽ de melioꝛi bono. Si dicas dictet recta ra
tio ꝙ melius eſt ingredi religionẽ/ ⁊ voluntas ſine quo
cunqꝫ illectiuo in oppoſitũ nolit: iſta nolitio nõ videtur
bona. Dico ꝙ ſi iſta nolitio non fiat ꝓpter debitum fi=
nem. nec actualiter nec habitualiter: ipſa non eſt bona
ſed mala nõ q꞉ ſit contra hmõi rectã rationẽ: ſed pro=
pter carentiã circũſtantie finis que carẽtia ſufficit ad
hoc ꝙ actus ſit malus. Si autem habeat actualiter cir
cunſtantiã boni finis ſufficiẽtis cum ceteris bonis cir=
cunſtãtiis/ ad bonitatẽ actus: tunc dico ꝙ actus ille eſt
bonus moꝛaliter: et maxime ſi nullã malã circunſtãtiã
habeat. ꝙ ſi non habeat circũſtantiã finis debiti actua
liter habeat tamẽ habitualiter: tunc reſpõſio depẽdet
ex illa queſtione vtrũ ad bonitatẽ moꝛalẽ actus ex par
te finis ſufficiat habitualis relatio ĩ finẽ de quo alias
videbitur. ¶ Cõtra nonã concluſionẽ arguit̃ ſic. Opa=
tiones que per timoꝛẽ fiunt ſunt ꝑtim inuoluntarie. ergo
timoꝛ diminuit maliciã hmõi operationũ. cõſequentia
tenet q꞉ inuoluntariũ diminuit de malicia opatiõis. Et
añs ꝓbatur ꝑ Ariſ. in pꝛincipio tertii dicentẽ ꝙ opera=
tiones que ſunt ex timoꝛe mixte ſunt ex volũtario ⁊ inuo
luntario. ¶ Ad hanc rationẽ rñdetur ꝙ hec difficultas
magis videnť vocalis ꝙ̃ realis. Aliquid enĩ dicitur ex=
cuſare a peccato dupliciter. Uno mõ q꞉ eo poſito pecca
tum eſt minus ꝙ̃ fuiſſet ſi non fuiſſet poſitum. Et in hoc
ſenſu non eſt concedendum ꝙ timoꝛ excuſet a peccato.
Tum quia poſſibile eſt ꝙ hoc nõ poſito peccatum il=
lud non fuiſſet ſicut in eo qui iuſſus a tiranno ſub con=
ditione moꝛtis: patrẽ occidit. Ille enĩ timoꝛ nõ excuſat
a peccato ꝓpꝛie loquẽdo. q꞉ ſi nõ fuiſſet: nõ fuiſſet illud
peccatũ. Tum ſecũdo/ q꞉ etiã poſſibile eſt ꝙ illo remo=
to fuiſſet factũ peccatũ illud vel ſimile ꝓpter cauſam ex
cuſantẽ magis: et minus voluntariũ. vt cum timoꝛe per
ditionis bonoꝝ tẽpoꝛaliũ iudex iniuſte iudicat: poſſibi
le eſt enĩ ꝙ ſi non ĩteruenĩſſet iſte timoꝛ: ĩteruenĩſſet ali=
us maioꝛ. puta timoꝛ vite. Scđo mõ poteſt intelligi ſic
ꝙ peccatũ illud factũ ꝓpter timoꝛẽ etiam ĩoꝛdinatũ eſt
minus malũ et minus imputabile ad penã ꝙ̃ ſi fuiſſet
factũ ꝓpter aliquod illectiuũ magis malum et magis
voluntariũ. puta ꝓpter vindictã aut pꝛopter odiũ. aut
ꝓpter auariciã. et tunc cõcedo cõfoꝛmiter ad nonã con
cluſionẽ. Tertio mõ poteſt intelligi ꝙ excuſat a peccato
q꞉ ſi non ĩteruenĩret ille timoꝛ et nullum illectiuũ loco
eius poneretur ſed actus ille fieret ex mera libertate vo
luntatis: actus eſſet ad maioꝛẽ penã imputabilis ꝙ̃ cũ
ſit timoꝛe ĩteruenĩente. Et q̃tum ad iſtum intellectũ di=
uerſimode dicenđ. eſſet ſcđm diuerſas opiniones: ſicut
tactum eſt in fine vltime ꝯcluſionis. dicerẽt enim multi
ꝙ caſus eſt ĩpoſſibilis q꞉ ſcđm eos impoſſibile eſt ꝙ vo
luntas moueatur in malũ ſine aliquo illectiuo. neqꝫ ti
moꝛ ille oppoſitus foꝛtitudini habet tantũ de inuolũ=
tario quãtũ timoꝛ ille de quo loquit̃. Ariſ. ĩ tertio ethi=
coꝛum in pꝛincipio q꞉ iſte qui in hoc timoꝛe bellico con
ſtitutus/ licet habeat appꝛ̃henſionẽ multoꝝ et magnoꝝ
terribiliũ: nõ tamẽ neceſſitat̃ ad actũ malũ vel ad moꝛ
tem aut aliud incõmodũ ſubeundũ q꞉ in illo qui timet
timoꝛe violẽto non põt eſſe ꝯpugnatio. in eo vero qui ti
met timoꝛe bellico poteſt eſſe cõtrapugnatio: in qua et
elucet opus foꝛtitudinis et eripimur a moꝛte et a peri
culis que eminebãt in appꝛ̃henſiõe illoꝝ terribilium. Et
ꝙ ariſtoteles loquat̃ de timoꝛe illaꝝ reꝝ in quib⁹ non
cadit cõtrapugnatio pꝫ ex textu. Quecũqꝫ igitur/ in=
quit/ ꝓpter timoꝛẽ maloꝝ operata ſunt vel ꝓpter bo=
num aliqđ: puta ſi tirãnus pcipiat tpe opari dñs exi=
ſtens parentũ et natoꝝ ⁊ faciente quidẽ ſaluabunt̃ nõ
faciẽte autẽ moꝛiẽt̃. Dubitationẽ habet vtrũ inuolũtaria

ſint an inuoluntaria. ⁊ poſito exẽplo de iactu bonorum tp̄e tẽpeſtatis ſubiungit. Mixte quidẽ igit̃ ſunt hmõi op̄ationes: aſſimulant̃ autẽ magis volũtariis. ecce ſm̄ exẽpla ſua. Ar̄. loquit̃ qñ alterũ neceſſariũ eſt ſcilꝫ vel ſubire incõmodũ vel tp̄e aliquod facere. hic autẽ nec neceſſe eſt fugere, nec neceſſe eſt mori. ſed opus fortitudinis inter hec eſt mediũ q̄ euitatur fuga: ⁊ ſp̄amus nõ ſolum euitare mortẽ imo etiã aſſeq̄ victoriã. ¶ Ad rationẽ ante oppoſitũ dico ꝙ ſi accipiat̃ paſſio pro actu appetitus ſenſitiui vel itellectiui qui nec bon⁹ eſt nec malus moraliter, ⁊ de quo nec laudamur nec vituꝑamur: tũc paſſio dicitur tm̃ de primis motibus pro tp̄e pro quo ſunt primi motus: pro quo etiã nec ſunt libere eliciti, nec libere impati, nec ꝑmiſſi et tunc argumẽtũ eſt ꝓ tertia ꝯcluſione. qꝛ hoc mõ timor nõ eſt viciũ oppoſitũ fortitudini. Si autẽ accipiat̃ paſſio generalit̃ pro omni actu appetitus ſenſitiui vel etiã itellectiui: quõ Ar̄. videtur accipere multis locis: ⁊ ſignant̃ vbi dicit, amorẽ odium, iram, ⁊ alia hmõi eſſe paſſiões. ¶ Tunc dico ꝙ paſſionum alique ſunt bone: alique ſunt male: alique nec bone nec male.

Qui mõ timor oppõitur fortitudini et qui modo nõ

Queritur vndecimo. Utrum intimiditas ſit peccatũ fortitudini oppoſitũ?

¶ Arguit̃ ꝙ non. Nam omne viciũ fortitudini oppoſitũ impedit aliqñ opus fortitudinis. ſed intimiditas nunq̄ impedit opus fortitudinis. ergo itimiditas non eſt viciũ fortitudini oppoſitum. minor ꝓbatur qꝛ impauidus fortiter ſuſtinet, et audacter aggreditur. ¶ Incõtrarium eſt Ar̄. tertio ethicoꝝ vbi ponit impauiditatẽ fortitudini opponi. ¶ Notãdũ eſt ſcḋm Ar̄. fortitudo eſt circa terribilia ⁊ auſibilia. cõtigit autẽ circa terribilia ſupabũdare in timẽdo ea. et viciũ quo ſic ſupabundamus vocat̃ timor vel timiditas Cõtingit etiã deficere in timendo ea, et viciũ quo ita deficimus vocatur intimiditas, q̄d viciũ Ar̄. dicit eſſe ſupabundãtiã impauiditatis, et dicit ip̄m innoiatũ. neqꝫ in hoc ſibi cõtradicim⁹ qꝛ ſupabũdare in impauiditate eſt deficere in pauiditate. Sil'r circa auſibilia contingit ſupabundare ⁊ deficere. Supabũdantia aũt circa ea vocatur audacia. defectus vero circa ea vocat̃ vecordia: vel (vt vulgariter dicit̃) coardia. et qꝛ ois ſupabundãs in timẽdo deficit in audẽdo: inde eſt ꝙ Ar̄. dicit timidũ deficere in audendo: nõ qꝛ eadem ſit ratio malicie ſupabundare in timẽdo et deficere in audendo. ſed qꝛ cui cõuenit primũ: ei cõiter cõuenit ſcḋm. eo ꝙ (vt ſupra dictũ eſt) difficilius eſt inuadere hoſtẽ quã expectare inuadentẽ. ¶ Notandũ eſt p̄terea ꝙ terribilia apph̄enſa nata ſunt cauſare triſticiã. q̄ ſi imoderata eſt: ſtatim inclinat ad deſerendũ opus fortitudinis. et cum nõ pꝫ locus fuge: aliquãdo iſta ꝑturbat vt ⁊ vires et aĩm eneruet ac frangat. fortitudo vero cõtra hãc triſticiã habet ſtabilire animũ vt horũ apph̄enſiõe non moueatur illico ad fugã, nec ad deſerendũ opus fortitudinis: ſed moueat̃ ad inquirẽdũ vtrum ſuſtineri poſſint et quomodo et qualiter: ⁊ p̄terea vt ꝑſiſtat in eo q̄d a ratione dictatũ fuerint; ac diligẽter et viriliter illud exequat̃. Cõtingit autem aliquẽ taliter ſe habere vt ex apph̄enſione hmõi terribiliũ nihil aut parũ moueat̃ nec ſtudeat inquirere an ſubeunda ſint ⁊ quõ et qualit̃ ſed omnino intrepide ſine dictamie ratiõis ſe habere. et talis dicit̃ deficere in timendo. ſed in hoc ſũt plures gradus vnus eſt quo quis nihil omnino timet. ⁊ hoc nõ videt̃ poſſe ꝓuenire niſi ex inſania vel carẽtia ſenſus doloris. quẽadmodũ dicit Ar̄. de celtis. Erit autem vtiqꝫ (inquit) aliquis inſanus vel ſine ſenſu doloris ſi nichil timeat neqꝫ terre motũ, neqꝫ inundatiões: quemadmodum aiunt celtas. Neqꝫ (vt vult beatus Thomas) põt hec intimiditas ex hoc cõtingere ꝙ aliquis decidit totaliter ab amore ſui. qꝛ amor ſui eſt vnicuiqꝫ naturaliter inſitus. quod itelligendũ eſt niſi cauſe nuꝑ dicte ſcꝫ inſania ⁊ ſtupiditas ſiue carẽtia ſenſus doloris corrũperent in aliquẽ amorẽ ſui ipſius. Aliter dictũ Thome non mihi videtur verum. Alius gradus itimiditatis eſt cum quis timet quidẽ terribilia: ſed nõ tm̃ vt moueat̃ ad faciendũ ea ad que facienda fortitudo inclinat. Et hoc modo videt̃ hic accipi itimiditas qꝛ rariſſime alia reperit̃. hec autẽ itimiditas ꝯtingit aliquãdo ex cõtemptu mortis et exiguo amore vite ſue ſicut contingebat in antigone de quo ſupra allegatũ eſt qui dum aduerſa valitudine laborabat, vitam ſuam cõtẽpnebat ⁊ ita ſtrenue pugnabat ꝙ videbat̃ impauidus. Aliquãdo vero contingit ex eo ꝙ non eſtimat mala oppoſita hois que amat ſibi poſſe euenire. quod cõtingit aliqñ ex ſuperbia animi de ſe preſumẽtis et alios cõtẽpnẽtis. ſm̄ quod dicit̃ iob xli. factus eſt vt nullũ timeret. omẽ ſublime videlicet. Aliqñ vero ex defectu ratiõis, cum ea que multũ timẽda ſunt nõ iudicat eſſe tantũ timẽda. ¶ Notandum eſt p̄terea ꝙ vecordia dicit defectũ audiẽdi circa auſibilia, cum ſcꝫ quis ea nõ audet que in rei veritate ſunt auſibilia. Et talis dupliciter ſe habet circa ea. Uno mõ cum non cognoſcit ea eſſe auſibilia que in rei veritate ſunt auſibilia. Et hec vecordia ꝓuenit ex defectu ratiõis. Alio mõ cum ea iudicat eſſe auſibilia: et tñ nõ ſe habet audent̃ circa ea. Et hoc cõtingit nõ ex eo ꝙ parũ eſtimat de viribus ſuis ⁊ multũ de viribus hoſtiũ qꝛ tunc nõ iudicaret talia eſſe auſibilia. ſed aliqñ cõtingit ex nimio amore ſui. Aliqñ ex nimis vehemẽti cõſideratione bellicorũ ꝑiculoꝝ: ⁊ maxime eorum que quaſi fortuite in bello ꝯtingunt. Aliqñ ex impitia belli ꝙ aũt non cõtingat tantũ ex nimio amore ſui. patet: quia cõtingit aliquando duos equaliter amare ſe. ⁊ tamẽ vn⁹ erit vecors, et alius fortis vel audax. ergo vecordia non ſemper cauſatur ex nimio amore ſui tanq̄ ex cauſa totali. Audacia enim eſt qua quis ſupabundat in audẽdo. ¶ Qui autem inquit Ariſtoteles in audendo ſupabundat circa terribilia audax. Hec autem audacia ꝓuẽnit aut ex contẽptu vite ſue, aut ex nimia confidẽtia ſui, aut ex contẽptu aduerſariorum: aut ex ignorantia periculorũ aut ex inordinato amore aliquoꝝ cõmodorum que per audaciam audax ſe ſperat conſecuturum aut ex his omnibus: aut ex pluribus eorum ſimul: aut forte ex quibuſdã qualitatibus corporatibus ſine ratione ad hoc inclinantibus. aut ex habitibus etiam genitis ex actibus frequenter ſupabundãter audendi. ¶ Notandum eſt vlterius ꝙ ſicut dictum eſt de timore ꝙ multipliciter accipitur: ita ⁊ de itimiditate vecordia et audacia dici poteſt vno modo accipitur itimiditas pro omni imobilitate animi in apprehenſione terribilium malorum de ꝓpe futurorum ſiue ſit ſupabũdãs ſiue non. Secundo modo pro imobilitate animi circa terribilia belli. ꝙ ſi nomen imobilitatis videatur durius. Dicatur ꝙ accipitur pro carentia timoris in apprehenſione hmõi periculoꝝ. Poſſet primũ membrũ adhuc ſubdiſtingui. que diſtinctio patebit in concluſionibus. Scḋo autem modo accipitur tripliciter: vno modo pro carentia illa pro tẽpore illo pro quo timor oppoſitus aptus natus eſt naturaliter cauſari. Et ſic ꝓprie intimiditas eſt paſſio. Secundo modo accipitur pro huiuſmodi carentia ſiue inclinet efficaciter contra iudicium rationis ſiue non. Tertio modo pro hmõi carentia ⁊ defectu timoris inclinãte efficaciter contra iudicium rationis. Similiter poteſt vecordia accipi pro carentia vel defectu audendi reſpectu quorſicunqꝫ auſibilium. Secundo mõ reſpectu auſibiliũ bellicorum. Et hoc tripliciter. Uno mõ pro hmõi defectu ſecundum ꝙ natus eſt naturaliter cauſari. Scḋo mõ pro hmõi defectu ſiue inclinet efficaciter cõtra iudiciũ recte ratiõis

Nota

D Hoc intelligit de gallis cenonẽſib⁹ vel hiſpanis celtibus.

Tho. 2. 2. q̄ſtio 126. ar. 1

Nota

E

e

tupari. ¶ Quarta ↄcluſio. Non omnis timor libē
ꝑmiſſus vel Impatus eſt pctm̄. ꝓbatur q̄a aliquis eſt
timor qui nō inclinat efficaciter ↄ iudiciū recte rōis
ſicut timor ille qui erat in chriſto in orto/licet eēt ve
hemens: non tn̄ erat pctm̄. quia non inclinabat effi=
caciter cōtra iudiciū recte rōis. Ille etiā timor quo.
¶ Quintus Fabius timebat Hānibalē nō erat pctm̄
neq̧ ↄrius fortitudini: ſed potius opus fortitudinis
Et hec eſt intentio beati Thome ſecunda ſecunde. q.
cxxv. articulo primo. qn̄ (inquit) appetitus timendo
refugit id quod eſt ſcōm rōnem fugiendū: tūc appeti
tus non eſt inordinatus neq̧ peccatū. ¶ Quinta cō=
cluſio. Timor ↄ iudiciū recte rōnis efficaciter incli=
nans eſt vicium fortitudini oppoſitum ſiue accipia
tur timor vt dicit ſuperhabundantiam in metuendo
ſiue vt dicit defectum in audendo. probatur conclu=
ſio. Omne illud quo magis fugimus illud quod re=
cta ratio dictat a nobis eſſe minus fugiendum ⁊ mi
nus fugimus illud quod recta rō dictat eſſe magis
fugiendum/eſt peccatū. ſed timor eſt huiuſmodi igit̄
Maior eſt certa quia oīs actus hūanus qui eſt pec=
catum. peccatū dicitur ꝑpter inordinationem ad re
ctam rōnem. ⁊ minor ꝓbat̄: q̄a ꝑ timorē ego magis
fugio vulnera ⁊ mortē q̄ ꝑiclitationē regni vel fidei.
et tamen ſecūdum rectam rōnem ꝑiclitatio regni eſt
magis fugienda q̄ vulnera ⁊ mors. Secūdo qui ti=
more inordinato triſtat̄ in bello/ita vt fugiat ⁊ de=
ſerat defenſionem regni/inducit ceteros ad fugam.
Et cā eſt ꝙ regnum vel fides nō ſolum a ſe ſed etiam
a ceteris deſeratur igit̄ talis timor eſt pctm̄. Tertio
talis vel eſt obligatus ad defēſionē ciuitatis aut re=
gni vl̄ nō. Si nō tūc rctā ratio nō dictat ſibi ꝙ tenea
tur non deſerere defenſionē ciuitatis vel regni. Si
ſic: ergo per timorē infugit id qḋ ſm̄ rigorē iuſticie
debet. ꝗ peccat. ¶ Sexta concluſio hm̄ōi timor ē pec
catū mortale. ꝓbat̄ q̄a hm̄ōi timor eſt actꝰ quo ↄtra
iudiciū rōnis dictātis nos ad aliquid teneri ⁊ obli=
gari facimus. ergo hm̄ōi timor ē pctm̄ mortale. ↄña
tʒ q̄a oīs actus q̄ efficater mouemur cōtra ꝑceptum
diuinū eſt pctm̄ mortale. Eſt tn̄ aduertēdū ꝙ duplex
eſt recta rō. vna dictans nos ex iure diuino aut natu
re obligatos eſſe ad aliquid faciendū aut nō faciēdū
et de illa intellecta ē ↄcluſio ſexta ⁊ quīta. Alia eſt
recta rō dictans nō de obligatiōe opis/ſʒ de hōeſta=
te et condecētia ⁊ ꝑfectiōe opis. ſicut rctā rō dictās
honeſtū eē vouere paupertatē vel defendere fratrem
et regnū eius. et de iſta ponitur ſeptima concluſio.
¶ Timor inclinās efficaciter cōtra iudiciū rctē rōis
dictantis de honeſto vel meliori bono non eſt pctm̄
mortale. ꝓbatur. q̄a nullus obligatur ſub pena pec
cati mortalis. ex hoc ꝑciſe ꝙ ratio dictat eſſe ipſum
honeſtum vel melius vel condecentius. alias omnes
obligarentur ad cōſilia. igit̄. ⁊ huiꝰ opiniōis ē btūs
thomas ſcḋa ſcḋe ita dicens. Si eñ quis ꝑpt̄ tiōrē
mortis vel q̄ðcūq̧ aliud tꝑale malū/ſic diſpoſitꝰ eſt
vt faciat aliq̄d ꝓhibitū vel preter mittat aliquid qḋ
eſt preceptum in lege diuina: talis timor eſt peccatū
mortale. alioquin erit pctm̄ veniale. et in ſolutione
ad tertiū vbi rn̄det: ad gloſā ſuꝑ illḋ deuteronomii.
xx. quis eſt homo formidoloſus dicere nō poſſe quē=
q̄ ꝑfectionē ↄtemplationis vel militie ſpiritualis
accipere q̄ adhuc nudari terrenis opibus ꝑtimeſcit
Ita dicit thomas ꝙ gloſa illa loquitur de tiōre re=
uocante hominē a bono. quod nō ē de neceſſitate ꝑce
pti: ſed de ꝑfectiōe conſilii. tale aūt nō ē pctm̄ mor=
tale ſed q̄n̄q̧ veniale/q̄n̄q̧ ēt nō eſt pctm̄ vt cuʒ aliq̄s
habet rōnabilē cauſam timoris. ¶ Octaua cōcluſio
Timor ille de quo poſita eſt ſexta ↄcluſio opponit̄
fortitudini. ꝓbatur q̄a ꝑ fortitudinē ſubimꝰ ꝑicula

q̄ recta ratio dictat eē ſubeūda vbi. ⁊ qn̄. ⁊ grā cuius
opꝰ ſed per illū tiōrē nō ſubimus vbi ⁊ qn̄ ⁊c. ergo ti
mor ille opponit̄ fortitudini: ⁊ maxie ſi illo timore
q̄s fugiat ſubire ꝑicula q̄ timet ſuſtinere et pati du
ra vt vulnera ictus ⁊ mortē. ſi autem ideo fugeret ſu
bire pericula ne pecunias ꝑdēt dicentur magis aua
rus q̄ timidus. ei ʒ tamē tiōr oppoſitꝰ fortitudini ſʒ
gradū cōtinentie vel ꝑſeuerātie vt dictū ē prius. Si
vt concupita muliere frueretur) quēadmodū legitur
de achille magis diceretur intemꝑatus q̄ timidus
imo etiā timore quorumdam malorum etiam expo=
nimus nos aliquādo morti. ſicut catho timore ſerui
tutis ad ceſarē/ſe morti tradidit. ⁊ lucretia ſeipſam
interemit timore infamie: ne ſcilicet iudicaretur con
ſenſiſſe adultero. ſed de iſtis timoribus non hic loq̄=
mur. Sed hic oritur q̄ſtio. vtrum timor ſecundum id
preſciſe quod deficit a fortitudine et ſecluſa ratione
iniuſticie ſit peccatum: ſecluſo etiam hoc quod ē age
re contra ↄſcientiam. ⁊ videtur ꝙ nō. quia actus for
titudinis non videtur per ſe cadere ſub ꝑcepto: ſʒ tm̄
de ratione alicuius boni conſequēdi vel mali euitā=
di per eā cuius ↄſecutio vl̄ euitatio aut ſaltem cona
tus conſequendi vel euitandi cadit ſub precepto. ꝗ
ſecluſa omni ratione iniuſticie timor oppoſitus for
titudini non eſt peccatum. dictum eſt etia ſecluſo hoc
quod eſt agere contra conſcientiam quia ſi de facto
eſſet rectum dictamen actualiter de opere fortitudi
nis actus timoris eēt contra ↄſcientiam. et eſſet pec=
catum. *Et vt hoc ſit apertius: datur caſus. in quo in*
actu timoris nulla eſſet iniuſticia puta ſi paruā tur=
bam militum circundaret magnus. et pene innume=
rabilis exercitus armis/induſtria/et omnibus bel
licis inſtrumentis ſuperans: adeo ꝙ haberetur cer
titudo q̄ta naturaliter haberi poſſet ꝙ hec parua
multitudo diſcerpetur ab illo magno exercitu neq̧
poſſit pacta componis vllomodo obtinere. ſed cer
tum ſit eē coniuratum in necē eius ab hoſtibus tunc
hec parua multitudo decertat bello decertare: non
quia vllomodo ſperent victoriam/imo eam omnino
deſperent: ſed tantum vt cruentē victoriam eis relin
quāt. et ſupponit̄ etiam ꝙ nullomodo pateat eis lo
cus fuge/quēadmodum viſus eſt obſeruare catilina
cū militibus ſuis: cū fuerūt circūcluſi ab exercitu roᵐ
mano q̄s etiā catilina. incēdebat ad preliū: his vbis
Quod ſi (inquit) virtuti veſtre fortuna inuiderit ca=
uete ne multi animam amittatis: neu capti potius
ſicut pecora trucidemī quinquid virorum more pu=
gnantes cruentam atq̧ luctuoſam victoriam hoſti=
bus relinquatis. Nec volo dicere bellum illud cati=
line fuiſſe opus fortitudinis/quia in rem publicam
coniurauerat: ſed quia poſſibile eſt ꝙ aliqua parua
multitudo habens iuſtam cauſam belli fuerit omni
no circumuēta) et ita deſparauerit vt nullomodo pa
teat ſibi locus victorie/ſed tantum decertet ea cauſa
ne relinquat hoſtibus victoriam incruētam. aut for=
te quia iudicant melius vitam bellādo perdere quā
ꝙ capti inter ſupplicia. et varios cruciatus enecent̄
conſtat enim ꝙ aliquis in caſu predicto poteſt affici
tanto timore. vt non poſſit vel hoſtem inuadere. vel
ſe contra hoſtem defendere. Dico autem in tali caſu
ꝙ timor eſt vicium. Patet quia eſt defectus a forti=
tudine ergo eſt vicium/omnia enim inter q̄ mediat
fortitudo ſunt vicia. Tum ſecundo quia actus ille ti
moris non eſt bonus ergo vicioſus/et propter ipſū
debetur vituperium timenti: ſecundo dico ꝙ actus
ille non eſt peccatum mortale. patet quia nullus vi=
detur obligatus relinquere cruentam victoriam ho
ſtibus ſub pena dampnationis eterne in caſu predi
cto ſcilicet in caſu quo per ↄpugnātiam non poſſet

nō oīs a ctoris in iuſtus.

vel vitã vel patriã defẽdere: dico tertio ꝙ eſt pecca-
tum veniale: pꝫ qꝛ in ciuitatib⁹ in quib⁹ ſũt pene in
flicte timidis, ſi ille euaderet poſſet iuſte ⁊ rõnabilit̃
puniri pena legis. Nec mireris ꝙ cum caſu poſui ſi
euaderet quia poſſet eẽ ꝙ iaceret viuus inter cada-
uera mortuoꝝ. ⁊ hoc dico ſi conſtaret legitime de ti-
miditate ſua ⁊ ꝙ non latuerit inter cadauera mor-
tuoꝝ per induſtriã. ſcꝫ ad vitã ſaluãdã quod in caſu
predicto videt̃ ſibi licuiſſe licet enĩ vbi potuit per eũ
defendi reſpublica nõ licuit ſibi ſaluare vitã ceſſan
do a pugna: videtur tñ hec ſibi licuiſſe cũ tm̃ pugnat̃
cã hoſtiũ ledẽdoꝝ. Nona cõcluſio Timor fortitudini
oppoſitus non excuſat a peccato: probatur illud qđ
Arg. th. vbi supꝛ. ar. q̃rto. eſt peccatũ non excuſat a pctõ. ſed timor fortitudini
oppoſitus eſt peccatũ vt ꝓbatũ eſt ergo timor nõ ex
cuſat a peccato. Scđo ſi actus ille timendi excuſat
a peccato aut excuſat ſe a pctõ aut aliũ actũ. ſed nõ
excuſat ſe nec aliũ actũ igitur nõ excuſat minor pro
prima parte ꝓbatur qꝛ ſe excuſat ſe a pctõ tunc ipo
timore non poſito ipſe idẽ timor eſſet maius pctm̃
q̃ cũ ponitur, ſed hoc eſt falſũ imo ↄdictionẽ impli
cans Iſtã ſcꝫ ꝙ idẽ timor ſimul poneret̃ ⁊ nõ ponere
tur qꝛ ſi eẽt mai⁹ pctm̃ timore remoto, tũc qꝛ ẽ mai⁹
pctm̃ ponit̃ qꝛ vero remouet̃ non ponitur. Si dicas
ꝙ excuſat ab alio pctõ. Cõtra arguit̃. tũ primo quia
hic nõ eſt q̃ſtio de alio pctõ: ſed tm̃ de pctõ timidita
tis tũ ſcđo q̃a ſi etiã aliud peccatum puta iniuſticia
aliqua (ſit cõiunctum: tamen poſſibile eſt ꝙ de facto
nullũ ſit aliud coniũctum. ſicut patuit in caſu dubii
nupper adducti. tũ tertio qꝛ illud quod eſt tota cã in
iuſticie nõ excuſat peccatũ iniuſticie. ſed iſte timor eſt
tota cã iniuſticie ergo iſte timor non excuſat iniuſti-
ciã. Ego aũt cũ dico timorẽ eſſe totã cãꝫ intelligo de
cauſa impulſiua. qꝛ ſcio ꝙ volũtas timori ⁊ nõ rõni
cõſentiẽs eſt cã ꝑncipalis. Tertio remoto tĩore ⁊ nul
lo alio loco eius poſito, aut erit pctm̃ aut nõ. Si nõ
ergo timor nõ excuſat a peccato ſed facit peccatum
Si ſic aut erit maius. aut minus. Si minus habetur
intentũ. Nec potest dici ꝙ maius q̃a malicia aggre
gati ex timore ⁊ his q̃ remanẽt ſe habet ad maliciã
eorũ q̃ remanent ſicut totum ad partem. quia inclu
dit maliciã timoris ⁊ maliciã eorum q̃ remanẽt cum
per reſponſionem in his q̃ remanẽt timore, remoto
adhuc ſit malicia ergo aggregatũ illud eſt peius q̃
illud quod remanet ſecluſo timore. ¶ Decia ↄcl'o de
ſertio rei publice, vl' fidei, vel iuſticie ex tĩore pietl'oꝝ
facta nõ eſt tã mala q̃ mala eẽt ſi fieret ex cupiditate
pecuniarum vel ex libidine et intemꝑantia puta ſi
miles receptis ab hoſtibus muneribus fugeret vel ſi
deſereret pugnam ſpe potiendi muliere concupita.
patet quia iſta plus de voluntario habent: ⁊ minus
accedunt ad violentũ q̃ timor ergo ſequit̃ ꝙ faciũt
actũ deteriorẽ. Secundo, deſertio rei puplice propt̃
cauſas pertinet ad ꝓditionẽ: fugere aũt ꝓpt̃ timorẽ
non pertinet ad ꝓditionẽ. Tertio qꝛ amor vite ẽ ma
gis naturalis q̃ amor pecuniarũ aut voluptatum
ergo deordinatio circa amorẽ pecuniarum aut volu
ptatũ eſt deterior q̃ deordinatio circa amorem vite
qđ intelligo de deordinatiõe q̃ fit per ſuꝑabũdãtiaꝫ
amoris ſed timor iſte ꝓuenit ex hoc ꝙ aliq̃s ſuꝑabũ
dat in amando ſe ⁊ vitã ſuã. Alie aũt cupiditates ꝓ
ueniũt ex ſuꝑabũdantia amoris circa alia q̃ ſũt ſm̃
naturam minus amabilia. Quantũ ad nonam con
nota du. cluſionem aduerte ꝙ ipſa pẽdet ex aliis difficultati-
bus nam ſi poneretur ꝙ volũtas ex mera libertate
ſua ⁊ ſine quocũq; illectiuo nõ poſſet moueri contra
iudiciũ recte rationis: tunc ꝑdicta concluſio videtur
ſatis certa. Si autẽ dicat̃ ꝙ põt moueri ↄ iudicium
rationis ſine quocũq; illectiuo: tunc vel ↄſr dicitur
ꝙ peccatũ quo tũc peccat eſt grauius q̃ quodcũq;
aliud peccatũ quod haberet mediãte aliq̃ illectio cir
ca eandẽ materiã ⁊ cũ eiſdẽ circũſtantiis: hoc depto
Et tunc videretur dicẽdũ ꝙ nõ ſolũ timor: imo quod
libet illectiuũ diminueret peccatũ ⁊ in parte excuſa
ret a peccato ſed alia plus et alia minus. ſi autem
diceretur ꝙ illud pctm̃ nõ eẽt grau⁹: lꝫ pctm̃ q̃ volũ
tas ferret̃ ↄ iudicium rõnis mediante illectio malo
et vicioſo vel de ſe vel ꝓpter ſuꝑhabũdãtiã eẽt gra-
uius q̃ illud q̃ volũtas ferret̃ in illõ ꝑ libertatẽ ſuã
exẽplũ p̃mi vt homicidiũ factũ ꝓpter odiũ: exemplũ
ſecundi. vt fuga facta ꝓpter ſuꝑhabũdãtẽ amorẽ ſui
tũc diceret̃ ꝙ nulla circunſtãtia niſi bona et honeſta
excuſat, etiã in parte a pctõ. Excuſat autẽ illectiuũ
bonũ ⁊ honeſtũ hoc mõ, ponat̃ ꝙ quis odiat alteruꝫ
et ordinato amore diligat patrẽ ſuũ inueniat ille in
imicum. ſed odiũ nõ ſit tm̃ vt poſſit impellere euꝫ ad
occidendũ tp̃m. Nichilominus aliquis tũc dicat tſti
ꝙ ille inimicus q̃rit patrẽ iſtius vt occidat, ⁊ de hoc
ſufficiẽter ↄſtet, tũc volo ꝙ ſimul ⁊ odiũ ⁊ amor p̃ris
moderat⁹ tñ: impellãt ad occidendũ, ita tñ ꝙ neutrũ
per ſe ſufficeret. tũc videtur illectiuũ bonũ ⁊ honeſtũ
qꝛ amor moderatus patris. Et videt̃ excuſare a pec
cato nõ in toto, ſed in p̃te. Si aũt diceret̃ ꝙ illõ pec-
catũ nõ eẽt grau⁹: ſꝫ tm̃ illõ q̃ volũtas ferret ↄ iudi-
ciũ rõnis mediãte illectiuo de ſe malo, ⁊ non tantũ
ex ſuꝑhabũdãtia: tũc ↄñter dicendo diceret ꝙ timor
excuſaret in parte q̃a amor vite q̃ cum apprehẽſione
terribiliũ videtur eſſe cã timoris, nõ eſt de ſe malus
ſed tm̃ ex ſuꝑhabũdantia ⁊ inordinatiõe. Odiũ aũt
adulteriũ ⁊ reliqua hmõi, de ſe mala ſunt. ¶ Contra
tertiam concluſionẽ arguit̃ ſic. volo ꝙ apprehenſio
terribiliũ cauſet naturaliter timorẽ q̃ durat per vnã
horã per quã vacandũ eſt defenſioni ciuitatis. Tunc
ſic iſte timor eſt vicioſus ⁊ oppoſitus fortitudini et
tamen eſt naturalr' cauſatus igitur. ¶ Ad hãc rõnẽ
concedo primã p̃tẽ añtis. ⁊ ad ſcđam dico ꝙ licet ſit
naturalr' cauſatus eſt tñ libere ꝑmiſſus. tenetur eñ
volũtas coercere illũ timorẽ. ⁊ habet tp̃s ſufficiens
et non coercet ideo libere permittit. ¶ Cõtra quintã
concluſionẽ arguitur ſic. aliquis timor inclinãs ↄ iu
dicium recte rõnis non eſt vicium ſed omnis timor
clinans eſt timor efficaciter inclinans. ꝗ aliq̃s tĩor
efficacit̃ inclinãs ↄ iudiciũ rctẽ rõnis nõ ẽ vicium.
¶ Ad hanc rõnem concedo maiorem: vt patet de ti-
more qui pro tp̃e pro quo naturaliter cãtur inclinat
ↄ iudiciũ recte rõnis ⁊ tñ non eſt vicium. ⁊ nego mi-
norem inclinat eñ oĩs timor cũ per ipſũ mouet̃ ap-
petitus ſenſitiuus. ſed inclinat efficaciter cũ per ipm̃
mouentur vires executiue ad opus ⁊ de facto in op⁹
exeunt. Et hoc vocat beatus Thomas pertingere vſ- Tho. vbi
q; ad voluntatem. ¶ Contra ſextã cõcluſionẽ argui- ſup. ar. x
tur ſic. Timor non eſt pctm̃ mortale niſi inordinatio
eius pertingat vſq; appetitũ rõalem qui eſt volun-
tas. ſed non cuiuſlibet timoris efficaciter inclinãtis
contra iudiciũ recte rõnis deordinatio ꝑtingit vſq;
ad appetitũ rõnalẽ. vt pꝫ cũ q̃s ad p̃mã apprehẽſio-
nem terribilium ante omnem deliberationem ſtatĩ
fugit igitur non omnis talis timor eſt peccatũ mor
tale. Secundo in ſenſualitate non eſt peccatum mor
tale ſed timor eſt in ſenſualitate. ergo timor non eſt
peccatum mortale ¶ Tertio timor nõ totaliter auer
tit cor adeo ergo non eſt peccatum mortale. conſeq̃n
tia tenet quia omne peccatum mortale totaliter a-
uertit cor a deo. antecedens probatur per gloſam
ſuper illud iudicium. vii. qui formidoloſus eſt dicen
tem. timidus eſt qui primo aſpectu congreſſum tre-
pidat: non tamen corde terretur, ſed reparari ⁊ ani
mari poteſt. ¶ Ad primam reſpondeo dupliciť: vno

ſiue non. Tertiomodo pro huiuſmodi defectu efficaci-
ter inclinante contra iudiciū recte rationis. ¶ Simili-
ter audacia accipitur dupliciter. Uno mō pro quacun
qꝫ ſuperabundantia audendi reſpectu quorumcunqꝫ
auſibiliū. Secundomodo pro huiuſmodi ſupabundā-
tia reſpectu auſibiliū bellicorū. Et hocmodo tripliciť
Uuomodo pro huiuſmodi ſuperabundātia pro tēpo-
re pro quo cauſatur naturaliter. Secundomodo ꝓ hu-
iuſmodi ſupabundantia, ſiue inclinet efficaciter cōtra
iudicium rationis. ſiue nō. Tertiomodo pro huiuſmo-
di ſupabundātia efficaciter inclinante contra iudiciū
rationis. ¶ Tunc ſit prima concluſio. Non omnis inti
miditas, nec om̄is vecordia, nec oīs audacia p̄mo mo-
do eſt vicium oppoſitum fortitudini. Probať primo cō
cluſio pro omnibus partibus. quia non om̄is talis eſt
circa materiā fortitudinis ſcꝫ circa terribilia et auſibi
lia bellica. igitur. Secundo probatur de intimiditate
quia intimiditas in his que ratio decernit eſſe facien-
da eſt bona et laudabilis. igitur talis intimiditas nō
eſt vicium. Antecedens ꝓbatur per illud prouerbiorum
xxviii. Juſtus quaſi leo confidens abſqꝫ terrore erat.

Non oīs intimiditas nec oīs audacia pctm̄

Tertio eſt aliqua intimiditas nullo modo inclinās cō
tra iudicium rationis: imo etiam inclinans ad ſeruan
dum rectitudinem rationis in operibus humanis er-
go eſt aliqua intimiditas que non eſt viciosa. Antece-
dens probatur de illa qua quis caret timore mortis ꝓ
defenſione fidei aut iuſticie dictata a recta ratione ſm̄

Tho. vbi

omnē circunſtantiā. que intimiditas cōmendať. Ma-
thei decimo. Nolite timere eos qui occidunt corpus. et
Eſaie q̄nquageſimoprimo. Quis tu vt timeas ab hoīe
mortali? Quarto eſt aliqua intimiditas qua ferimur
in ea que non poſſunt retrahere ab amore dei ſed illa
eſt laudabilis. igitur. Antecedēs patet pro vtraqꝫ par-
te per Auguſtinum. xiiii. de ciuitate dei. Amor dei vſqꝫ
ad contemptū ſui facit ciues ciuitatis celeſtis. Cū quis
autem contēpnit ſe et bona ſua ꝓpter amorē dei nihil
timet quod poſſit retrahere ab amore dei. Cōſequēter
ꝓbatur tertia pars. Tum primo quia in multis locis
ſacre ſcripture cōmendatur audacia. Tum ſecundo q̄a
audacia in his que ratio decreuit eſſe facienda. Auda
cia etiam que nullomodo inclinat contra iudiciū recte
rationis. Illa etiam qua intrepide ferimur aduerſus
omnia illa que nos retrahere poſſunt ab amore dei et
bonis operibus eſt laudabilis. De vecordia autē ꝓba-
ri poſſet eodē modo quo in precedenti queſtione ꝓba-
tum eſt de timore. laudabile enim eſt vecordē eſſe in his
que poſſunt nos retrahere ab amore dei et bonoꝝ ope
rum. ¶ Secunda cōcluſio. Nullum predictorū (ſecundū
ꝙ eſt paſſio) eſt vicium fortitudini oppoſitū. Probať
quia paſſionib⁹ nec laudamur nec vituperamur vt vult
Ari. ¶ Tertia concluſio. Nullū predictorum non incli
nans efficaciter contra iudiciū recte rationis eſt viciū
fortitudini oppoſitum. ꝓbatur nihil eſt vicium in hoīe
niſi per conſenſū voluntatis formalē vel interpretati-
uum. hoc eſt vel niſi ſit libere elicitum, vel libere impa-
tum, vel libere ꝑmiſſum: ſed ſi non inclinet efficaciter
contra iudicium recte rationis nō habetur cōſenſus vo
luntatis nec formaliter, nec interpretatiue nec eſt actus
ille libere elicitus, nec libere imperatus, nec libere per
miſſus igitur. Et ſi dicas ꝙ delectatio moroſa appeti
tus ſenſitiui. quā nondum ſequiť opus, non efficaciter
inclinat: et tamen eſt libere permiſſa: ergo aliquid non

Efficacia

efficaciter inclinans, eſt libere permiſſum. Reſpondeo
ꝙ duplex eſt efficacia inclinationis: vna reſpectu ope-
ris exequendi, ⁊ de illa concedo. Alia reſpectu retarda
tionis potentie que teneť ⁊ obligatur cohibere huiuſ-
modi motū. Et hoc mō efficaciť inclinat. qū enī inſur-
git talis delectatio voluntas teneť cohibere eam: ideo
ſi non tam cito cohibeat habuit huiuſmodi delectatio

inclinationem efficacē contra iudiciū recte rationis di
ctantis eam eſſe a voluntate reprimēdā. ¶ Quarta cō-

Nota.

cluſio quodlibet horum trium efficaciter inclinans cō
tra iudicium recte rationis dictantis conformiter ad
precepta vel ꝓhibitiōes legis nature aut diuine eſt pec
catum mortale. probatur qꝛ per intimiditatē et auda-
ciam hoc modo vel nos amamus nos minus q̄ opor-
tet aut nimis de nobiſipſis per ſupbiā et elationē pre-
ſumimus: aut nimis comoda quedā tpalia q̄ debem⁹
amamus igitur. Secundo qꝛ ꝑ hec omnia minus ama
mus bonū gracia cuius fortiter faciendum eſt q̄ debe
mus: adeo vt propter conſeruationē eius nec velim⁹ ra
tionem cōſulere de agendis: quod fit per intimiditatē ⁊
audaciam aut non velimus conſiliatis per rationē in-
ſiſtere quod fit ꝑ vecordiam refugiendo: ⁊ per alia duo
ſupabundādo Tertio per hec tria exponimus nos ⁊ cō
militones noſtros et totam rēpu. vel fidem, vel iuſticiā
periculo grauiſſimo: ergo hec om̄ia ſunt peccata mor-
talia. ¶ Quinta cōcluſio hec omnia accepta vt dicunt
elationē vel deiectionē animū) elationē quod circa auſi
bilia vt audacia deiectionem circa eadē vt vecordia: ela
tionem circa terribilia vt intimiditas) ſunt vicia oppo
ſita fortitudini. ꝙ ſint vicia probatū eſt. ꝙ ſint oppoſi-
ta fortitudini patet qꝛ ſunt vicia circa materiā fortitu-
dinis que per nullam circunſtantiā trahūtur ad aliud
genus viciī. igitur ſunt oppoſita fortitudini. ¶ Sexta
concluſio: ſi ita accipianť precise vt dicunt ſupabun-
dantiam aut defectum circa terribilia et auſibilia: nō
ſunt fortitudini ſimplici oppoſita: ſed aliquādo oppo
nuntur fortitudini in certo gradu ſcilicet ſcdm̄ graduꝫ
continentie vel temperantie vel heroicū puta ſupabun
dare in inuadēdo vel in expectando propter primū vel
propter vltionē, aut aliam cauſam cōſimilē. Similiter
deficere in ſuſtinēdo vel in inuadēdo propter amiciciā
ad hoſtes patrie aut ꝓpter intpantiā nō opponiť for-
titudini ſimplici ſed hoc modo ſupabundare vel defice
re ꝓpterea que vtilia ſunt vel delectabilia opponiť for
titudini ſecundū gradū continentie ꝓpterea vero que
moleſta ſunt opponitur fortitudini ſecundū gradū ꝑ-
ſeuerantie, et hoc ſi non excedant cōmunē facultatē ho
minum. Si autē cōmunē facultatē hoīm excederent tūc
opponuntur fortitudini ſcdm̄ gradum heroicum. for-
tis enim ſcdm̄ hos gradus non vult pro quocūqꝫ quod
eſt contra rectam rationē deſerere opus fortitudinis
ideo ſi deſerat non eſt fortis. ꝓbatur ergo concluſio.
Omne illud vicium eſt oppoſitum fortitudini cui eſt in
compoſſibilis fortitudo: ſed his viciis eſt incōpoſſibi-
lis fortitudo quia non ſtat ſimul ꝙ aliquis faciat for-
titer et tamen propter aliquā predictarū cauſarū de-
ſerat opus fortitudinis. Confirmanť quecūqꝫ habent
incōpoſſibilitatem habent eam aut ratione diſparati

§

onis, aut ratione oppoſitionis, aut ratione ſubiecti:
ratione diſparationis, vt homo et aſinus: ratione op
poſitionis, vt albedo ⁊ nigredo: ratione ſubiecti, vt ac
cidentia anime et corporis que nunq̄ in eodem ſubie-

Modi incōpoſſibilitatis.

cto eſſe poſſunt. ſed huiuſmodi vicia non ſunt incōpoſſi
bilia fortitudini ratione ſubiecti: quia nata ſunt eſſe i
eodem ſubiecto: nec ratione diſparationis qꝛ illa non
facit incōpoſſibilitatē in accidētibus ergo relinquitur
ꝙ ſunt incōpoſſibilia ratiōe oppoſitiōis. ¶ Cōtra pre-
dictas cōcluſiones arguiť. Et primo cōtra primā et cō
tra eius primā partē, cum intimiditate nō poteſt quis
iuſtificari: ergo intimiditas illo modo eſt viciū. Antece
dens ꝓbatur ꝑ illud eccleſiaſtici p̄mo. Qui ſine timore
eſt non poteſt iuſtificari. Tum etiā per illud prouerbio
rum. xiiii. Sapiens timet vt declinet a malo. ¶ Ad hāc
rationē reſpondeť ꝙ intimiditas accipitur dupliciter
vno modo vt dicit vniuerſaliter oēm carentiā timoris
tam reſpectu malorū pene q̄ malorū culpe, tā reſpectu

dei ꝙ reſpectu creature. et hoc modo ſecludit timorem
filialem. Alio modo accipitur itimiditas pro carentia
timoris in his in quibus recta ratio dictat non eſſe ti=
mendū. De prima intimiditate intelligunt auctorita=
tes, ⁊ non de ſecunda. ¶ Contra quartā cōcluſionē. Ar
guitur ſic. Omnis inclinatio fit per aliquid poſitiuum
ſed intimiditas et vecordia nō ſunt aliquid poſitiuum
ſed ſunt carētie quedā, intimiditas ſcʒ timoris, ⁊ vecor
dia audacie igitur. Scđo ſm apoſtolū ad ephe. v. Ne=
mo vnꝙ carnē ſuā odio habuit: ergo nullus vnꝙ poteſt
totaliter ab amore ſui deficere Nam ⁊ illi qui ſe interi
munt id ex amore ſui facere vident, q2 volunt a preſen= Tho. vbi ſupra ar ticulo .1.
tibus anguſtiis ſe expedire: ergo ex defectu amoris ſui
ipſius non habent intimiditas et audacia ꝙ ſint pec=
cata mortalia. Tertio ignorantia periculorum poteſt
aliquando eſſe inuincibilis: ergo in tali in caſu intimi
ditas et audacia ex huiuſmodi ignorātia cauſata non
eſt peccatū mortale. ¶ Quarto ſpes non eſt peccatum
mortale: ergo nec audacia, conſequentia tenet q2 auda
cia cauſatur a ſpe. Et antecedēs ꝓbatur q2 ſpes nume=
ratur inter laudabiles paſſiones. ¶ Quinto audacia
et intimiditas iuuant opus fortitudinis: ergo non ſūt
peccata mortalia. Antecedens ꝓbatur q2 fortitudinis
eſt nature conſiliari et cito operari et exequi cōſiliata
vt habetur ſexto ethicorum: ſed audacia et intimiditas
iuuant ad cito exequendū igitur. ¶ Sexto ꝯtingit ali
quando hec ineſſe ⁊ efficaciter inclinare ad opus ma=
lum, ⁊ tamen nō inclinare contra iudiciū recte ratiōis:
ergo ad hoc ꝙ iſta ſint peccata mortalia nō requiritur
ꝙ inclinent cōtra iudicium recte rationis. Antecedens
probatur poſito caſu ꝙ pro tempore pro quo inclināt
ad opus malū nullum ſit in ratione rectum iudicium,
imo de facto ſit in ratione iudiciū erroneum cui huiuſ
modi inclinatio eſt cōformis. ¶ Ad primā reſpōdet du
pliciter. vno modo cōcedēdo maiorē et negādo minorē.
licet eī nos deſcripſerimus intimiditatē ⁊ vecordiam ꝑ
carentiā aut defectum non tamē ſunt carentie ſed ſunt
quidā actus poſitiui quibus nō ſunt ꝓpria noīa impo=
ſita, ⁊ ideo ſignificātur noībus priuatiuis carētias op
poſitorum ſuorū ſignificantibus. Et hoc eſt ꝙ expreſſe
dicit. Ari. in tertio ethicorum. Superhabundātiū autē qui
quidē impauiditate innoīatus. dictum eſt autem nobis
G in prioribus qm̄ multa innoīata. Aliter dicit ꝙ ali=
quid dicitur inclinare dupliciter. vno modo poſitiue ꝑ
cauſationē actus, et hoc modo conceditur maior ⁊ nega
tur minor. Alio modo aliquid dicitur inclinare, q2 eſt
remotio eius quod natū eſt ꝓhibere huiuſmodi incli=
nationem. et hoc modo nego maiorē ⁊ ꝯcedo minorem
Dico eni ꝙ terribile natum eſt cauſare timorē ⁊ timor
natus eſt ꝓhibere expectationē vel aggreſſionē terribi=
lis. ideo intimiditas que dicit carentiā timoris iclinat
ad ſubeundū terribilia quia eſt remotio eius quod na=
tum eſt ꝓhibere huiuſmodi inclinationē in terribilia.
Sed prima ſolutio michi magis placet. q2 oīs inclina
tio ſecundo modo dicta preſupponit inclinationē pmo
modo dictam. Nam ſi aliquid inclinet q2 eſt remotio
eius quod prohibet inclinationē: ideo oportʒ ꝙ precedat
aliqua alia inclinatio de qua queritur a quo cauſatur
conſtat ꝙ nō a timore nec vecordia, nec cauſatur ab au
dacia q2 illa eſt circa auſibilia. Tum etiaʒ q2 nec Ari.
nec Thomas nec alii phi debuiſſent ponere intimidita
tem diſtinctam ab audacia. Ideo dico ꝙ huiuſmodi ī=
clinatio cauſatur ab aliquo actu poſitiuo quem circū=
loquimur per carētiā timoris. A quo autē cauſetur il=
le actus ſiue in appetitu ſenſitiuo ſiue in appetitu in= Facilius eſt ſi amare ꝙ odire.
tellectiuo, dictum eſt. ¶ Ad ſcđam concedo anſ ⁊ nego
conſequentiā quicꝗd ſit de ꝯſequente. Eſt eni multo dif
ficilius odire ſe ꝙ non amare ſe. Ideo ex negatiōe pri=
mi arguere negationem ſcđi eſt fallacia ꝯſequētis. Et
cum dicis ꝙ illi interimūt ſe ex amore ſui faciunt. Di=
co ꝙ non: ſed ex odio triſticiarū vt habet Ari. in tertio
ethicorum. Mori autē (inquit) fugientem inopiā vel cu
pidinem vel aliquid triſte non fortis ſed magis timidi
mollicies enim fugere laborioſa. eſt autē mollicies odi
um triſtitie. et cum infertur ergo ex defectu amoris ⁊c.
negatur ꝯſequētia q2 ꝗuis totaliter excedere ab amo
re ſui non eſſet homini poſſibile deficere tamē ab amo
re ſui bene eſt poſſibile homini. ¶ Ad tertiam dico ꝙ
ignorantia inuincibilis eſt duplex. vna eſt inuincibilis
q2 homo per nullā inquiſitionē ex naturalibus poſſibi
lem poteſt eam vincere, ꝗuis tamen hec habeat varios
gradus. ſecundū qualitatē et ꝯditionē locorum rerum
et perſonarū et tēporū, ita ꝙ aliqua dicitur inuincibi
lis reſpectu vnius que non eſt inuincibilis reſpectu alte=
rius. Alio modo aliqua ignorantia dicitur inuincibi=
lis, q2 licet ex naturalibus poſſit vinci tamen pro tunc
nec tenetur. nec expedit eam vincere ſicut ignorātia illa
qua merope occidit filiū ſuum ſtantē in acie contra ſe:
illa enim pro tunc nō tenebatur inquirere vtrū eſſet fili=
us ſuus vel non ſed potuit ſine peccato īputabili iudi=
care hoſtem quēcunqꝫ ſtantē in acie contra ſe. Tunc di
co ꝙ ſi intelligatur anſ de ignorātia inuicibili primo
modo: tunc nego ꝯſequentiā q2 poteſt eſſe ꝙ aliq̄ igno
rantia ſit inuincibilis ⁊ tamen ille neſciat eam inuinci
bilem ita ꝙ nec inquirat nec ꝯſilietur: ſed omnino pro
impertinenti habeat ꝙ ſit vincibilis aut inuincibilis. Si
intelligatur de ignorātia inuicibili ſcđo mō. tūc dico ꝙ
ſi agat ꝓpter ignorātiā illam ita ꝙ ignorātia ſit ſibi
cā agendi que nec ſit craſſa nec affectata: tunc dico ꝙ
actus ille bene eſt vicium: ſed non eſt pctm̄: q2 cōmuniter
peccatū accipitur pro vicio imputabili ad penam: igno
rantia eni illa excuſat actum ab obligatione pene ſed
non a deformitate morali vt puta ſi aggrederetur virū
ſine comparatione ſe fortiorem et magis peritum bel
li hoc neſciens, ita tamen ꝙ ſi ſciuiſſet non fuiſſet ipm
aggreſſus. Si autem agat ignorans nō tamē propter
ignorantiā tunc actus ſuus non minus eſſet pctm̄ ſecū
dum doctrinā Ari. dicentis in tertio ethicorum. Aliud
autem videtur ⁊ ꝓpter ignorantiā operari ab eo quod
ignorantē facere, ebrius enim ⁊ qui iraſcitur non videtur
ꝓpter ignorātiā operari ſed ꝓpter aliquid eorum que
dicta ſunt ſcʒ ꝓpter paſſionē aliquā. Dico enim ꝙ au=
dax ꝗuis ignoret quid aggreditur non tamē agit pro
pter ignorantiā: ſed ꝓpter paſſionē audacie inclinantē
et impellentē ipm in illud opus. ¶ Ad quartam dico ꝙ
aliqua ſpes eſt pctm̄ mortale illa ſcʒ que iclinat in op9 Aliqua ſpes mortale peccatum.
contra iudiciū rationis modo ſupradicto: ſed q2 ſpes
aliqua eſt bona ⁊ laudabilis nulla autē audacia ꝓprie
dicta eſt bona. ideo iter vicia oppoſita fortitudini enu
meratur audacia ⁊ nō ſpes que ſpes ſi ſit vicioſa ⁊ cir=
ca materiam fortitudinis cōtinetur ſub vicio audacie
vel itimiditatis. ¶ Ad quintā nego anſ de intimidita=
te et audacia ꝓprie dictis. imo dico ꝙ impediunt quia
faciunt ne ſi ſtatuatur deliberationi ⁊ ꝯſilio ratiōis
Et ad ꝓbationē dico ꝙ audacia et timiditas bene fa=
ciunt ſcelerem executionem ſed non conſiliatorum et eo
modo quo conſiliata ſunt ſed vel impediunt ꝯſiliatio=
nem omnino vel faciunt eam non maturam vel faciunt
vt non omnino eodēmodo quo per cōſiliū dictatū eſt
exequantur. ¶ Ad ſextam dico ꝙ timiditas ⁊ audacia nō
ſemper dicitur inclinare contra iudiciū recte rationis
quod inexiſtit de facto ſed contra iudicium ratiōis vel
quod ineſt vel quod ſi ineſſet eſſet rectū ad quod quidē
habendū tenentur anteꝗ progrediatur in actum.

Queritur duodecimo. Utrū for=
titudo habeat partes integrales potentia=
les et ſubiunctiuas. Arguitur ꝙ non forma

ma ſimplex in nullas partes eſt diuiſibilis: ſed foꝛtitu
do eſt foꝛma ſimplex: ergo foꝛtitudo non eſt diuiſibi-
lis in partes. ¶ In oppoſitū ſunt cōiter moꝛales phi.
Tullius Macrobius ⁊ Andronicus ⁊ alii qui aſſignāt
multas partes foꝛtitudinis quarū alique ſunt ſubiec-
tiue et alique integrales et alique potentiales. ¶ No-
tandum ꝙ vt ſupꝛa dictum eſt foꝛtitudo accipitur du-
pliciter: vno modo ſtrictiſſime ꝓ foꝛtitudine bellica.
Alio modo cōiter ꝓ omni virtute firmante animum
circa magna ardua ⁊ difficilia in quo ſenſu dictum eſt
eam eſſe virtutē cardinalem ⁊ cōtinere ſub ſe magnani
mitatem et foꝛtitudinē ꝓpꝛie dictam et ſcðm aliquos
magnificentiā. ¶ Notandū eſt ſecundo ꝙ pars ītegra
lis virtutis accipitur dupliciter. Uno modo ꝓpꝛie ꝓ
illo quod ītrinſece cōponit aliud vt anima eſt pars in
tegralis hominis et manus eſt pars integralis coꝛpo
ris humani. Alio modo accipitur pars ītegralis ꝓ
omni virtute quā neceſſe eſt cōcurrere ad ꝑfectum actū
illius virtutis. Partes autē potentiales alicuius vir-
tutis dicūtur virtutes adiuncte que oꝛdinantur ad ali
quos ſecūdarios actus vel materias quaſi non haben
tes totam potentiā pꝛincipalis virtutis. ¶ Tunc ſit pꝛi
ma concluſio: foꝛtitudo cōiter accepta habet ꝑtes ſub
iectiuas. Pꝛobatur qꝛ foꝛtitudo cōiter accepta conti-
net ſub ſe magnanimitatē et foꝛtitudinē bellicā eo mo
do quo ſuperius continet inferioꝛa et totum vniuerſa-
le ſuas partes ſubiectiuas. Nam de qualibet earū foꝛ
titudo cōiter dicta pꝛedicat in quid. ¶ Secunda cōclu-
ſio contra thomā. Foꝛtitudo ſtricte accepta habet par
tes ſubiectiuas ꝓbatur qꝛ ſicut dictū eſt in pꝛima que-
ſtione foꝛtitudo ſtricte accepta continet ſub ſe multas
ſpecies et ꝓbatum eſt ibi diffuſe ꝙ ibi ſunt medietates
ſpecie differētes, et idem videtur ſenſiſſe. Thomas que
ſtione. Cxxvi. articulo ſcðo, vbi de medio foꝛtitudinis
loquens in reſpōſione ad tertium argumentū dicit ꝙ
vicium audacie opponitur foꝛtitudini ſcðm exceſſum
audacie, et impauiditas ſecundū defectū timoꝛis: et ꝙ
foꝛtitudo in vtraqꝫ paſſione mediuꝫ ponit et ꝙ non eſt
incōueniēs ꝙ ſecundum diuerſa media habeat diuerſa
extrema. Eſt autē mihi omnino inītelligibile ꝙ eadeꝫ
foꝛtitudo ſcðm ſpeciem habeat deuerſa media ſecūdū
ſpeciem qꝛ quātūcunqꝫ augeat virtus cauſata ex acti-
bus circa vnū mediū: nunꝙ ipſa inclinabit īmediate in
actus circa aliud mediū. ergo optꝫ dicere ꝙ ſunt virtu-
tes ſpecie diſtincte. Secundo foꝛtitudo ſimplex, foꝛti-
tudo ſm gradū cōtinentie, foꝛtitudo ſecundū gradum
temperantie, ⁊ foꝛtitudo ſcðm gradū heroicū ſunt ſpe
cies foꝛtitudinis ab inuicē diſtincte. quibus et nomen
foꝛtitudinis et ratio ſecundū illud nomen eſt cōmunis
ergo he oēs ſūt partes ſubiectiue foꝛtitudinis. Ex quo
patet falſum eſſe quod. Thomas dicit foꝛtitudinē non
habere partes ſubiectiuas eo ꝙ non diuiditur in mul-
tas virtutes ſpecie differentes. ¶ Tertia cōcluſio Que
libet foꝛtitudo habet partes ītegrales pꝛopꝛie dictas
ꝓbatur qꝛ nulla foꝛtitudo eſt res indiuiſibilis ſecun-
dum gradus, imo q̄libet q̄tūcunqꝫ ſit remiſſa hꝫ mul-
titudinem graduū. ¶ Quarta cōcluſio nulla foꝛtitudo
habet partes ītegrales in ꝓpꝛie dictas diſtinctas a ꝑ-
tibus potentialibus. que ꝯcluſio poſita eſt cōtra. Tho
mam ꝓbatur oīs pars oꝛdinata ad aliquē actū ali
cuius virtutis non habens in ſe totam poteſtatem illi-
us virtutis eſt pars potentialis eius. ſed omnis ꝑs in
tegralis foꝛtitudinis eſt oꝛdinata ad aliquē actū ipſi-
us foꝛtitudinis: et nulla habet totam poteſtatem ipſi
us virtutis pꝛincipalis. ergo omnis pars ītegralis eſt
pars potētialis ꝯſequentia eſt nota ⁊ ſimiliter maioꝛ
et minoꝛ ꝓbatur. nam ſcðm eum ad perfectū actum foꝛ
titudinis et aliarum virtutū neceſſe eſt multa cōcurrere
imo etiam cōcurrūt multi habitus quoꝝ quilibet di-

Deſcriptio ꝑtis potentialis.

Tho. 2.2 q̄ſti. 128. arti. vnico.

Tho. vbi ſupꝛa.

Partes ītegrales non dīſt potentialibus.

citur pars integralis. aut ergo pꝛimus illoꝝ habituū
continet totam poteſtatē foꝛtitudinis ⁊ tunc reliq̄ ſup
fluunt: aut non et tunc habet intentū. tum ſcðo ſcðm eū
fiducia magnificentia, patientia, et ꝑſeuerantia ſunt
partes integrales foꝛtitudinis et tamen fiducia nō cō-
tinet magnificentiā, nec patientiā, nec ꝑſeuerantiā nec
magnificentia reliquas qꝛ ſi quelibet cōtineret omnes
actus aliarū conſtat ꝙ oēs ſupfluerent preter vnam
Tum tertio qꝛ ſcðm eum fiducia et magnificētia iuuāt
in actu aggrediendi. patiētia et ꝑſeuerantia in actu ſu
ſtinendi ergo fiducia et magnificentia nō continent to
tam poteſtatem foꝛtitudinis. Tum quarto qꝛ ſcðm eū
fiducia ꝑtinet ad pꝛomptitudinē animi: magnificentia
autem ad executionē eoꝝ que fiducialiter ichoata ſūt
ergo fiducia nō continet magnificentiā ergo nō conti-
net totam poteſtatē foꝛtitudinis. Ad hanc rationē po
teſt reſpondere btūs Thomas per negationem maioꝛ-
ris. dicendo ꝙ non omnis pars eſt potētialis que oꝛdi
nata eſt ad aliquē actum virtutis ſed illa tantū que oꝛ
dinat ad aliquos ſecundarios actꝰ vel materias qua-
ſi non habēs totā poteſtatem pꝛincipalis virtutis. hāc
diffinitionē ponit beatus Thomas ſecūda ſecūde que
ſtione. xlviii. cū agit de partibus pꝛudētie. Et tunc cō
ſequēter diceret ꝙ fiducia ⁊ magnificentia ⁊ reliq̄ non
oꝛdinant ad ſecūdarios actus: ſed ad actus pꝛincipa
les. ¶ Contra hoc arguitur qꝛ ſecundū eum in ſecūda
ſecunde. q. xlviii. Nutritiuū et ſenſitiuū ſunt partes pꝛin
cipales anime: ⁊ tñ conſtat ꝙ non oꝛdinant ad ſecūda
rios actus anime ſed ad pꝛīcipales. Tum ſcðo qꝛ ſecū
dum eum ibidem eubulia ⁊ ſyneſis et gnome ſunt par
tes potētiales pꝛudētie ⁊ tamē oꝛdinant ad pꝛincipa-
les actus pꝛudētie, qꝛ licet ſit aliqs pꝛincipalioꝛ ſcꝫ ꝓci
pere: ſecundū eum tamē (hoc nō obſtāte) alii etiam ſūt
pꝛincipales. Sicut licet ītelligere ſit nobiliſſimꝰ ⁊ pꝛin
cipaliſſimus actus anime: hoc tñ non impedit quin alii
actus ſcꝫ vegetare ⁊ ſentire ſint pꝛincipales, nec etiam
impedit quin intellectū ſit pars potētialis. Tum ter-
tio qꝛ ꝑtes iſte potētiales pꝛudētie ſunt circa actꝰ ma-
gis pꝛīcipales q̄ partes pꝛudētie quas ipſe ibidem vo
cat partes ītegrales ergo nihil reſtat ꝑ quod ꝑtes po
tentiales diſtingant ab ītegralibus. aūs ꝓbatur nam
eubulia eſt bene conſiliatiua: ⁊ ſyneſis ⁊ gnome bene
iudicatiue qui ſunt actus cognitiui ad pꝛucētiā pꝛinci
paliſſime ꝑtinētes. Sed ſecundū eum ibidem ratio me
moꝛia intellectus ⁊ ſollertia ſunt ꝑtes ītegrales ⁊ ꝑti-
nent ad pꝛudentiā ſcðm ꝙ cognitiua eſt: aut igit eubu-
lia ſyneſis ⁊ gnome oꝛdinant ad memoꝛiaꝫ rationem
intellectū ⁊ ſollertiā. aut ecōtra. non pꝛimū vt cōſtat. er
go ſecundū ⁊ ꝓſis eubulia ſyneſis ⁊ gnome quas di-
cis partes potētiales oꝛdinant ad actus pꝛincipalioꝛ-
res q̄ alie quas dicit ꝑtes ītegrales certū eſt eni ꝙ me
moꝛia intellectus ⁊ ratio ſollertia nō oꝛdinant niſi ad
faciendū rectitudinē cōſilii ⁊ iudicii pꝛudētialis quod
ꝓbatur ſic. ſi ſine mēoꝛia intellectū ſollertia ⁊ ratione
ſemꝑ poſſet haberi rectitudo cōſilii ⁊ iudicii pꝛudentia
lis. iſta nō ꝑtinerēt ad pꝛudātiā neqꝫ eſſent partes pꝛu
dentie ſed eubulia ſyneſis ⁊ gnome ſunt partes pꝛudē-
tie eſto ꝙ pꝛima poſſint haberi ſine iſtis. ergo pꝛima oꝛ
dinant ad iſta. ⁊ ſi dicatur ꝙ eubulia ſyneſis ⁊ gnome
ſunt ꝑtes potētiales pꝛudētie ꝓpꝛiiſſime accepte ſcðm
ſcꝫ ꝙ ipſa eſt preceptiua ⁊ ideo actus eoꝝ ſunt ſecun-
darii ad actum pꝛudētie. ¶ Contra qꝛ ſcðm hoc adhuc
partes que dicte ſunt ab eo integrales eſſent adhuc cir
ca actus magis ſcðarios ⁊ īmotioꝛes ab actu precipiē
di ⁊ ita ꝑ hoc non euitat argumentū. Secundo qꝛ tūc
nutritiuum ⁊ ſenſitiuū ſcðm hoc dicerent partes potē-
tiales actus intelligēdi qꝛ actus ītelligēdi eſt actus ꝑfe
ctiſſimus inter actus anime et alii actus minus pꝛinci
pales et in ipm oꝛdinati. Ad videndū tamen vtrum cō-

Contra thomam

K

cedendum ſit ꝙ fortitudinis ſunt aliq̄ partes integra-
les. Aduertendū eſt ꝙ fortitudo accipitur tripliciter, ⁊
hoc ſiue accipiatur cōmuniter ſiue ſpecialiter: vno mo-
do pro omni habitu vel actu bono moraliter circa ma
teriam fortitudinis ptinente ad genus fortitudinis. ſe
cundo modo pro principaliſſimo actu vel habitu ꝑ prin
cipalius ītento īter hos habitus. Tertio mō pro aggre
gato ex oībus habitibus vel actibus quorum vnus ſcꝫ
eſt principaliſſimus ⁊ alii in iſtum principaliorē ordi-
nati. Tunc ſit quinta cōcluſio accipiendo fortitudinem
primo modo vel ſecundo modo fortitudo nullas habet
partes integrales ſpecie diſtinctas. ꝓbatur q꞉ q̄libet
fortitudo eſt qualitas ſic ſimplex ꝙ non eſt composita
ex partibus diuerſarū rationum. Et dixi ſpecie diſtin
ctas ꝓpter partes graduales habituum vel actuū de
quibus dictum eſt in ſcđa concluſione. ¶ Sexta conclu-
ſio capiendo fortitudinē tertio mō tunc fortitudo ha-
bet partes integrales. ꝓbatur om̄is multitudo habet
partes integrales ſed fortitudo hoc modo accepta eſt
multitudo actuū vel habituū quorum vnus eſt pricipa-
lior et alii oēs ordinati in ipm ergo fortitudo hoc mo-
do accepta habet ptes integrales. ¶ Aduidenū autem
que ſunt hmōi partes. Eſt notandū ꝙ Ari. nullas enu

Partes fortitudinis.

merat licet ponat qnqꝫ modos non vere fortitudinis.
Sed Tullius in rethorica ſua ponit quattuor ſcꝫ fidu-
ciam magnificentiā, patientiā, ⁊ ꝑſeuerantiā. Macro
bius ponit ſeptem magnanimitatē, fiduciā, ſecuritatē
magnificentiā, cōſtantiā, tollerantiā, firmitatē. Andro
nicus ponit etiam ſeptem, leniā, epuleyam, magnani-
mitatem, virilitatē, ꝑſeuerantiā, andragrachia. vnde
in fortitudine reperimus tres actus. volitio fortiū ope
rum. imperiū fortium operū et factio vel executio forti
um operū. per imperiū autē nō intelligo actum prudē
tialem ſed actum volūtatis impatiuū executiōis que3
imperiū prudētiale precedit: iſtorum triū actuū vltim⁹
eſt principaliter intētus ⁊ principalior ad hunc ſenſū,
licet in eo non ſit bonitas vel malicia niſi ꝓpter actus
interiores q̄ ſunt primo ⁊ ꝑ ſe boni. tunc dico ꝙ fortis
habituatus omni habitu fortitudinis reqſito ad for-
tium operum factionē habet vnū habitum quo ſperat
ſe fortiter facere: ⁊ hunc habitū vocant. Tullius ⁊ Ma
crobius fiduciā fiducia autē eſt volitio ⁊ deſideriū ma-
gnorum arduorū ⁊ difficiliū operum et honeſtorum ⁊
cōnotat eſtimationē certam ꝙ poſſumus ardua ⁊ diffi
cilia adminiſtrare ſ3 q꞉ Macrobius fiducie addit ma
gnanimitatē ⁊ ſecuritatē: ideo Macrobius ꝑ fiduciā3
non ſignificauit niſi eſtimationē ꝓbabilē et per ſecuri-
tatem certitudinē circa illam eſtimationē adiecit. per
magnanimitatē autem ſignificauit deſideriū magno
rum arduorū et difficiliū. Ex quo patet ꝙ Tullius per

Concordātia tullii et macrobii.

fiduciam ſignificauit om̄ia illa que Macrobius ſigni
ficauit per illa tria. Nam Tullius fiduciā eſſe dicit per
quam magnis ⁊ multū honeſtis rebus multū ipſe ani
mus in ſe fiducie certa cū hec collocauit. Que diffini-
tio licet ſit multū īpꝓpria q꞉ fiduciā per fiduciam diffi
nit ꝗuis etiam ſit plus tradita oratorio more, ꝗ ſecū
dū veras regulas diffinitionū: tū ꝯſtat ꝙ per eā expri-
mit eſtimatio de honeſtorū ⁊ arduoꝝ adminiſtratiōe nō
tantū ꝓbabilis ſed certa certitudine que reperit in mo
ralibus. Et inde eſt ꝙ dicit multū et exprimit etiam de

Explicātur dicta tullii et macrobii

ſiderium illoꝝ honeſtorū ⁊ arduorū in noīe ſpei. Et iſta
eadem tria expreſſit. Macrobius in illis tribus ſcꝫ in
fiducia, eſtimationē ꝓbabilē: in ſecuritate certitudinē:
in magnanimitate que ſcđm eum importat appetitū3
magnoꝝ, ſignificauit deſideriū honeſtorum et arduo-
rum. Andronicus vero per magnanimitatē intelligit
deſideriū arduoꝝ operū: ꝑ eupuliā ꝓmptitudinē exequē
di q̄ otiens neceſſe fuerit: ⁊ per leniā que, ſcđm eum eſt
bona animoſitas ſiue robur anime, intelligit eſtima-
tionem illā quam diximus cōnotatā eſſe per fiduciam.
In hoc enī ꝙ eſtimamus nobis ineſſe robur aīe: cōfidi-
mus nos poſſe difficilia adminiſtrare. Et iſta tria ſig-
nificauit Tullius per fiduciā. Actum autē impatiuum
executionis et etiā executionē ſignificauit Tullius per
magnificentiā. quod patet ꝑ diffinitionē quam dat de
magnificentia. Magnificentia eſt magnarū et excelſa-
rum rerū ex animi quodā amplo ac ſplēdido ꝓpoſito
ꝑfecta adminiſtratio ac cōfectio: vbi per ampliū ac ſplē
didum ꝓpoſitum actum voluntatis impatiuū executio
nis ſignificat: et ꝑ adminiſtrationē, executionē ipſam.
Conſtat autē ꝙ Tullius non accipit magnificentiam
eo modo quo Ari. in quarto ethicorū ſed pro magno-
rum ac difficiliū operatiōe. Ad hanc reducitur firmi-
tas q꞉ ꝓpoſitum nō eſſet ampliū et ſplendidū niſi eſſet
firmū. Ad hanc reducit̄ conſtantia; q꞉ etiam ꝓpoſitum
non eſſet ampliū ac ſplendidū, niſi eſſet cōſtans: ita ſci-
licet ꝙ pro nullis comodis conſequendis velit deſiſtere
ab adminiſtratione horum difficiliū que iam ꝓpoſuit
adminiſtrare et cōficere. Ad hanc etiam reducitur ma-
gnificentia verilitas et audagrachia. Ad hoc enim ꝙ
executio illa ſit magnifica: exigitur ꝙ ſit virilis ⁊ ſtren
nua. Audagrachia enī idem eſt ꝙ ſtrēnuitas virilis: vt
non remiſſis et quaſi effeminatis viribus: ſed toto ro-
bore ac conatu negocio incūbamus ſtrēnue vt ſcꝫ ſolici
tudine cura et ſtudio plena ſit. Circa executionē exigit̄
volitio qua velimus inſiſtere operi ꝗ diu recta ratio di
ctabit eſſe inſiſtendū et pro nullo quod eſt contra rectā
rationē ab eo deſiſtere: ita ꝙ nec pro comodis nec pro
īcōmodis deſereret op⁹. Incōmoda nos āt retrahētia
ab opere ſunt duplicia, quedā ſunt que ipm opus ex ſe

Duplicia cōmoda.

habet ānexa ſicut labor periculū mortis vulnera dolo
res et hmōi. Alia ſunt extrinſeca ⁊ nō de ſe annexa opi
vt cōminatiōes potentū odia priuationes facultatum
Et licet aliquādo eadē incōmoda ſint annexa opi ⁊ ex-
trinſeca: alia tamen ratione dicunt̄ extrinſeca et alia
annexa operi. et cum eis conuenit iſta duplex ratio: ha
bet vim duplicis incōmodi, vt fortitudo habet annexū
periculū vulnerū et mortis ex ſe. Cōtingit etiam ꝙ hoc
idem habet ab intrinſeco vt cum michi aggreſſuro bel
lum aliquis princeps magnus cōminat̄ mortē vel exi-
lium, etiam quicqđ acciderit in bello ſi illud bellū ag-
grediar. cōmoda autē retrahētia ab opere arduo ſūt
pollicitatiōes et ꝓmiſſiones magnorū munerū, vel eti
am munera que tribuunt̄ hoc opus aggreſſuris vt nō
aggrediantur illud. Tunc dico ꝙ volitio qua volo nul-
lo modo deſiſtere ab opere pro quibuſcūꝫ īcōmodis
extrinſecis ſignificat̄ a Tullio per patientiā, ⁊ execu-
tio etiam cōformis. volitio autem et executio qua volo
nec pro quibuſcūꝫ cōmodis nec pro quibuſcūꝫ incō-
modis operi ex ſe annexis deſiſtere ab opere ſignifica-
tur a Tullio per ꝑſeuerantiā. Macrobius patiētiam
et ꝑſeuerantiā reſpectu incōmodorū appellauit tolle-
rantiā. ꝑſeuerantiā vero ex parte cōmodorū appella-
uit conſtātiā. Andronicus vero et patientiā ⁊ ꝑſeueran
tiam appellauit ꝑſeuerantiā. Sub qua etiam continet̄
(vt dictum eſt) conſtātia que a Macrobio ponit̄. Ari.
autem has partes aliter aſſignaret, poneret enī fidu-
ciam, magnificentiā, continētiā, tēperantiā, ⁊ heroicā
fortitudinē. ꝙ ponat fiduciā patet ꝑ illud quod habet
in tertio, ſecūdo tractatu capitulo ſcđo Deſperās vtiꝫ
quis timidus om̄ia enī timet. Fortis autem cōtrarius,
in audendo enim bone ſpei vbi tranſlatio. Vtetur ita
habet preter enī fiduciam bonā ſpem habet. ꝙ autem
poneret magnificentiā non in illa ſignificatiōe in qua
accipit magnificentiā in quarto: ſed in ſignificatione
qua vtitur Tullius. Patet ꝑ diffinitionē magnanimi
tatis quam ꝑmo rhetorice ponit cum dicit, ꝙ magna-
nimitas eſt virtus magnorū operū factiua. Per cōtis

Cõtinen⸗ tia qd ſit nentiam intelligit volitionem qua volo perſiſtere
in opere fortitudinis/nec pro quocũqꝫ delectabili
vel q̃modo quod eſt contra rectam rationem deſi
Perſeue rãtia qd ſit. ſtere. Per perſeuerantiam autem intelligit volitio
nem qua volo inſiſtere operi et pro nullo incomo⸗
do ſiue extrinſo ſiue intrinſeco cuius tollerantia
non excedit communem facultatem hominum ab
Virtꝰ he⸗ roica qd ſit. opere deſiſtere. Per fortitudinem heroicam intel⸗
ligit volitionem qua pro nullo comodo vel incomo
do cuius etiam tollerantia eſt ſupra communem
hominum facultatem/volo ab opere deſiſtere. Eſtꝫ
autem fortitudo ſecundum temperantiam quando
omnes paſſiões que poſſunt retrahere ab opere for
te vel adminiſtratione arduorum eſſent ita cohibi⸗
ti et refrenate vt non plus notabiliter inſurgerẽt
ad impediendum opus contra iudiciũ rationis. Et
iſte modus Ariſ. videtur eſſe clarior ⁊ magis doctri
nalis. Cum autem vltimo locutus ſum de volitione
intelligo hec eadem de executione conformi illi vo
litioni. Ex quibus patet ꝙ ſecundum Ari. poneren
tur quattuor ptes fortitudinis/ſcilicet fiducia ma⸗
gnificentia continentia perſeuerantia. reſpectu
autem fortitudinis excellentis communẽ facultatẽ
hominum adderetur heroica fortitudo: ſed quia il
Nota. la rara eſt ideo non enumerat eam cõmuniter au⸗
ctores. ¶ Septima concluſio. Iſte partes non ſolũ
ſunt partes fortitudinis ſed etiam multarum alia
rum virtutum. probatur quia in nullo genere vir⸗
tutis contingit ꝙ diffidens vel deſperans nec ꝙ il
le qui propter comoda vel incomoda vt plurimum
deſiſtit ab opere habeat omnes habitus morales
reqſitos ad perfectũ opus illꝰ virtutis. ¶ Octaua
concluſio he partes magis neceſſarie ſunt in forti⸗
tudine q̃ in aliis. probatur quia vbi plus difficul⸗
tatis ineſt: ibi magis neceſſarii ſunt habitus prom
ptitudinem in nobis contra huiuſmodi difficulta⸗
tes facientes: ſed fortitudo eſt circa ardua et diffi⸗
cilima tanq̃ circa ꝓpriam materiam. Et huius ſen
tentie eſt beatus Thomas q̃ſtione. cxxviii. articulo
vnico in reſponſione ad tertium argumẽtũ/vbi di⸗
cit ꝙ aggredi quaſcunqꝫ magnas res videtur eſſe
periculoſum quia in his deficere eſt valde nociuum
vnde etiam ſi magnificentia et fiducia circa quecun
qꝫ alia magna opera vel aggredienda ponatur: ta
men habent quendam affinitatem cum fortitudine
ratione periculi imminentis. ¶ Nona concluſio.
Oẽs iſte ptes ſũt ptes fortitudis ſubiectiue ꝑmomõ
accepte. pꝫ q: q̃lꝫ hmõi ps ſignificat actꝰ vl' habitꝰ
alicuiꝰ ꝟtutis ⁊ nõ niſi fortitudis igit: hoc tñ itel⸗
lectũ volo de teris ſignificãtibꝰ ⁊ nõ de rebꝰ ſigniſi
catis q̃a eẽ totũ vel partẽ hoc modo nõ cõuenit niſi
rebus q̃ nõ ſunt ſigna. Si q̃ras vtrũ fortitudo ha⸗
beat aliquas ptes potẽtiales? Reſpondeo ꝙ pars
potentialis accipit tripl'r vno modo pro vna q̃lita
tum actiuarum vel paſſiuarum que dicitur potẽtia
realiter in exñte rei cuiꝰ eſt potentia. Sicut ſi intel⸗
M lectus eẽt res diſtincta ab aĩa mediante q̃ aĩa ĩtel⸗
ligeret: intelleitus vel intellectiuũ diceret potentia
aĩe. Siſ'r de potentia ſenſitiua ⁊ vegetatiua. Et hoc
mõ dico ꝙ nec fortitudinis nec virtutis nec rei cu⸗
iuſcũqꝫ ſũt aliq̃ ptes potẽtiales. q: nulla penitꝰ ne⸗
ceſſitas nec ex auctoritate nec ex ratiõe nec ex expiẽ
tia cogit ponere hmõi potẽtias tãq̃ q̃litates ſuper
additas exñtie rei. Scdo mõ accipit potẽtia ꝓ re ſꝫ
ꝙ põt aliqd agere vl' pati ⁊ ps potẽtialis ꝓ re ſm
ꝙ põt agere vl' pati vnũ de multꝭ q̃ põt agere vl' pa⸗
ti/ſicut aĩa ſcðm ꝙ põt agere vl' pati eſt potẽtia/ſꝫ
vero ꝙ põt intelligere qð eſt vnũ de his q̃ pñt age⸗
re vel pati ps potentialis/⁊ ſcðm ꝙ põt ſentire dr
etiam pars potentialis/et ſcðm ꝙ poteſt vegetare
dicitur pars potentialis. Et hoc modo vnus ha⸗
bitus fortitudinis qui poteſt in multos actus: ſcðꝫ
ꝙ poteſt in actum dicitur eſſe potentia ſecũdum ꝙ
poteſt in vnum eorum dicitur ps potentialis. verbi
gratia fortitudo/ſcðm gradũ pſeuerantie ſcðm ꝙ põt
inclinare ad agendũ vel patiendũ fortia dicitur potẽ
tia: ſecundũ ꝙ põt inclinare ad deſideriũ magnorꝫ di
citur vna pars potentialis: ſecundũ ꝙ poteſt inclina
re ad impandũ magna ⁊ ardua dicitur alia pars po
tentialis ſcðm ꝙ põt inclinare ad exequendũ ⁊ ope⸗
randum magna dicit' alia pars potentialis. Tertio
modo accipit pars potẽtialis ſcðe intentional'r ⁊ ſi
militer potentia et tunc potentia non eſt aliud q̃ ſi⸗
gnum ſignificans rem aliquã ſm ꝙ põt agere vel pa
ti. Pars vero potentialis eſt terminꝰ ſignificans rem
illam ſecundũ ꝙ poteſt vnum de multis agere vel pati
Et hoc mõ ptes potẽtiales ꝯmunit' ſunt termini infe
riores ad potentiã vt vegetatiuũ ſenſitiuum ⁊ intelle⸗
ctiuum ſunt partes potẽtiales. Et iſtud tertiũ mẽbrũ
vtile eſt ad intelligendũ multas ſententias doctorꝫ
antiquorũ qui ꝓpter modũ loquẽdi eorum nõ poſſũt
aliter in veritate ſaluari. ꝑ hoc eñi apte ſaluatur quõ
vnius rei ſunt multe potẽtie ⁊ diſtincte ſm ꝙ dicit cã
cellarius piſieñ. iohãnes de gerſono. Potẽtie anime
ſunt multe non re ſed nõibus diſtincte. Secundũ hũc
modũ dicimus ꝙ fortitudo habet partes potẽtiales
hoc tertio mõ. Nam accipiat habitus fortitudis ſm
gradũ pſeuerantie ꝯſtat ꝙ iſte habitus põt eſſe prin
cipiũ eliciendi volitionẽ operum fortiũ ⁊ imperiorꝫ
operũ fortiũ. ⁊ poteſt facere iclinationẽ ad pſiſtẽdꝫ
in actu inter duros labores ⁊ graues penas ⁊ varias
paſſiones dolorũ. ideo ptes eius potẽtiales poſſunt
eſſe iſte volitionũ operum fortiũ/impatiuũ operũ for
tium/pſeueratiuũ in operibus fortibus. et ſimilia ſi
quos alios actus ille habitus habeat. ¶ Contra ſe⸗
cundam ꝯcluſionem arguit ſic. Fortitudo ꝓprie dicta
eſt circa materiã valde ſpecialẽ: ergo fortitudo ꝓprie
dicta nõ cõtinet ſub ſe plures fortitudies ſpẽ drñtes:
ſꝫ fortitudo nõ habet partes ſubiectiuas. Ad hãc ra
tionẽ reſpondeo ꝯcedẽdo añs/⁊ negãdo ꝯſequentiã
q: circa eandẽ materiã q̃tũcũqꝫ ſit ſpecialis pñt eſſe Tho. ⁊. ⁊ q̃ſti. 1⁊8.
actus moraliter boni ſpecie diſtincti quare ⁊ habitꝰ
moraliter boni ſpecie diſtincti. Añs ꝓbatur ex dictis
eiuſdẽ doctoris. Fiducia magnificẽtia patiẽtia ⁊ pſe⸗
uerantia circa materiã fortitudinis actus bonos ſpe
cie diſtinctos: alias vt iam frequẽter dictũ eſt tres eo
rum ſuperfluerẽt. ¶ Secundo circa materiã fortitudi
nis reperiunt iſta quattuor ⁊ ſunt habitus boni ⁊ ſpe
cie diſtincti ⁊ ꝯtinnẽtur ſub fortitudine ſicut inferio⸗
ra ſub ſuperiore q: fidutia in materia fortitudinis
eſt diſtincta ſpecie a fiducia in materia iuſticie aut tẽ
perantie ergo ſunt partes ſubiectiue fortitudinis.
Quod ſint boni habitus ꝯſtat. Quod ſint ſpecie di⸗
ſtincti patet/quia aliter non eſſent diuerſe partes in
tegrales. quod eſt contra eundem doctorem. Tho⸗
mas enim non aſſignat eas diuerſas tanq̃ partes
integrales/nec tanq̃ partes vnigeneas: ſed tanq̃
partes etherogeneas ad actus etherogeneos incli⸗
nantes. ꝙ autem contineãtur ſub hoc communi forti
tudo/tanq̃ inferiora ſub ſuperiore ꝓbatur ꝯtinentur
tanq̃ inferiora ſub hoc cõmuni virtus: ⁊ nõ imediate
vt ꝯſtat: ergo ꝯtinent' ſub vno genere virtutis vel ſub
diuerſis: ſed nõ ꝯtinẽtur ſub diuerſis quia loquor de
fidutia magnificẽtia ⁊ huiuſmodi nõ q̃buſcũqꝫ ſed de
his que ſunt circa materiam fortitudinis: ergo cõ
tinentur ſub vno genere virtutis et non ſub alio a
fortitudine. ergo cõtinẽtur ſub fortitudine ſicut in⸗
feriora ſub ſupiore. Neqꝫ mireris de hoc modo lo⸗

quendi quem hic obſeruo quia in hoc cõformo me modo loquendi doctoris illius cuius opinionẽ improbo. quia vt iam dictũ eſt continere vel contineri per modũ ſuperioris aut inferioris non conuenit niſi rebus que ſunt ſigna. Et confirmatur hec ratio ex dicto eiuſdem doctoris. q. cxxviii. qui de iſtis q̃ttuor dicit ꝙ ſi coartentur ad ꝓpria materiam fortitudinis ſcꝫ ad pericula mortis ſunt quaſi partes integrales. Si autem referant̄ ad alias materias ſunt virtutes adiuncte fortitudini diſtincte ab ea ſecundum ſpeciem. Ex quibus verbis arguo ſic iſte q̃tuor virtutes coartate ad materiam fortitudinis non ſunt virtutes adiũcte fortitudini. hoc eſti licet non dicat conſtat tamen apud omnẽ recte intelligentem ꝙ ipſe illud intelligit, nec ſunt virtutes omnino ſeparate a fortitudine: quia tunc nullomodo deberẽt dici ꝑtes itegrales ei9 ꝗ ſũt v̾tutes ſub fortitudine ꝯtẽte. Preterea q̃cũqꝫ ſũt diſticta int̄ ſe ſpẽ ⁊ nõ ſũt diſticta ſpẽ a fortitudine ſunt diuerſe ſpecies contente ſub fortitudine. Sicut quecunqꝫ ſunt inter ſe diſtincta ſpecie et non ſunt diſtincta ſpecie ab alijs ſunt ſic ꝙ nec ambo nec alterum eorũ ſpecie diſtinctum ſit ab alijs, illa pertinent ad diuerſas ſpecies ſub alijs contentas. ſed iſta quatuor diſtinguuntur ſpecie inter ſe vt conſtat et iam probatum eſt, et non diſtinguuntur ſpecie a fortitudine vt innuit cum dicit ꝙ quando ſunt circa aliam materiam tunc diſtinguuntur ſpecie a fortitudine. Neqꝫ tamen dico conſequentiam illam, quia hec ex dicto eius infertur bona eſſe ſꝫ in hoc ſenſu dicta ſua a legentibus accipi. Preterea iſta quatuor nec ſũt eadem ſpecie cum fortitudine, nec diſtincta ſpecie a fortitudine, et ipſa ſũt ſpecies. ergo fortitudo nõ eſt ſpecies ſpecialiſſima. ergo fortitudo eſt genus iſtoꝝ. ꝙ non ſint eadem ſpecie ſpecialiſſima cum fortitudine probatur non ſunt eadem ſpecie ſpecialiſſima inter ſe. ergo non ſunt eadem ſpecie ſpecialiſſima cum fortitudine. da oppoſitum conſequentis ſunt eadem ſpẽ ſpecialiſſima cum fortitudine ſtatĩ ſequitur oppoſitũ antecedẽtis. ergo ſunt eadẽ ſpecie ſpecialiſſima inter ſe. ergo non ſũt diſtincta ſpẽ a fortitudine ꝓbatur quia q̃cũqꝫ ſunt diſtincta ſpecie a fortitudine continentur ſub iuſticia vel ſub tẽperantia et ſic de alijs generibus virtutum: ſed fiduciã magnificentia ⁊c. q̃ ſunt circa materiã fortitudinis (quia de alijs non loquor) nõ cõtinentur ſub iuſticia nec ſub temperantia ⁊ ſic de alijs virtutib9 a fortitudine: ergo nõ ſũt diſtincta a fortitudine. ⁊ ita patet probatio añtis ꝓ vtraqꝫ parte. conſequẽtia autem prima ꝓbatur, q̃cunqꝫ multa quoꝝ quodlibet eſt ſpecies vel ſunt eadem ſpecie vel diſtincta ſpecie ſecunda conſequentia. probatur quia fortitudo. et iſta quattuor ſub eodem genere continent̄ ſcꝫ ſub virtute: et non eque immediate quia fortitudo, nec genere, nec ſpẽ ab eis diſtinguitur. ergo vel fortitudo continetur immediati9 q̃ iſta q̃tuor: vel iſta quatuor aut aliqđ eoꝝ immediati9 continetur ſub virtute q̃ fortitudo. ſed nec iſta quattuor nec aliquod eorum continetur immediatius ſub virtute q̃ fortitudo. q̃a tunc fortitudo eſſet pars ſubiectiua aliquoꝝ iſtoꝝ quattuor vel cuiuſlibet eorum ergo fortitudo imediati9 cõtinet̄. ſꝫ inter oĩa gña ⁊ ſpẽs ꝯtẽtas ſub aliquo cõi illđ eſt cõius qđ eſt illi cõi ꝓpiqui9 ⁊ imediati9. ꝗ fortitudo eſt cõe gen9 ad iſta q̃tuor ⁊ ꝯtinẽtur iſta q̃tuor ſub fortitudĩe ſicut ſpẽs ſub gñe. Cõtra nonã ꝯclõnẽ arḡ ſic. fiducia nõ ẽ aliđ q̃ ſpes. ſꝫ ſpes nõ ꝑtĩet ad fortitudinẽ ſꝫ põit̄ ꝑ leuirtus igit̄. Secũdo fortitudo facit hominem bene ſe habere circa pericula. ſed magnificentia et fiducia non

Excuſatio auctoris de inepto mõ loquẽdi.

Contra tho. ex ꝓprijs dictis arḡ.

Reſolutio auctoris.

importãt aliquã habitudinẽ ad pericula ergo magnificentia et fiducia non ſunt ſpecies fortitudinis. Tertio patientia eſt omino eadem fortitudini: ergo non eſt ſpecies fortitudinis. antecedens patet quia importat difficilium perpeſſionem. ſecundum tulliũ hoc autem importat fortitudo. Quarto illud quod reperitur in qualibet virtute nõ debet poni pars alicuius ſpecialis virtutis. ſed ꝑſeuerãtia reperit̄ ĩ q̃lib3 virtute dicit̄ enim Mathei. xxiiii. qui perſeuerauerit vſqꝫ in finẽ hic ſaluus erit. Ad primã reſpõdeo ꝙ ſpes q̃tum nũc ſufficit quadruplicit̄ accipit̄ vno mõ pro deſiderio vite eterne cũ eſtimatiõe habendi eã ex gratia et meritis ⁊ iſta eſt virt9 theologica. ſcđo modo pro deſiderio circa difficilia cũ eſtimatiõe bene ſe hñdi circa ea et ſic eſt omni virtuti morali cõis. Tertio modo pro deſiderio circa adminiſtrationẽ arduiſſimorum et difficilimoꝝ. et ſic eſt pars ſubiectiua fortitudinis cõiter dicte. Quarto mõ ꝓ deſiderio circa pericula bellica cũ eſtimatione bene ſe habendi circa ea e ſic eſt pars fortitudinis ſtricte accepte quam noĩe fidutie tullius appellauit. cum autẽ dixi in ſcđo membro ꝙ eſt omni virtuti morali cõmunis: ego hoc ſic non intelligo ꝙ ipſa tanq̃ cõe quoddã ꝑdicet̄ de qualꝫ virtute cõmuni: ſed ꝙ ipſa in illa ſignificatione continet multas ſpẽs et ad quãlibet virtutẽ earũ aliq̃ ꝑtĩnet ꝓportionabilit̄ intelligẽdũ eſt qđ dictũ eſt in tertio mẽbro. Ad ſecundã cõcedo maiorẽ: ⁊ nego minorẽ ſi intelligatur vniuerſaliter. aliqua eñi magnificentia puta illa que eſt factiua magnoꝝ circa materiã fortitudinis ⁊ ſimilit̄ aliqua fiducia importat habitudinẽ ad pericula bellica cũ quo tamẽ ſtat ꝙ aliqua magnificentia puta illa q̃ eſt circa materiã liberalitatis non ĩportat habitudinẽ ad ꝑicula niſi eſſet in gradu ꝑſeuerãtie ꝯſtituta ſicut poſtea dicet̄. Ad tertiã nego antecedẽs, q2 nõ ſunt eadẽ ꝯuertibilit̄ nõ volo tamẽ facere vim in ſermõe q2 argumẽtũ petit aliam difficultatem. et ad ꝓbationẽ dico ꝙ patiẽtia importat difficilium extrinſecorũ ꝑpeſſionẽ. ſed fortitudo preter hoc importat actũ ſperandi actum magña faciẽdi ⁊ actũ ꝑſeuerãdi quos non importat patientia. Ad quartẽ dico ꝙ ꝑſeuerãtia accipit̄ tripliciter. vno mõ accipitur pro ꝯtinuatione actus boni q̃ diu recta ratio dictat ipm eſſe ꝯtinuãdũ: ⁊ ipſa reperit̄ in omni virtute imo etiã requirit̄ volitio hmõi ꝯtinuatiõis. ſecundo modo accipitur ꝑſeuerãtia pro ꝑſiſtẽtia in bono opere ⁊ nolitione ceſſandi ab eo ꝓ quacũqꝫ moleſtia vel incõmodo, pro quo recta ratio dictat non eſſe deſiſtendum et hoc modo in omni virtute morali reperitur ꝑſeuerantia. Tertio modo accipit̄ ꝑſeuerantia pro ꝑſiſtẽtia in operibus arduis cũ nolitione deſiſtendi ꝓ quocunqꝫ incõmodo actui intrinſeco vel actui de ſe annexo, ⁊ hoc modo eſt ſpecies fortitudinis ꝯmunit̄ dicte quarto mõ accipit̄ pro perſiſtentia ĩ opibus bellicis cum nolitione deſiſtẽdi pro quocũqꝫ incõmodo intrinſeco operi ⁊ ſic eſt ſpẽs fortitudinis bellice. ¶ Ad rationẽ ante oppoſitum ꝯcedo maiorem de forma ſimplici que eſt vna numero ⁊ de diuiſione in ꝑtes diuerſarum rationum: ſed nego de forma que eſt vna tantum vnitate aggregationis ⁊ de forma vna ſimpliciter ⁊ de diuiſione in partes eiuſdem rationis. et iſta patuerunt in concluſionibus.

B

Differũt fortitudo et patientia.

Poſtq̃ tractauimus de prima ſpẽ fortitudinis ꝯmunit̄ accepte ſcꝫ de fortitudine ſtricte accepta ꝯſiter tractãdũ ẽ de ſecunda ſcꝫ de magnanimitate. Et ꝑmo quidẽ de ea ⁊ ſpeciebus eius. ſcđo de vicijs oppoſitis. ¶ Circa igit̄ magnanimitatẽ. ¶ Queritur primo, Vtrum magnani‑

nimitas ſit circa magnos honores. arguitur ꝙ nõ magnanimus magis contempnit honores q̄ appetit. ergo magnanimitas non eſt circa magnos honores. In. Oppoſitum eſt quod dicit. Ariſtote. tertio ethicorum ꝙ magnanimitas eſt circa magnos honores. Pro reſponſione ad queſtionem. Notandum eſt ꝙ per honorem nos poſſumus tria intelligere

Triplex honoris acceptio

vnomodo adminiſtrationẽ laudabilem negotiorum arduorum et difficilium. Secundo mõ poſſumus intelligere per honorem aliquid quod exhibetur in ſignum huius modi virtuoſe adminiſtrationis. Tertio modo accipitur pro opinione laudabili q̄ ex huiuſmodi ſignis virtutũ exhibetur generatur et naſcitur. ſecundomodo accipitur prope honor: Et primo rethorice diſtinguit Ariſto. honorem hoc modo acceptum a bona opinione et vtrũq; enumerat inter partes felicitatis. Magne adminiſtrationis et ardue ſunt honorabiles dupliciter vno modo quia non cõmittũtur a prudentibus viris niſi his qui eſtimantur magnis honoribus digni. alio modo quia harũ rerum virtuoſa adminiſtratio reddit hominem magnis honoribꝰ dignũ Econtrario enim huius modi adminiſtratio poteſt dici vituperabilis ſi vicioſe et imperite geſta ſit huiuſmodi autem res honorabiles ſunt duplices. q̄dam ſunt q̄ habent magnas vtilitates adiunctas aut alia magna commoda ſicut ſunt officia dignitates potentatus regna dominia diuina. alia ſunt quibus non ſunt huiuſmodi commoda adiecta ſꝫ bene et virtuoſe gerentibus debetur honor. Itẽ rerum honorabilium alie ſunt per ſe honorabiles, et tales ſunt opera virtutum, Alie vero ſunt honorabiles non per ſe, ſed ex operatione adminiſtrantis.

Expoſitio diffinitionis Ariſtotel

honor ſecundomodo diffinitur ab Ariſtot. ſic. Honor eſt benefactiue opinionis ſignũ, q̄ diffinitio dupliciter poteſt exponi vnomodo ſic honor eſt ſignum ꝑ quod honorans oſtendit ſe opinari ꝙ ille cui honorem impendit eſt benefactiuus. Aliomodo ſic. honor eſt ſignũ quo honorãs oſtendit ꝙ ille quẽ honorat habet opinionem benefactiuam eo ꝙ habeat voluntatẽ et ſcientiam bene faciendi. Eſt tamen aduertendum ꝙ beneficentia accipitur dupliciter. vnomodo generaliter pro quacũq; impenſione beneficii ſiue per actum virtuoſum ſiue per actũ vitioſum. Alio modo accipitur beneficentia ꝓ impenſione beneficii virtuoſa et laudabili, et ita honor accipitur dupliciter. vnomodo pro ſigno benefactiue opinionis primo modo, et hoc modo tiranni et multi prelati aut princeps iniqui honorantur quia multi tales preſtant multis magna beneficia et etiam preſtare poſſunt. alio modo accipitur honor pro ſigno benefactiue opinionis ſecundomodo. et hoc modo propter ſolum actum virtutis impenditur honor et ſolum impẽdit̃ eis q̄ bñficia vel preſtiterunt vel preſtare poſſũt. Secundũ illð. Ari. Honorãtur aũt iuſte q̄dẽ maxīe q̄ bñficia p̄ſtitert̃ nõ ſolũ ſed honorat̃ etiã qui poteſt beneficiare. Et docet conſequenter quid per beneficentia intelligat. Beneficentia autẽ que ad ſalutem ⁊ quaſcunq; cauſas eſſendi ad diuitias aut ad aliquid aliorum bonorum quorum non eſt facilis poſſeſſio aut totaliter aut hic aut tunc. Multi enim propterea que videntur parua honorẽ adiſpiſcuntur: ſed modi ⁊ tempero ſunt cauſe Ex quo patet ꝙ beneficentia eſt impenſio bonorum que magna ſunt vel ſecundum ſe vel ex circunſtantia modi loci vel temporis. Nam etiam quis dicitur aliquando beneficus qui tamen impendit parua: ſed vt dicit Ari. circunſtantia modi loci vel temporis ſunt cauſa ꝙ illud quod in ſe eſt paruũ reputetur magnũ.

Beneficētia q̄d ſit

ꝙ autem honor proprie dictus ſolum debeatur beneficentie virtuoſe probat Buridanus propter beneficium impenſum debetur honor: ſed ad hoc ꝙ aliquid ſit beneficium non ſufficit ꝙ bonũ fiat: ſed requiritur ꝙ benefiat, quia beneficiũ cõponitur ex bene ⁊ facere ⁊ nõ ex bono ⁊ facere ergo malus inquantum malus non eſt benefactiuus nec beneficii impenſiuus.

buridanꝰ 4. ethi. q̄. nona.

Probat ſecundo auctoritate Senece dicentis. Non poteſt beneficiũ manu tangi. ſed animo geritur: multum intereſt inter materiam beneficii et beneficium. Non enim aurum vel argentum beneficium eſt, ſed ipſa tribuentis voluntas. Itaq; non quid detur aut quid fiat refert: ſed qua mente beneficium non in eo quod fit, aut quod datur conſiſtit: ſed in ipſo dantis aut facientis animo. Hec tamen Senece verba multipliciter exponi poſſunt vno modo ꝙ aurũ ⁊ argentum nullo modo ſint beneficia: et ſic non videtur michi verum quicquid enim eſt bene tributũ vel impenſum alteri, vt ſit ſibi cauſa ſalutis vel cauſa eſſendi, vel auferendi ab eo paupertatem, aut eſt de numero eorum quorũ poſſeſſio ē difficilis, illud eſt beneficiũ ſiue beneficentia, ſed aurum ⁊ argentum ſunt huiuſmodi, ergo ſunt beneficiũ. Scðo actus ipſe volũtatis nõ eſt id qð alteri confert̃ neq; eſt id quo alteri ſuccurritur: ergo non eſt beneficentia. ¶ Tertio poſito ſolo actu voluntatis et quolibet alio remoto nõ eſt beneficentia: ergo actus voluntatis non eſt beneficentia beneficentia enim videtur actum exteriorem importare. Alio modo poſſunt intelligi ꝙ aurum et argentũ non habent ex ſe ꝙ ſint beneficentia: ſed habẽt ex animo id eſt ē actu voluntatis ipſiꝰ dantis. Et in hoc ſenſu concedo. Aurum enim et argentum aliquando ſũt mutuum: Aliquando ſunt donatio et beneficentia aliquando nullum horum, vt cum vel retinentur apud poſſidentem, vel transferimus cauſa emptionis alicuius: et ita cum traditio eorum ſubordinatur volitioni benefice vel datiue: ſunt beneficentia: cum ſubordinatur volitioni mutuatiue: ſunt mutuum: cum volitioni ſolutiue ſunt ſolutio. ꝙ ergo ſint beneficium vel beneficentia non habent ex ſe: ſed habent hanc denominationem a volitione dantis. Et aliquando ſũt virtuoſa beneficentia et laudabilis: quando volitio dantis eſt virtuoſa: Aliquando vero vicioſa, quando ſcilicet huiuſmodi volitio eſt vicioſa propter aliquam circunſtantiam. ꝙ aũt ſũt magnũ beneficiũ poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſecundum denominationem intrinſecam ⁊ hoc modo q̄ñ hmõi data ſunt: ſecundum ſe magna dicuntur eſſe magnum beneficium. Secundo modo ſecundum denominationẽ extrinſecam. Et hoc tripliciter. Vno modo quando ſumitur denominatio ab effectu quem circa eum cui tribuitur beneficium faciunt, ſicut cum per id ſibi multum bene eſt aut a multa et graui miſeria releuatur. Secundo quando ſumitur denominatio ab aliqua circunſtantia propter quam vel erat multum difficile, vel erat multum neceſſarium illud preſtare. Tertiomodo quando ſumitur denominatio a magnitudine actus voluntatis, quia ſcilicet ex actu voluntatis multum magno hoc tributum eſt. Et ſecundum hanc diſtinctionem exponende ſunt multe auctoritates veterum que ſibiinuicem contrarie videntur.

multiplex expoſitio dicti ſenece.

Bñficiũ q̄mõ dicit̃ magnũ.

Actus tamen voluntatis dicitur magnus dupliciter Vno modo propter multitudinem partium intrinſecarum. Et hoc modo actum eſſe magnũ nõ eſt alið q̄ ipſum: eſſe multum intenſum. Aliomodo actus dicitur magnus ratione obiecti non cuiuſcunq; ſed illius gratia cuius immediate et per ſe nata eſt fieri beneficentia. hoc autem obiectum eſt bene eſſe illius cui aliquid tribuitur, qui enim beneficus eſt in alium

Actꝰ voluntatis q̄lr dr̃ eẽ magnus

pꝛimo vult ſibi bene eſſe / et vt ſibi bene ſit tribuit ſibi aurum vel argentum vel aliquid aliud. volitio ergo dicitur magna qua ego volo ſibi multū bene eſſe / parua aūt ecõtrario. hec aūt diſtictio neceſſaria eſt: quia auarꝰ amico ſuo in neceſſitate poſito actu voluntatis intenſioꝛe benefacit in paruo q̄ in multo / et tamen non pꝛopter hoc dicitur beneficentioꝛ immo minus beneficus. Pauper aūt ⁊ diues interdū volunt bene eſſe alicui ſed pauper vult ſibi melius eſſe q̄ diues: non tñ tātū tribuit q̄tum diues: in tali caſu adhuc pauper eſt beneficentioꝛ quia beneficiū ſuum pꝛocedit ex maioꝛe. i. intenſioꝛe actu volūtatꝫ modo ſupꝛa expoſitio. et licet non plus tribuat denominatione ſumpta ex magnitudine rei tribute plus tamen tribuit denominatione ſūpta ex difficultate tribuendi pꝛoueniente ex circunſtantia perſonarum: eſt enī pauperi difficilius tribuere decē: quā diuiti tribuere centū: ⁊ quia facit dationē difficilioꝛē q̄ diues. ideo veriſimile eſt / ꝙ aut vult illi melius eſſe aut intenſioꝛi affectu vult ſibi bene eē q̄ diues. Aduertendū vlterius ꝙ datur alia diffinitõ honoꝛis honoꝛ eſt exhibitio reuerentie in ſignū virtutis. de qua diffinitione dicit buridanus ꝙ ſi differat iſta diffinitio a diffinitione. Ariſt. illa que eſt Ariſto. eſt melioꝛ Pꝛobat quia per diffinitionem Ariſt. diffinitur ipſe honoꝛ / per iſtam vero non diffinitur ipſe honoꝛ ſed honoꝛatio. Pꝛo quo notat ꝙ duplex eſt honoꝛatio quedam eſt poſtq̄ nichil in re remanet quod ſit ſignū virtutis vt genuflexio capitis inclinatio. et in iſta non differt honoꝛatio realiter ab honoꝛe. Alia eſt honoꝛatio poſtq̄ aliq̄d pꝛemanet quod eſt ſignum virtutis. vt conſtructio templi imaginis et in iſtis differt honoꝛatio ab honoꝛe. poſt enim conſtructionem templi remanet templi conſtructū: et poſt compoſitionem imaginis remanet imago. Concluſio Buridani bene michi placet ſed non ratio quia qui contradicere vellet diceret ꝙ exhibitio non eſt aliud q̄ res exhibita / et ita dicerent ꝙ vbi poſt actum nichil remanet in re ꝙ ille actus ē honoꝛ: vbi vero poſt actuꝫ aliq̄d remanet in re: ipſi dicerent ꝙ illud quod remanet eſt honoꝛ / et ꝙ exhibitio non eſt niſi res exhibita et conſtructio templi non eſt aliud q̄ templum conſtructum aut pars templi conſtructa cui alia ſuccedit conſtruenda et hoc cum conſtructio verificatur de templo pꝛo menſura aliqua pꝛo qua eſſe non verificatur de eo / quia ſi ſimul per aliquā potentiā cõſtrueretur tunc conſtructio templi eſſet ipſa res conſtructa pꝛo pꝛimo inſtanti pꝛo quo eſt. Videt̄ tñ michi ꝙ diffinitio Ari. ſit melioꝛ et ꝙ iſta ratio diffini ꝑ genus illud quod Ariſ. diffinit per ſpēm ita tamen ꝙ per hoc diffinitio iſta ſecunda eſt in plus q̄ diffinitum. Pꝛo quo eſt notandū ꝙ ſm Ariſ. non cuilibet vtuti debetur honoꝛ ſed tantū virtuti benefactiue: nam homini caſtiſſimo vel temperatiſſimo nõ impēditur ꝓpter caſtitatē honoꝛ. Sed ſi impendit̄ ſibi: hoc eſt quia ſpamus ꝙ p̄cibus nos ⁊ oꝛonibꝫ apud deū iuuabit qđ ſit per vtutē benefactiuam / ⁊ apud antiquos conſtructiões temploꝝ imagines ꝑmoꝛditas ſedis nõ inſtituebātur alicui ꝓpter vtutem qualibet ſed tantū ꝓpter bñficia impēſa vl' populo vel toti reipu. vel aliis indigentibus. nõ dico tamē ꝙ pꝛopter hmōi virtutes q̄ ſūt ad ſe nõ debeatur honoꝛ: ſed dico ꝙ cõmuniter nõ impendebatur et qđ ſi aliquid fuiſſet impenſū pꝛopter talē virtutem: illud non fuiſſet ab Ari. appellatū honoꝛ: ſed tm̄ ea que impendebātur ꝓpter vtutē bñfactiuā. pꝫ per diffinitionē honoꝛis quā ipſe ponit. honoꝛ inquit eſt bñfactiue opinionis ſignū: Sed dr̄ ꝙ Ariſ.

Buri. q̄rto ethic. q̄ſtiõe nona.

Duplex honoꝛatio.

Nota.

hic appellat benefactiuā virtutē omnē illā virtuteꝫ que eſt bene opatiua. Cõtra hoc arguitur ꝑ illđ qđ immediate ſequit̄. Honoꝛantur aūt quidē iuſte maxime qui beneficia pꝛeſtiterūt: ſed honoꝛat̄ etiā qui poteſt beneficiare. Et ſequitur etiā beneficentia aūt que ad ſalutem ⁊c̄. Ex his foꝛmat̄ iſte ſillogiſmus / omnis honoꝛ eſt exhibitus in ſignū virtutis benefactiue ſed nõ oē exhibitū inſignū vtutꝫ ē exhibitū ī ſignū vtutꝫ bñfactiue. g̃ nõ oē exhibitū in ſignū virtutis eſt honoꝛ. et per conſequens diffinitio illa eſt cõmunioꝛ q̄ diffinitum. Scđo pꝛobo ꝙ non ſit eque bona quia ſecundum Ariſt. honoꝛ non eſt ſignū virtutis benefactiue ſed eſt ſignum eſtimationis ⁊ opinionis quā habēt hoies de virtute bñfactiua alterius. alias honoꝛ frequentiſſime eſſet falſum ſignum cum per ipſum aliquis ſignificaretur eſſe virtuoſus qui tamen eſſet multum vicioſus vicio oppoſito illi virtuti pꝛopter cuius eſtimationem ſibi impenditur honoꝛ. Et cum in rei veritate neſciunt homines communiter de alio a ſe an ſit vere virtuoſus an non: cum non habeant noticiam ſecretoꝛum coꝛdis a quibus dependendet bonitas actus exterioꝛi. Si honoꝛ deberet eſſe ſignum virtutis frequentiſſime contingeret vel ꝙ honoꝛ eſſet ſignum falſum / vel ꝙ id quod exhibetur ꝓ ſigno non eſſet honoꝛ. homies aūt honoꝛantes aliquē ſciunt de ſeipſis vtrum eſtiment eū cui illud impendunt benefactiuum vel non: ideo honoꝛ ab eis impenſus non eſt eis falſū ſignum. Et inde eſt ꝙ Ari. diffinit honoꝛem per eſſe ſignum non virtutis ſed opinionis benefactiue: vel vt habet noua tranſlatio eſtimationis benefactiue ⁊ vbi ꝙ pene vtitur iſto modo loquendi. Ex quibus infero pꝛimo ꝙ aliquid quod ab aliquibus exhibetur vt honoꝛ: ſecundum ſibi conſimile exhibetur ab aliis: vt dedecus. Patet de capitis inclinatione ⁊ genuflexione que cum multis exhibeantur vt honoꝛ: chꝛiſto tamen ⁊ nonnullis aliis ſanctis viris exhibita ſunt vt dedecus. infero ſecundo ꝙ aliquid idem ſimul ⁊ ſemel exhibetur vt honoꝛ et dedecus. pꝛobatur pꝛimo ex parte exhibentium ſit aliqua multitudo ciuium que debeat cõſtituere certam imaginem in memoꝛiam ſui pꝛincipis quem multi de illa multitudine exiſtimant virtuoſum et benefactiuum / et multi malefactiuum ⁊ cõmuni conſenſu conueniant in certas ꝓtractiones imaginis que apud vnam partem multitudinis deſignēt eſtimationem virtutis et apud aliam deſignent eſtimationem vicioꝛum. quia huiuſmodi pꝛotractiones ſunt ſigna multum equiuoca virtutum ⁊ vicioꝝ ⁊ maxime quando virtutes et vicia habet inter ſe vicinitatem vt pꝛodigalitas et liberalitas / frugalitas et auaricia / ſuperbia et magnanimitas / ꝑſeuerātia et pertinentia conſtat enim ꝙ hec imago eſt honoꝛ qꝛ eſt ſignum opinionis benefactiue et eſt dedecus. quia ē ſignum opinionis malefactiue. Secundo pꝛobatur ex parte partium eius rei que eſt honoꝛ. nam poſſibile eſt ꝙ pꝛinceps ille eſtimetur ab omnibus in aliquo benefactiuus et in aliquo malefactiuus / et ꝙ ciues conſtituentes ſibi ymaginem / ꝑ aliquas partes ymaginis velint repꝛeſentare eſtimationem quam habēt de eius bñficiis ⁊ per alias eſtimatiões quam habent de eius maleficentia: ergo eadem res erit ſecundum diuerſas partes honoꝛ et dedecus. ¶ Confirmatur quia eadem oꝛatio ſiue ſoluta: ſiue metris ſiue numeris aſtricta poteſt pꝛo vna parte continere virtutes alicuius: et pꝛo alia parte vicia vt conſtat: et tamen huiuſmodi oꝛationes laudatiuas. Ariſtoteles reponit inter partes honoꝛis. ſimiliter eadem oꝛatio poteſt continere laudem vniꝰ ⁊ vitia alteriꝰ ſicut oꝛatio Plinii ad Traianum continet laudes immenſas

Nõ cuiꝫ opationi vtuoſe debetur honoꝛ

Coꝛrelarium.

traiani et vitia nõnullozum imperatozum pꝛecedẽ
tium. Infertur tertio ꝙ virtus non eſt cauſa hono-
Ꝓ ris ſicut vult Buridanus: ſed eſtimatio virtutis. ꝓ
Burida. batur honoꝛ non eſt ſignum virtutis ſed eſtimatio
vbi ſup. nis benefactiue virtutis. ergo nõ eſt virtus ſed eſti
matio virtutis benefactiue cauſa honoꝛis. Signuꝫ
enim pꝛopꝛie eſt ꝙ natum ex aliquo ipſum oſtendit
vt vult Quintilianus in Inſtitutionibus. placet ta
men michi diſtincto Buridani qua dicit ꝙ honoꝛ
accipitur tripliciter vnomodo q̃tum ad cauſam,
et hec eſt eſtimatio virtutis benefactiue. Non enim
quibuſcunqꝫ virtuoſis volumus afferre honoꝛem.
ſed his tantum quos eſtimamus benefactiuos. Se
cundo modo quantũ ad ſubſtantiam, et ſic honoꝛ
vt dictum eſt, eſt ſignum huiuſmodi exiſtimationis
Tertio modo q̃tum ad effectum et hic effectus ĩ eo
qui honoꝛatur eſt delectatio ſecundum illud Ari-
ſtotelis pꝛimo rethoꝛice. Et honoꝛ et complacẽtia
delectabiliſſimoꝛum pꝛopterea ꝙ fit fantaſſia vni
cuiqꝫ ꝙ talis eſt ſtudioſus. In aliis autem ab eo eſt
eſtimatio virtutis benefactiue vel bona fama vel
bona opinio de ꝟtute benefactiua alicuius. Et hec
dicta ſunt in cõmuni de honoꝛe. ¶ Pꝛima conclu-
ſio. Magnanimitas eſt pꝛimo et per ſe circa ma-
gnas et arduas ac difficiles adminiſtrationes.
Pꝛobatur pꝛimo per diffinitionem magnanimi-
tatis quam ponit Ari. pꝛimo rethoꝛice. Magna-
nimitas eſt virtus factiua magnoꝛum benefactoꝝ,
ex quo apparet ꝙ Ariſtoteles non diffinit magna
nimitatem per appetitum magnoꝛum honoꝛũ. ſed
per poerationem magnoꝛum benefactoꝛũ. Pꝛoba
tur ſecundo per eundẽ Ariſtotelem tertio ethicoꝛũ
Habet enim ꝙ magnanimus non parua pericula
neqꝫ frequenter adit ſed magna. Et capitulo eodẽ.
et paucoꝛum quidem operatiuum ſed magnoꝛũ et
nominabiliũ ⁊ multa ſimilia habet. Pꝛobatur ter
tio auctoꝛitate ciceronis libꝛo pꝛ̃o de officiis vbi
Cicero loquens de foꝛtitudine dicit ſplendidiſſimum gen⁹
honeſtatis videri quod animo magno elatoqꝫ hu-
manas res deſpiciente factum ſit. Et paulo poſt,
ſed ea animi elatio que cernitur in periculis ⁊ la-
boꝛibus: ſi iuſticia vacat pugnat qꝫ non pꝛo ſalute
communi. ſed pꝛo ſuis commodis in vicio eſt. adit.
diffinitiõ Itaqꝫ pꝛobe diffinitur a ſtoicis. Foꝛtitudo cum eaꝫ
ſtoicoꝛũ. virtutem eſſe dicunt pugnantem pꝛo equitate. Ne-
qꝫ mireris ꝙ loquatur de foꝛtitudine ⁊ nos de ma
gnanimitate quia in nullo loco videtur foꝛtitudinẽ
a magnanimitate diſtinxiſſe. ſed ſemper de his in-
differenter locutus eſt Et loco eodem: foꝛtes autem
igitur et magnanimi ſunt habendi non qui faciũt:
ſed qui pꝛopulſant iniuriam. ¶ Quarto per illud
eiuſdem quod immediate ſequitur. Vera autem et
ſapiens animi magnitudo. honeſtum illud qꝺ ma-
xime natura ſequitur. in factis poſitum non in glo
ria iudicat pꝛincipẽ ꝙ ſe eſſe maulꝫ q̃ videri. Ex
qua actoꝛitate patet ꝙ magnanimitas magis eſt
circa magna recta q̃ circa gloꝛiã ſiue honoꝛẽ. mul-
ta alia adduci poſſent. ſed adducentur in pꝛobatio
nibus ſequentium. ¶ Secunda concluſio magnani
mitas per ſe eſt in contemptu rerum externarum
pꝛobatur per Ariꝫ. in tertio. licet et adhuc et circa
diuitias et potentatum et omnẽ bonã foꝛtunam et
infoꝛtunium moderate habebit quomodocunqꝫ fi-
ant ⁊ neqꝫ bene foꝛtunat⁹ vtiqꝫ gaudioſus erit: neqꝫ
infoꝛtunatus triſtis. et paulo poſt. potentatus em̃
et diuitie ꝓpter honoꝛẽ ſũt deſiderabilia hñtes igi
tur ipo honoꝛari ꝑ ipſa volũt: cui aũt ⁊ honoꝛ puũ
eſt: hinc ⁊ alia ꝓpꝛ̃ qꝺ ⁊ deſpecteões videnꝛ eẽ: et in
eodẽ tertio et potens poſſediſſe magis bona et in-
fructuoſa fructuoſis et vtilibus. vbi alia tranſlatõ
magis qꝫ volet res pꝛeclaras et inutiles q̃ fructuo
ſas et vtiles. pꝛobatur ſcꝺo auctoꝛitate. Ciceronis
pꝛimo de officiis. Oio (inquit) foꝛtis anim⁹ et ma-
gnus duabus rebus maxime cernitur. quare vna ĩ
rerum externarum deſpicentia ponitur: cũ perſua-
ſum ſit nichil hominem niſi ꝙ honeſtum decoꝛũ qꝫ
ſit aũt adiuuari, aut optare, aut expetere opoꝛte-
re: nulli qꝫ neqꝫ homini neqꝫ ꝑturbationi animi neqꝫ
foꝛtune ſuccũbere. altera eſt res vt cũ ita ſis affect⁹
animo vt ſupꝛa dixi res geras magnas: illas qꝺ ⁊
maxime vtiles ſed vt vehemẽter arduas plenas qꝫ
laboꝛum et periculoꝛũ. tũ vite vſu. tũ multarũ rerũ
cauſa q̃ ad vitã pertinẽt pꝫ per illud qꝺ paulo poſt
ſubiũgitur. nã et ea q̃ exꝛ̃ia pl̃i ſed et pcl̃a videntur
pua ducere eaqꝫ ratione ſtabili firmaqꝫ contemnere
foꝛtis animi qꝫ dicendum eſt. Et ea que videnꝛ acer
ba que multa et varia in hoĩm vita foꝛtunaqꝫ ver-
ſantur. Ita ferre vt nichil a ſtatu nature diſcedas:
nichil a dignitate ſapiẽtis. Robuſti aĩ eſt magneqꝫ
ꝯſtãtie. Idẽ hꝫ capl̃o xiii. vbi repꝛobat vitã otioſo-
rum concludẽs ita fructuoſioꝛ aũt hominum generi
et animi claritateꝫ amplitudineqꝫ aptioꝛ eoꝛum qui
ſe ad remp. et ad magnas res generẽdas accomoda
uerunt. Ad idem poſſent adduci omnia que idem ci-
cero dicit de foꝛtitudine et magnanimitate ex quib⁹
legentibus conſtat ꝙ ipſe poſuit magnanimitatem
circa rerum arduarum et difficilium adminiſtratio-
nem. De contemptu autẽ rerum externarum habet ĩ
eodem. xiii. capitulo. Capeſcentibus autem rempu.
nichil minus q̃ phis hic haud ſcio an magis etiã ma
gnificentia et deſpicentia adhibenda ſit rerum huma
narum. Secundo ꝓbatur. Tam pꝛima q̃ ſecunda cõ-
cluſio. Adminiſtratio rerumpu. poteſt bene ⁊ male ſu
ſcipi et bene. et male recuſari. Recuſari male ſi homo
recuſet ea que poteſt ad vtilitatem publicam admini
ſtrare. Nam ſi quis cum bene poſſit adminiſtrare
ideo refugiat quia foꝛmidat laboꝛes et moleſtias vel
ignominiã et infamiam ex offenſionibus et periculis
conſurgentem. Aut pꝛopter nimis magnũ contem-
ptum honoꝛis: male recuſat. ꝙ ſi recuſet quia cum ſit
vir excellentis ingenii qui ſe doctrine dedit aut quia
eſt valitudinarius aut inbecillis nec ſe dignum vere
exiſtimat qui poſſit ad vtilitatem publicã adminiſtra
re tunc recte et bene recuſat. Quod ſi talis ſuſcipiat
graues et difficiles adminiſtrationes rerumpubli.
et reputet dignum his adminiſtrationibus cum ta-
men non ſit dignus tunc male ſuſcepit. Si vero ſit di
gnus et ſuſcipiat eas quibus ſe dignum vere putat
quomodo et gratia huius opoꝛtet: tunc bene ⁊ virtuo Cicero.
ſe ſuſcipit. Hec omnia pꝛobantur auctoꝛitate Cicero
nis eodem. xiii. capitulo. Quapꝛopter et his (inquit)
foꝛſitan concedendũ ſit rempu. nõ capeſcentibus qui
excellenti ingenio doctrine ſeſe dederunt: et his qui
aut valitudis imbellicitate, aut aliqua grauioꝛi cau-
ſa impediti a republica receſſerunt: cum eius admi-
niſtrande poteſtatem aliis laudemqꝫ concederent.
Et ſequitur. quibus autem talis nulla ſit cauſa ſi de-
ſpicere ſe dicant ea que pleriqꝫ admirantur imperia
et magiſtratus hunc non modo non laudi verum etiã
amvicio dandum puto. Et paulo poſt. Sed videntur
(inquit) laboꝛes et moleſtias: tum offenſionum, tum
repulſarum quaſi quandam ignomiam timere et in
famiam. Sunt enim qui in rebus contrariis parum
ſibi conſtent voluptatem ſeueriſſime cõtẽpnant: in do
loꝛe ſint mollioꝛes, gloꝛiã negligãt, frãganꝛ ĩfamia.
atqꝫ ea quidẽ nõ ſatis ꝯſtanꝛ agũt. ꝓbaꝛ etiã ꝑ illud
qꝺ ſtati ſequiꝛ. ad rẽpublicã generandã autẽ q̃ acce-
dit caueat ne id mõ ꝯſideret, q̃ illa res honeſta ſit ſꝫ

etiā vt habeat efficiendi facultatē.in q̄ ipſo cōſide
rādū eſt)ne autē temere deſperet ꝑpt ignauiā .aut
nimis cōfidat ꝑpter cupiditatē. Ex his clariſſime
patet ꝙ in ſuſceptione arduarū adminiſtrationū
pōt aliquis deficere/ſuphabundare.et medio mo
Correla. do ſe habere/ergo circa hmōi ſuſceptionē pōt eſſe
aliqua vtus moralis inclināſ nos ad ſuſcipiēdū
eas q̄s poſſum⁹ bn̄ ꝛ laudabiliter gerere/eo mō q̄
opꝫ ꝛ grā cui⁹ opꝫ/ꝛ ad recuſandū etiā eas qb⁹ nō
ſum⁹ digni:ſed illa vt⁹ nec ē iuſticia nec tēpantia
nec prudētia.ḡ ē magnanimitas ſiue fortitudo cōi
ter dicta.Tertia cōcluſio magnanimitas eſt circa
magnos honores. ꝓbat̄ q̄a cōtingit honores ma-
gnos bn̄ ꝛ male appetere ꝛ reicere/ꝛ etiam medio
crit.ḡ circa magnos honores pt eē aliq̄ vt⁹ nos in
clināſ ad appetēdū ꝛ reiciendū ꝯformit ad iudiciū
recte rōnis.ſꝫ illa vt⁹ nō eſt alid ꝙ̄ magnanimitas
q̄ ex ſuo noīe iportat magnitudinē ani igit̄. Scd̄o
repitur aliqui q̄ dignificant ſe magnis qbus di-
gni ſūt:et repiuntur aliqui q dignificāt ſe pūis qb⁹
etiā digni ſūt/ſcd̄us dicit̄ tēperat⁹ vel modeſt⁹ vt
hꝫ aliā trāſlatio Arꝭ.pmus aūt dicitur magnani⁹
ſūt etiā aliqui q dignificāt ſe magnis quibus tamē
indigni ſūt.et iſti dicitur caymi ſiue inflati alii vo
non dignificant ſe tā magnis ꝙ̄ magnis digni ſūt
ꝛ iſti vocātur puſillanimes ſcd̄o magnanimitas ſe
hꝫ ad honores ſicut pulchritudo ad corp⁹.ſed pul-
chritudo nō ē niſi in magno corpe. Parui eñ inq̄t.
Arꝭ.formoſi ꝛ cōmēſurati/pulchri vo nō.ḡ magna
nimitas nō ē niſi circa honores magnos. Hec ē ſniā
Arꝭ.i q̄rto caplo de magnanimitate vbi ꝓbat hāc
ꝯcluſionē. Pro cui⁹ expoſitiōe. adūteꝙ dignificare
ſe honore ꝯtingit dupl̄r vno mō q̄a quis ſe exiſti-
expoſito mat dignū honore illo ꝛ ſe iam ipſum promeruiſſe
q̄rti capi ſicut dux qui victoriā retulit de hoſtib⁹ ſcd̄m leges
tꝫ de ma triūphor exiſtimat ſe dignū triumpho:et qui ma-
gnanimi gnā vtilitatē attulit reip.exiſtimat ſe dignū ſtatua:
tate q̄rti et cōſtat ꝙ hoc mō in appetitu honoris poteſt con-
ethicoꝝ tingere exceſſus defectus ꝛ mediocritas:ſcd̄omodo
aliquis exiſtimat ſe dignū honore aliquo q̄ꝛ exiſti
mat ſe dignū dignitate alioꝝ habente adminiſtra-
tionē aliq̄.cui adminiſtrationi ipſe cōfidit ſe poſſe
ſufficere et eam nō eē ſibi ſcd̄m q̄cūꝙ circumſtantiā
inconuenientē. Cōtra quod erraret quis ſi ꝑ hoc ꝓ-
ciſe ꝙ putat ſe poſſe ſufficere adminiſtratiōi alicui
ex hoc putaret ſe dignū illa dignitate puta ſi per
hoc ꝙ q̄s poſſet bn̄ adminiſtrare regiā dignitatem
ipſe exiſtimaret ſe dignū honore regio et principa
tu illo et de facto appeteret:hoc non proueniret ex
magnanimitate ſed ex cupiditate et ſtulta ambitiō
ne/quia ſibi deficeret circumſtantia generis ſine q̄
non debet ſe exiſtimare dignū. Erraret etiā ille cui
conueniret circumſtantia generis et multe alie etiā
ſibi tamen defficeret facultas adminiſtrandi/quia
ſcd̄m ꝙ nuper eſt allegatū eſt ex Cicerone ei qui ac
cedit ad rempu.gerēdā non ſolum cōſiderandum eſt
q̄ntum illa res ſit honeſta:ſed etiam an habeat effi-
ciendi ſiue gerendi ꝛ adminiſtrandi eam facultatē
Ex his duobus modis intelligit Arꝭ.ꝙ magnani-
mus ſe dignificat magnis dignus exiſtens :vbi nō
addidit honoribus ne erraret aliquis credens ꝙ
magnanimitas eſſet tantū circa preeminentias et
honores appetēdos. Et iō expōc qui ſe dign⁹ exn̄s
magnis vel adminiſtratiōibus/vel honoribus/vel
vtriſꝙ ſe illis dignificat.i.dignum putat et exiſti
Nota mat ſubeūdo ſcꝫ que ſubeunda.verū aūt procuran
do videbitur poſtea. Et ad hunc ſenſū exponēd⁹ eſt
totus tractatus de magnanimitate. Quarta con-
concluſio. Maxime magnanimus tanq̄ circa pre-

miū ſibi a creatura rōali tribuibile eſt circa maxi-
mos honores. Probatur hec concluſio ratiōe Arꝭ.
Magnanimus ſe dignificat tanq̄ premio bonis
exterioribus magnis:ſed maximum bonum inter
exteriora eſt honor. Quod ꝓbatur Tum q̄a hono-
rem maxime diis attribuim⁹. Tum ſcd̄o q̄a qui in
dignitate ſūt/niſi ſit in eis rectitudo nature corru-
pta/maxime honorē deſiderant. Tum q̄ꝛ honor eſt
premiū ꝛ merces clariſſimarū rerū:ḡ honor ē inter
bona exteriora maximū ḡ maxime magnanimus
ſe maximis bonis exterioribus dignificat.añs pro
batur:ꝙ enim magnis probatum eſt ꝙ exterioꝛib⁹
probatur quia dignitas vt dicit Arꝭ,eſt ad ea que
ſunt exterius bona. Cū ergo maximum bonū inter
exteriora ſit honor:ſequit̄ ꝙ ſe dignificat maximis
honoribus. Dixi autē de premio ſibi a creatura rō
nali tribuibili:q̄ꝛ vere magnanimus appetit bona
eterna ſcꝫ beatitudinē eternā.nec tn̄ forte fuit neceſ
ſitas addere illō:q̄ꝛ licet magnanim⁹ appetat bea
titudinem eternā ꝓ premio.non tamen ſe putat di-
gnū ea:imo cum ſperat eam eſſe ſibi cōferendā : nō
exiſtimat eā eſſe ſibi conferandā preciſe ex dignita
te meritorum:ſed ex gracia et liberalitate premi-
antis/a qua et merita et merces manauerūt.neꝙ pu
tat ſe ex viribus ſuis habere facultatem conſequendi
eam. Ideo ſi magnanimus feratur in beatitudinē tā-
ꝙ̄ in premiū:aliter caliſicandus eſt appetitus /et ſi-
militer eſtimatio virium et facultatis ſue ꝙ̄ circa ho-
norem et alia bona temporalia. Ad videndum autē Quid ho
qui ſunt parui et magni honores. Aduertendum eſt nor ſit ex
ꝙ honor formaliter eſt ſignum ꝛ appetitur a magna primitus
nimo ſecundū ꝙ ſignum et ideo ex eo ꝙ honor eſt me
lius ſignum vel minus bonū ſignum : ex eo eſt maior
vel minor.ꝙ autem aliquid ſit melius ſignum poteſt
contingere tripliciter. Uno modo quia eſt ſignū me-
lioris opinionis et eſtimationis : ſicut honor tribut⁹
a viris prudentibus et virtuoſis et veridicis et hoc ip
ſum inſinuans/eſt ſignum melioris eſtimationis / ꝙ̄
honor tributus a vicioſis Et hoc habet expreſſe Arꝭ. Signum
primo rethorice. Et honor(inquit) et complacen- multifa-
tia delectabiliſſimorum propterea ꝙ ſit fantaſia vni riam dr
cuiꝙ ꝙ talis eſt ſtudioſus et magis cum inſinuet quos melius.
putat veraces eſſe.talis autem qui prope magis ꝙ̄ q̄
longe:et ſimul ꝯuerſati et noti:et ciues ꝙ̄ qui aliūde:
et exiſtētes ꝙ̄ futuri:et prudētes ꝙ̄ inſenſati : ꝛ multi ꝙ̄
pauci,maois enī veriſſime veridicos eſſe dictos cōtra
rius. Et ſequit̄:q̄n̄ quos q̄s multū ꝑuipēdit ſicut pu
eros aut beſtias nichil curat de horum honore aut
opinione ipſius opinionis gratia:ſed ſi quidem pro
pter aliquid aliud. Secundo modo ſignum dicit̄ me
lius quia indicat ꝙ eſtimatio cuius eſt ſignum ſit de
meliori ꝛ preſtantiori bono:vt honor tributus alicui
indicans ꝙ fuit iuſtus vel fortis eſt melior et melius
ſignum/ꝙ̄ honor indicans ꝙ fuit affabilis vel ma-
gnificus.quia ſecundum Ariſto.in eodem primo rhe
thorice. Neceſſe autem maximas virtutes eas eſſe que
aliis honoratiſſime/ſi quidem eſt virtus potentia be
nefactiua.propter hoc fortes ꝛ iuſtos maxime hono
rant:hic quidem enim in bello:hic autem ꝛ in bello ꝛ
in pace vtilis eſt. Tertio modo ſignum dicitur meli⁹
quia diuturnius eſt ꝛ incorruptiuis.ꝛ hoc modo incli
nationes capitis genuflexiones et ſimilia que tran-
ſeunt et nichil relinquunt ſignum ſunt et minora bo-
na. Illa vero que per vitam durant vt alimenta pu-
blica ſunt adhuc maiora:Illa vero que ad poſte-
ritatem tranſmittuntur vt imagines monumen-
ta et alia huiuſmodi / ſi ſint ſigna boni eque magni
adhuc ſunt maiora. Dixi autem ſi ſint ſigna ꝛc.quia
forte alimēta publica et triūphus tribuebātur tātū

pro maximis beneficiis in republicã ⁊ pro minoribꝰ tribuebant imagines ⁊ monumẽta ſed de his poſtea. Aliter tamen honor dicitur magnus ratione adminiſtrationis vel annexe vel antecedẽtis. Antecedentis ſi capiatur preciſe honor pro ſigno. Annexe ſi accipiatur pro dignitate habẽte adminiſtrationẽ grauem et difficilẽ, vt iudicatura prefectura conſulatus ducatus cardinalatus epiſcopatus et oĩs cura publici regiminis, magiſteriũ doctoratus regẽtia que oĩa dicunt maiora quo cura vel adminiſtratio eis annexa dicũtur eſſe difficiliora et maiora. Quod cõtingit dupliciter aut ſcdm naturã negociorũ vt cura paſtoralis ꝙ̃ prefectura: aut ſecundũ cõditionẽ circũſtantiarũ vt cura paſtoralis vno tẽpore ꝙ̃ alio ⁊ i vno loco ꝙ̃ in alio.

Nota. ¶ Quinta ꝯcluſio magnanimitas eſt circa id quod eſt in vnaquaqꝫ virtute magnũ. probat primo auctoritate Ariſ. in quarto Videtur autẽ (inquit) eſſe magnanimi quod in vnaquaqꝫ virtute magnum. Secundo magnanimitas (vt dictũ eſt) eſt circa arduas et difficiles adminiſtratiões ſed huiuſmodi ardue et difficillime adminiſtrationes non poſſunt geri niſi mediãtibus magnis operibus oĩm virtutuꝫ et etiam difficillimis igitur. Confirmat qꝛ magnanimus eſt circa oĩe illud quo non poſito per eum neceſſe eſt a magnanimitate ſua cadere. ſed ſi magnanimus nõ operetur magna opera aliarũ virtutũ: neceſſe eſt eum frequẽter cadere a magnanimitate igit. ¶ Pro declaratione huius ꝯcluſionis aduerte ꝙ magnanimitas non dicitur eſſe circa omne quod eſt in vnaquaqꝫ virtute magnũ eo ꝙ oĩs magnanimꝰ iaꝫ habeat excellentiſſimos habitus aliarum virtutum. Quod patet ſic Magnanimitas facit alias virtutes maiores ergo non inuenit eas iam ꝑfectiſſimas. añs probatur ꝑ illud Ari. videbitur quidem igitur magnanimitas vt ornatus quid eſſe virtutũ: maiores eñi ipſas facit et non fit ſine illis. Neceſſe eſt eñi vt magnanimitas iam habeat multas alias virtutes, et eas maxime que ad gerendas publicas adminiſtratiões magis neceſſarie ſunt vel vtiliores. Dico ergo ꝙ magnanimitas eſt circa id quod eſt in vnaquaqꝫ virtute magnum quia inclinat ad operandũ ſecundũ vnãquãqꝫ virtutẽ magna et maxima.

Quomõ magnanimitas ẽ circa illud qđ ẽ in vnaqꝫ virtute magnũ.

Quod contingit dupliciter Vno modo quia ab ea imediate eliciatur volitio magnorum et maximorũ operum aliarũ virtutũ: et hoc modo verũ eſt magnanimitatẽ eſſe circa id quod eſt i vnaquaqꝫ virtute magnũ: volitio enim qua quis vult eſſe excellẽter iuſtus vel excellẽter temperatus et ſic de aliis a magnanimitate elicit. Secundo modo qꝛ ab eo non elicit talis volitio imediate ſed mediante actu ipſius magnanimitatis: verbi gratia magnanimus ſuſcepit magna negocia tractanda: iam intelligit ꝙ non poteſt tractare laudabiliter illud negociũ niſi ꝑ excellẽs opus magnificẽtie aut iuſticie: tũc magnanimus firmat primo in ſe animũ magnanimit operandi, et elicit mediante habitu magnanimitatis volitionem qua vult efficaciter facere magnanimit: ⁊ mediante iſto actu elicito (qui non poteſt eſſe efficax neqꝫ imperatiuus executionis niſi vel excellenter iuſte vel excellenter magnifice faciat) elicit volitionem qua vult excellenter vel iuſte vel magnifice vel forte vtroqꝫ modo facere. Et ita ſi ſint duo iuſti habentes iuſticiam ſecundum equalem gradum quorum vnus ſit magnanimus ⁊ alius non: ⁊ incũbat vtriqꝫ aliquod magnum opus iuſticie faciendũ ſic tñ ꝙ illud opus incumbat magnanimo ꝓpter adminiſtrationem aliquam ſuſceptam explendam: tunc qui eſt iuſtus ⁊ nõ magnanimus non inclinatur in illud opꝰ iuſticie niſi per habitum iuſticie: ⁊ forte inclinatione ſatis remiſſa ſi habitus ſuus non ſit multum intenſus. Ille vero qui eſt magnanimus inclinabitur tripliciter. Vno modo ab habitu iuſticie. Secundo modo ab habitu magnanimitatis inq̃tum eſt volitiuus magnorum operum in vnaquaqꝫ virtute. Tertio modo ab eodem habitu magnanimitatis inq̃tum eſt primo ⁊ immediate volitiuus ſui proprii actus ⁊ mediante eo eſt volitiuus vniuſcuiuſqꝫ actus ſine quo non poteſt actus ſuus expleri.

Nota ¶ Sexta concluſio magnanimitas eſt circa diuitias potentatum et omnẽ bonaꝫ fortunam. probatur magnanimitas eſt moderatiua delectationis prouenientis ex dictis bonis cum aſſunt aut cum ſperantur ineſſe, et triſticie ꝓuenientis ex carentia predictorum bonorũ cum non aſſunt aut cum deſperantur adeſſe ergo magnanimitas eſt circa hec omnia. antecedens eſt. Ari. in quarto cum ait ſed adhuc ⁊ circa diuitias et potentatum et omnem bonam fortunam et infortunium moderate habebit quomodocũqꝫ fiant, et neqꝫ bene fortunatꝰ vtiqꝫ gaudioſus erit neqꝫ infortunatus triſtis. Secundo quia magnanimitas eſt circa illud quod eſt cauſa honoris in magnanimo. ſed bone fortune ſunt cauſa honoris in magnanimo cum propter bonas fortunas homines eſtimantur digni honore igitur. Et hanc rationem tangit Ari. cum ait videntur autem et bone fortune conferre ad magnanimitatem nobiles enim dignificantur honore et potentes et diuites, in ſuperexcellentia enim bono autem ſuperexcellẽti omne honorabilius. Tertio circa omne illud eſt magnanimitas per quod tanq̃ per inſtrumentum quoddam opera magnanimitatis geruntur et ardua ⁊ difficilia negocia tractantur et adminiſtrantur: ſed per hec bona fortune adminiſtrantur tanq̃ per inſtrumenta quedã ardua ⁊ difficilia negocia et exequimur opera magnanimitatis igitur. maior videtur nota quia omnis virtus inclinans ad aliquod opus inclinat ad omnia ſine quibus non poteſt geri opus illud aut etiam non tam comode nec tam laudabiliter. minor probatur ꝑ Ari. in primo ita dicentem. Videtur autem et eorum qui exterius ſunt bonorũ indigens quẽadmodum diximus. Impoſſibile enim vel non facile bona operari impotentẽ tribuere exiſtentẽ. multa quidẽ enim operata ſunt (quẽadmodum per organa) per amicos per diuitias per ciuilem potentiã. quibuſdam aut deſtitui coinquinat beatitudinem vt puta nobilitate bona prole, pulchritudine. Non omnino enim felix ẽ qui ſpecie turpiſſimus vel ignobilis vel ſolitarius ⁊ ſine prole hec Ari. vbi ponit ea que exiguntur ad felicitatem. que non omnia ſunt neceſſaria ad magnanimitatem. Conſtat tamen ꝙ inter omnia opera virtutuꝫ magnanimitas ⁊ fortitudo ⁊ magnificentia maxime egent bonis exterioribus. Et hãc rõnem tangit Ari. in quarto propter quod ⁊ talia magnanimiores faciunt.

Nota. ¶ Septima concluſio magnanimitas non eſt circa pecunias tanq̃ circa id quod intendit per graues ⁊ arduas adminiſtrationes conſequi. probatur quia magnanimus non eſt contemptiuus bonorum que ꝑ opera magnanimitatis intendit cõſequi: ſed magnanimus eſt contemptiuus pecuniarum ⁊ bonorum fortune vt in ſecunda concluſione diffuſe allegatum ẽ ex Tullio igitur. Secundo qui cupiditate lucri res arduas aggredit non eſt promptior ad beneficiandum ꝙ̃ ad beneficiari: neqꝫ verecundatur cum beneficium ſuſcipit: ſed magnanimus promptus eſt ad benefaciendum aliis ⁊ beneficiatus verecũdatur. igitur. vt habet Ari. in quarto cum ait: Et potens benefacere: beneficiatus aũt verecundatur. hoc quidem enim ſuper excellentis, hoc autem ſuperexceſſi probat etiam per illud quod iam allegatum eſt. ⁊ potens poſſediſſe magis bona ⁊ infructuoſa, fructuoſis ⁊ vtilibꝰ. ¶ Octa

na concluſio magnanimitas magis eſt circa honores q̄ circa bona fortune. Probatur quia magnanimus magis dolet ꝓpter carentiam honoris q̄ ꝓpter carentiam bonoꝝ fortune. quod patet ꝑ Ari. in quarto qui poſtq̄ probauit ꝙ moderate ſe habet circa hec bona ⁊ mala fortune/⁊ ꝙ non multum gaudet ſi habeat/neq; multum triſtatur propter infortunia ſubingit. Neq; enim circa honorem ita habet vt maximum ens. Secundo magnanimus non cupit bona fortune niſi inq̄tum valent ad honorem conſequendū. igitur magis eſt circa honorem q̄ circa bona fortune. Añs probatur per Ari. ibidem Potentatus enim (inquit) ⁊ diuitie propter honorem ſunt deſiderabilia: habētes igitur ipſa/per ipſa honorari volunt. ¶ Tertio ſi vir magnanimus in adminiſtratione rerum grauium in hac conditione poſitus ſit vt ſit ſibi patiendum detrimentum in bonis fortune aut in honore ipſe ex magnanimitate ſua inclinabitur magis ad ferendū detrimentum diuiciarum cum integritate honoris q̄ detrimentum honoris cū integritate bonoꝝ fortune: vt ſatis conſtat ex multis que dicta ſunt. ergo magis eſt circa honorem q̄ circa bona fortune. ¶ Nona concluſio magnanimitas magis eſt circa arduas ⁊ difficiles adminiſtrationes q̄ circa honores. probatur q2 ſi ſit ea conditio rerum ⁊ circunſtantiarum vt vel male ⁊ vicioſe gerende ſint vel priuandus ſit honore q̄ conferri ſolet tales adminiſtrationes recte gerentibus: vir magnanimꝰ magis eligit recte et virtuoſe adminiſtrare cum priuatione honoris q̄ adminiſtrare vicioſe cum aſſecutione honoris. ergo magnanimitas magis eſt circa rectam adminiſtrationem arduorum negotiorum q̄ circa honores. ꝙ cōditio poſita in antecedente ſit poſſibilis. probatur volo ꝙ alicui bono ⁊ perito viro ſit aliqua adminiſtratio commiſſa ⁊ ſit alius in ciuitate potens admodum q̄ inſtet vehementer apud eum de modo gerendi illam adminiſtrationem qui modus ſecundum rei veritatem non ſit virtuoſꝰ ſed vicioſus/⁊ ſciat ꝙ ſi ſequatur illum modum ipſe vicioſe adminiſtrabit: ſi aūt non ſequatur per potentiam illius impedietur ab honore quem ſolent conſequi hi qui ſimiles adminiſtrationes gerūt: tunc talis ſi ſit vere magnanimꝰ magis eliget adminiſtrare virtuoſe ⁊ priuari honore q̄ adminiſtrare vicioſe ⁊ honorem aſſequi. ¶ Decima concluſio magnanimus ſic ē circa magnos honores ꝙ magis cupit ſe his dignū facere q̄ eos conſequi. probatur eſſe dignum magnis honoribus eſt ſimpliciter melius q̄ habere magnos honores: ergo magis cupit eſſe dignꝰ magnis honoribus q̄ magnos honores aſſequi probatur cōſequētia quia omnis virtus que per ſe eſt circa aliqua duo magis eſt circa id quod eſt melius. ¶ Tum ſecūdo q2 ſi magnanimus eſſet in ea neceſſitate vt altero duoꝝ priuandus eſſet minus fugeret priuari magnis honoribus q̄ hoc quod eſt eſſe dignum magnis honoribꝰ. ¶ Tum tertio quia ſit dignus magnis honoribus ꝑ excellentia opera virtutum. Sed magnanimus magis cupit excellentia opera virtutum q̄ honorem ipſum igitur. ¶ Undecima concluſio vere magnanimꝰ cum ſuſcipit dignitatem aliquam que ⁊ adminiſtrationem arduorum negotiorum et honorem magnum et etiam vtilitatem magnam annexas habet. magis cupit dignitatem propter rectam adminiſtrationem ꝙ propter amplitudinem honoris vel copiam vtilitatum. Patet ex dictis quia magnanimitas magis eſt circa rectam adminiſtrationem arduorum negocioꝝ q̄ circa vtilitates aut honores. Ex quo ſequitur ꝙ ſi in illa dignitate vnum ab aliis ſeparetur et non poſſet retinere niſi vnum ipſe magis retineret adminiſtrationem ipſam q̄ honorem vel vtilitatem. Sequitur ſecūdo ꝙ his diebus pauci ſunt magnanimi. nam pauci reperiuntur qui niſi propter vtile aut honorem annexum adminiſtrationes cupiant imo communiter retinemus nobis honorem et vtilitatem ⁊ adminiſtrationem aliis committimus vt prelati vicariis balliui locum tenentibus et ita de multis aliis. ¶ Duodecima concluſio vere magnanimus magis cupit opinionem virtutis benefactiue q̄ honorem. Probatur quicunq; ꝙ diligit aliquid vt ſignum magis diligit ſignatum ſed magnanimus diligit honorem tanq̄ ſignum opinionis benefactiue. ergo diligit magis opinionem benefactiuam. ¶ Decimatertia concluſio magnanimus magis cupit eſſe virtuoſus ſiue habere opera excellētia virtutis benefactiue. q̄ cupiat opinionē de huiuſmodi excellentibus operibus ꝓbatur quia ſecundum Ariſtotelem magnanimus magis curat veritatem q̄ opinionem et ꝙ magis appetit eſſe bonus q̄ videri bonus. ¶ Contra primam concluſionem: arguitur ſic Magnanimitas eſt circa magnos honores: ergo nō eſt circa arduas adminiſtrationes. conſequentia tenet quia vnius virtutis oportet eſſe vnum obiectum: ſ; nichil cōmune honoribꝰ magnis ⁊ arduis adminiſtrationibus eſt obiectum magnanimitatis et magnus honor eſt obiectū eius. ergo non. Et antecedens probatur per Ariſtolē in quarto capitulo de magnanimitate. Maxime quidē igitur circa honores et ihonorationes magnanimus eſt. Et paulo ante eandem ſententiā poſuit. et in eodem dicit ꝙ non ſe habet magnanimus circa honorē ſicut circa alia vt allegatum eſt in ſecunda et quarta cōcluſionibus. Secundo oīs virtus eſt circa aliquas paſſiones aut operationes. ſed ardua difficilia negocia nec ſūt paſſiōes nec operationes. ergo circa ea non cōſiſtit magnanimitas ⁊ per conſequēs nec circa adminiſtratiōes eoꝝ. ¶ Tertio negocia ardua geruntur per actus et opera omniū virtutū/cū neceſſe ſit multas virtutes cōcurrere ad geſtionē vnius ardui negocii. ergo circa horū adminiſtrationes nō eſt plus magnanimitas q̄ alia virtꝰ. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiā. Et ad ꝓbationē nego aſſumptū et dico ꝙ arduū et difficile eſt cōmune adminiſtratiōibus et honoribus magnis et poteſt hoc aſſignari eſſe obiectum magnanimitatis. Et ſi dicas ꝙ alie virtutes ſunt circa ardua et difficilia vt magnificentia et māſuetudo ⁊ iuſticia. ¶ Itē etiam quelibet virtus ſaltem ſecundū gradū perſeuerantie et heroicum eſt circa ardua. Reſpondeo ꝙ magnificētia bene eſt circa magnos quia circa magnos ſumptus: ſed non eſt circa ardua cum tales ſumptus non ſint pleni laboris et periculorū. alie etiam virtutes licet ſint circa difficilia non tamē ſūt circa ardua ſecundū ſe et tanq̄ circa obiectum cōmune q2 ſi eſſent circa ardua tanq̄ circa obiectum cōmune tunc quilibet actus earum eſſet circa aliquod arduū quod patet eſſe falſum. alie etiā virtutes ſecundū gradus dictos habent eſſe circa arduum ex circunſtātia: vt opꝰ iuſticie quod ſit non obſtante cōminatione mortis eſt arduū non ſecundū ſubſtantiā illius operis ſed ex circunſtātia cōminationis. Aliter reſpondeo ꝙ aliqua virtus dicitur eſſe circa aliqua plura dupliciter: vno modo ex equo et ſecundū eandē rationē et ſic concedo ꝙ oportet talem virtutē eſſe circa aliquid cōmune ad ea ad bonū itellectū ſcilicet eo modo quo virtutes dicuntur eſſe circa cōmunia. Alio modo aliqua virtꝰ dicitur eſſe circa aliqua iequaliter: aut quia prius ē circa vnum q̄ circa aliud. aut quia eſt circa vnū tanq̄ circa materiam: et circa aliam tanq̄ circa actū aut tanq̄ primū/aut tanq̄ circa iſtrumentū illius actus ⁊ tunc non oportet virtutem illam eſſe circa aliquid cōmune ad hec oīa. quomodo autē magnanimitas ſit diuer-

Magnanimitas circa arduas adminiſtrationes.

magnanimꝰ magis cupit opinionē q̄ honorem.

Ardua adminiſtratio.

Argumentū. ⁊. ⁊. q̄ſtiōe. 129 articlo. 1

R

Aliq̄ virtus pōt eſſe circa aliq̄ eq̄lr ⁊ ineq̄lr.

ſimode circa diuerſa dictum eſt prius in cõcluſionibus. ¶ Ad ſecundã concedo maiorẽ ſed dico ꝙ multa ſunt circa que eſt illa virtus que nec paſſiones ſũt nec operationes vtputa materia illarũ paſſionũ ⁊ operationum vt patet de liberalitate et magnificentia que ſunt circa pecunias: que licet non ſint paſſiones aut operationes ſunt tamẽ operationũ vel paſſionũ materia. et ad minorem dico primo ꝙ licet negocia magna et ardua non ſint operationes vel paſſiones: administratiões eorũ tamẽ ſunt operatiões. et circa huiuſmodi adminiſtrationẽ cadunt multe et varie paſſiones et operatiões ⁊ etiam circa honores circa quas paſſiones et operatiões verſatur magnanimitas/ deſperatio/ ſpes/ amor/ et odiũ/ delectatio/ et triſticia: nonulli enĩ ſunt qui huiuſmodi arduas adminiſtrationes amant et ſperant et in eis delectant̃. Alii vero ſunt qui deſperant ſe poſſe gerere odiunt eas ⁊ in eis triſtãtur. quarũ omniũ paſſionũ magnanimitas eſt moderatiua et directiua operationũ circa eadeȝ negotia. ¶ Ad tertiam concedo añs et nego cõſequẽtiam quia licet ardua negotia agantur per act⁹ aliarum virtutum: nulla tamẽ earum inclinat ad ſubeundum huiuſmodi adminiſtratiões vbi ⁊ quãdo et gratia cuius oportet/ aut ad fugiendũ ⁊ recuſandum vbi quando et gratia cuius oportet et ideo neceſſaria eſt magnanimitas circa huiuſmodi admĩſtrationes ſed de hoc diffuſius poſtea dicet̃. ¶ Contra tertiam conclusionẽ arguitur primo. Magnanimitas eſt ĩ vi iraſcibili: ſed honor nõ ptinet ad vim iraſcibilem ſed ad vim concupiſcibilẽ cum honor ſit cõcupiſcibile quoddam. ¶ Secũdo magnanimitas magis videt̃ ptinere ad perſecutionẽ ꝙ̃ ad figuram: cum ille dicat̃ magnanimus qui ad magna tendit: ſed illi magis laudantur qui fugiunt honorẽ ꝙ̃ qui pſequũtur igitur.

Primus et ſm argumenta facit thõe vbi ſ̃ articulo. 1. ⁊ ſequẽtia ibidẽ articulo. 2.

¶ Tertio magnũ et paruum nõ variant ſpeciem virtutis: ſed magnanimitas nõ eſt circa paruos honores. ergo neq̃ circa magnos ¶ Quarto ſicut magnanimitas eſt circa honores ita ⁊ mãſuetudo circa iras ſed non eſt de ratione manſuetudinis ꝙ ſit circa magnas iras ergo nec de ratione magnanimitatis ẽ ꝙ ſit circa magnos honores. ¶ Quito paruus honor minus diſtat a magno honore ꝙ̃ inhonoratio: ſȝ magnanimitas eſt circa inhonorationes: ergo etiam eſt circa paruos honores. ¶ Ad primã reſpondeo ꝙ ſi p vim iraſcibilem intelligatur aliqua vis anime ſenſitiua et non rationalis ſic nego maiorẽ: et dico ꝙ omnes virtutes morales ſunt in voluntate. Si autẽ intelligatur vis aliqua appetitiua que tendit in arduum concedo eam. Et ad minorem dico ꝙ concupiſcibilia ardua pertinent ad vim iraſcibilẽ: ideo nõ ſequit̃ hoc eſt concupiſcibile ergo non pertinet ad vim iraſcibilẽ

Ois moralis ĩ voluntate ſubiectat̃

¶ Ad ſecundam concedo primã partẽ antecedẽtis ꝙ̃ uis tamen ſit circa vtrũq̃ magnanimitas. Et ad ſecũdam dico ꝙ cõtingit fugere honorem dupliciter. vno mãdo antecedẽter quia ſcilicet fugimus arduas ⁊ difficiles adminiſtrationes et tunc dico ꝙ hoc interdũ eſt laudabile/ cum ſcilicet diffidimus eas poſſe bene agerẽ/ aut cum ſint alii multi qui eas bene et laudabilit̃ gerere poſſunt et nos vacare volum⁹ aliis que vel quietiorem vitam noſtram reddunt et nos contẽplationi celeſtium melius accomodant: interduȝ vero illud eſt vicioſum/ ſicut cum ſperamus nos bene poſſe gerere huiuſmodi adminiſtrationẽ et eam non fugimus cauſa alicuius maioris boni. Secundo modo fugit̃ honor in ſeipſo ſcȝ ſignum illud opinionis benefactiue/ et hoc bene fieri poteſt et male. nam ſi per fugam illam diminueretur eſtimatio et diminutio eſtimationis eſſet in detrimentũ eorum que gerenda ſunt p ipſum ita ꝙ non tanta fides vel auctoritas dictis aut

Fuga honoris mltipliciter ſit.

dico ꝙ illa nichil facit ad ꝓpoſitũ q̄ illa nõ agit de
honoꝛari meritoꝛio et tñ ly q̃ ↄfundit et honoꝛari qḋ
poſt ipm ponit̃ diſtributiue. ¶ Ad ſcḋam ꝓbationẽ
dico ſimil̃r. Dico puta ꝙ de⁹ nõ eſt melioꝛabilis, imo
nec moꝛtui ſaltẽ meritoꝛie ideo ꝙ honoꝛari nõ melio-
ret eos nõ contingit q̄ ſuſceptio honoꝛis nõ nata eſt
reddere ſuſcipiẽtẽ melioꝛẽ, ſed q̄ iſti de quib⁹ arguit
nõ ſunt nati fieri melioꝛes. ¶ Ad tertiã ꝓbationẽ dico
ꝙ in ypocrita nõ eſt ſuſceptio honoꝛis ỽtuoſa, hoc ei
bñ ccludit ꝙ aliqḋ honoꝛare eſt aliquo honoꝛari me
lius ſed nõ ↄcludit ꝙ qḋlꝫ honoꝛare ỽtuoſũ ſit meli⁹
q̃ honoꝛari q̄ iſta equalet huic qḋlꝫ honoꝛare ỽtuo-
ſum eſt quolibet honoꝛari meli⁹ ꝓpt̃ ↄfuſionẽ diſtri-
butiuã factã ꝑ ly q̃. ¶ Ad quartã dico ꝙ ipſa eſt pro
vltia ↄcluſiõe. Et ita ad eã rñdet̃ ↄcedẽdo añs et ↄñs
ceteris parib⁹, ſed q̄ ille qui honoꝛat̃ põt multa lau
dabilia intẽdere ſuſcipiẽdo honoꝛẽ q̄ nõ intẽdit hono
rans: ideo in tali caſu ſuſceptio honoꝛis ꝓpt̃ voliti-
Dupliciť cõparat̃ honoꝛãs hõꝛato. M onẽ cui ſuboꝛdinatur eſſet melioꝛ q̃ honoꝛatio. ¶ Ad
quintã dico ꝙ Ari. ibi cõparat honoꝛẽ ad honoꝛantẽ
et ad honoꝛatũ et vult ꝙ honoꝛ eſt magis ꝓpꝛiũ bo-
nũ honoꝛãtis q̃ honoꝛati qḋ põt itelligi dupliciter.
Uno mõ ꝙ honoꝛ eſt ſubiectiue in honoꝛante et nõ et
ſubiectiue in honoꝛato. et hoc nõ videt̃ vl̃r verũ q̄ nõ
eſt verũ de magnis honoꝛib⁹ qui ꝑmanẽt poſt actum
honoꝛãtis ſicut ſunt ſacrificia ymagines ꝛc. talia eñ
nec in honoꝛãte ſunt nec in honoꝛato. Alio mõ põt in-
telligi ad hunc ſenſũ ꝙ honoꝛ magis eſt in poteſtate
honoꝛãtis q̃ honoꝛati ꝛ hoc veꝝ eſt quãtũcũqꝫ eñ qs
ꝓmeruerit honoꝛẽ ſibi exhiberi ab aliq̄b⁹ in poteſta-
te tñ eoꝝ eſt exhibere ꝛ frequenter nõ eſt in poteſtate
illius qui promeruit ꝙ ſibi exhibeatur. Et hoc inten-
dit Ari. et aperte pꝛobat per hoc ꝙ in honoꝛibus nõ
ↄſiſtit felicitas q̄ op⁹ qḋ eſt ꝓpꝛie felicitatis ſic dꝫ eſſe
ꝓpꝛiũ felici ꝙ ſit i poteſtate eius. Et per hoc etiã con-
cluditur q̃ debet eſſe itrinſecum. Dico autẽ ꝙ quãtũ-
cũqꝫ honoꝛari non ſit in poteſtate honoꝛati ſuſceptio
tamẽ honoꝛis ſuboꝛdinatur alicui bone volitiõi que
eſt in poteſtate honoꝛati ꝛ ſibi intrinſeca et quando
iſta volitio eſt melioꝛ q̃ illa cui ſuboꝛdinatur honoꝛa
tio tunc honoꝛari eſt melius quã honoꝛare. ¶ Ad ſex-
tam dico quod honoꝛari ſuboꝛdinatũ virtuoſe voli-
tioni iclĩat ad humilitatẽ ꝛ nõ ad ſupbiã ꝛ q̃tũcũ-
qꝫ iclinet ex ſe ſi tñ actus ſit rõne moderat⁹ nõ ꝓpter
hoc ſit deterioꝛ. ſed tãto videtur melioꝛ q̃to difficili⁹
eſt ipm ad ipm ad mediũ reducere ꝛ hoc ẽ ꝓ octaua
ccluſione. ¶ Cõtra nonã ↄcluſionẽ. arguit̃ pꝛimo ſic
quod debetur deo ꝛ maioꝛibus ſcḋm ꝙ maioꝛes ẽ me Rões buridani vbi
lius eo quod pertinet ad minoꝛes ſcḋm ꝙ minoꝛes, ſꝫ ſupra q̄ſt.
honoꝛari debet̃ deo ꝛ maioꝛib⁹ ſcḋm ꝙ maioꝛes ho nona.
noꝛare ỽo ꝑtinet ad minoꝛes ſcḋm ꝙ huiuſmodi igit̃
Secũdo quod ẽ appetibili⁹ ꝛ delectabili⁹ eſt melius
ſed honoꝛari eſt appetibilius q̃ honoꝛare q̄ videm⁹
maioꝛes ꝛ in dignitatib⁹ ↄſtitutos appetere honoꝛa
ri ꝛ nõ honoꝛare ꝛ etiã ſcḋm Ari. pꝛimo rethoꝛice ho
noꝛ eſt delectabiliſſimoꝝ igitur. Tertio magnanim⁹
magis deſiderat honoꝛari q̃ honoꝛare ergo ſimpli-
citer melius eſt honoꝛari q̃ honoꝛare añs ꝓbatur ꝑ
Ari. in quarto q̄ dicit ꝙ magnanimi deſpectoꝛes vi-
dent̃ ꝛ ꝙ magnanimus bñficiat⁹ verecũdat̃, hoc aũt
nõ eſt niſi q̄ tenetur honoꝛare beneficiãtẽ. tũ etiaꝫ q̄
magnanim⁹ vult excellere ſed honoꝛari excellentis ẽ
ꝛ honoꝛare ſupexcelſi igitur. Quarto ꝑmiũ eſt meli⁹
merito ſed honoꝛari eſt ꝑmiũ virtutis ergo eſt meli⁹
q̃ virtus ꝛ ꝑ ↄſequẽs eſt melius q̃ honoꝛare. Quinto
quod eſt liberius ẽ melius q̃ id quod eſt ſeruilius ſed
honoꝛari ẽ liberius ꝛ honoꝛare ſeruilius ergo hono
rari eſt meli⁹ q̃ honoꝛare minoꝛ ꝓbatur q̄ ſeruus te
netur dñꝫ honoꝛare ꝛ nõ ecõtra. Sexto quod cõuenit
ſoli bono eſt meli⁹ q̃ id qḋ ↄuenit tam bono q̃ malo
ſed honoꝛari ↄuenit ſoli bono. honoꝛare aũt tã bono
q̃ malo igit̃ minoꝛ ꝓbat̃ ꝑ Ari. dicentẽ ſcḋm veritatẽ
aũt bon⁹ ſolus honoꝛãdus: tam boni autẽ q̃ mali te
nentur honoꝛare ſuperioꝛes ſuos. Septimo ſi ſic ſeq̄
retur ꝙ rex deberet magis velle honoꝛare q̃ honoꝛa
ri ſed hoc ẽ falſũ quia tũc ſubuerteret̃ oꝛdo reipubli-
ce. ¶ Ad pꝛimã reſpõdeo negãdo maioꝛem ſi itelligat̃
vniuerſalit̃ ſed bene verũ eſt ꝙ illud vel eſt melius vl̃
originem habet ex aliquo melioꝛi bono. Ita eſt autẽ
ꝙ licet honoꝛare ſit melioꝛ actus q̃ honoꝛari ad ſen-
ſum vltime ccluſionis tamẽ i eo q̄ honoꝛatur eſt ali-
quid excellẽtius q̃ i eo qui tenet̃ honoꝛare. patet eti-
am inſtãtia contra maioꝛem nã ſeruũ diligi a rege ẽ
melius ſeruo q̃ regem diligi a ſeruo ſit bonum rei pu.
Aliter ſoluit Buridan⁹ ꝙ maioꝛ ẽ vera de his q̄ ma- Solutio buridani. N
ioꝛib⁹ ꝛ minoꝛib⁹ intriſece iſunt ſed nõ de his q̄ ma
ioꝛib⁹ extriſece ſũt extriſeca denoĩatiõe. ¶ Ad ſcḋam
dico ꝙ aliqḋ dicit̃ appetibili⁹ ꝛ delectabili⁹ dupliciť
vnomodo ex ꝓpꝛia bonitate ꝛ ſic cõcedo maioꝛẽ cete-
ris parib⁹. alio modo ex aliqua cauſa añcedente vel
effectu ↄñte. ꝛ ſic ego nego. Et ad minoꝛẽ dico ꝙ ho-
noꝛari virtuoſũ nõ eſt ex ſe deſiderabili⁹ nec delecta
bilius q̃ honoꝛare virtuoſum ſed tãtũ ex ↄditione ꝛ
qualitate ꝑſonaꝝ quã honoꝛari ꝛ honoꝛare ↄſequũ-
tur ſcꝫ ex eo quod eſt eẽ dignũ honoꝛari vel etiã ex ef
fectu ↄſequẽte ſicut cum dixit Ari. ꝙ honoꝛ eſt delecta
biliſſimoꝝ ſubdit cauſã q̄ ꝑ hoc fit fantaſia ꝙ ille eſt
ſtudioſus. Aliter dicit̃ ꝙ honoꝛ inter bona exterioꝛa
eſt delectabiliſſimoꝝ ſed nõ ſimpliciter q̄ opa virtu-
tũ ſũt delectabilioꝛa ſed hoc nõ ſufficit q̄ nõ compa-
ro honoꝛẽ ad honoꝛare ſed honoꝛari ỽtuoſũ ad ho-
noꝛare virtuoſũ. ¶ Ad tertiã dico ꝙ magnanim⁹ ca-
tholic⁹ nõ magis deſiderat honoꝛari q̃ honoꝛare lo
quendo ſemꝑ de honoꝛari ꝛ honoꝛare ad ſenſum ter-

ſte ꝯcluſiõis ⁊ de honorari ab hiis a quibus debet ⁊
honorare eos quos debet/ſed dico ꝙ magis deſide=
rat bñficiare ꝙ̃ bñficiari ⁊ hoc ꝯcludũt ꝓbatiões ⁊ ni
chil aliud vt pꝫ intuẽti nec verecũdatur bñficiari quia
recuſat honorare ſed quia magis appetit bñficiare
ꝙ̃ bñficiari ideo magis appetit honorari ꝙ̃ honora
B re. ¶ Ad quartã rñderet catholicus ꝙ honor nõ ẽ pre
miũ virtutis/ſed beatitudo eterna aut aliud bonum
honore maius puta gratia que dicit̃ p̃miũ ſaltem de
ꝯgruo ⁊ ſi honor ſit premiũ virtutis nõ eſt niſi premi
um accidẽtale ⁊ nõ eſſẽtiale nõ oportet autẽ tale pre=
miũ eſſe melius virtute nõ catholicus autẽ diceret ꝙ
maior veritatem habet de premio cõdigno ⁊ ſufficiẽ
te ſed nõ de inſufficiẽte. Et ad minorẽ diceret ꝙ honor
nõ eſt premiũ virtute cõdignũ ſicut expſſe habet Ari.
⁊ frequent̃ ſuperius eſt allegatũ. Uirtuti perfecte in=
quit non fiet condignꝰ honor. ¶ Ad quintã cõceditur
maior ceteris paribus ⁊ negat̃ minor de honorare ⁊
honorari virtuoſis ⁊ laudabilibus nullũ enim opus
virtuoſũ ẽ ſeruile ſed bene verũ eſt ꝙ honorari debet̃
alicui ex nobiliori ⁊ liberiore cõditione ꝙ̃ honorare.
Et propter hoc recte honorari dicitur liberius ⁊ ho=
norare ſeruilius qꝛ vnũ oritur ex beneficiare quod eſt
nobilius ⁊ aliud ex beneficiari quod eſt ſeruiliꝰ. ¶ Ad
ſextã nego maiorẽ vniuerſaliter ſed bene eſt verũ de
illo quod ponit nobiliorem ⁊ excellẽtiorem cõditionẽ
in eo cui cõuenit ꝙ̃ aliud. Et iſte oẽs rõnes ſũt ꝓ p̃ma
cõcluſione ꝓ maiori parte. ¶ Ad vltimam dico ꝙ du
plex poteſt eſſe i rege actus honorãdi vnus conueniẽs
maieſtati regie alius diſcõueniẽs de ſcđo dico ꝙ illđ
nõ eſt virtuoſum ideo de illo nõ eſt cõcluſio de primo
dico ꝙ actus honorãdi cõueniẽs regi poteſt eſſe lau=
dabilior ꝙ̃ ipſa honoris ſuſceptio. ⁊ hoc ſi cõparãtur
actio ⁊ paſſio p̃ciſe inter ſe ſcđm intellectũ vltime cõ=
cluſionis per talem aũt honorationẽ nõ ꝑuertitur or
do rei publice ſed magis ſtabilitur ⁊ augetur. Et hec
de queſtione.

P Oſt hec inquirendũ eſt de non
nullis virtutibus que ab aliquibꝰ dicunt̃
pertinere ad magnanimitatẽ vel fortitudi
nem tanꝗ̃ ꝑtes vtrũ hoc verum ſit de omibus aut de
nullis aut de quibuſdam quidem ſic aut de quibuſ=
dam non? Et primo queritur de fiducia vtrum ſit ſpe
cies magnanimitatis? ¶ Arguitur ꝙ non. Omis ma
gnanimitas eſt magnorum operatiua ſed fiducia ſe=
cundum ꝙ eſt diſtincta ab aliis partibus fortitudi=
nis non eſt magnorum operatiua cum hoc pertineat
ad magnificentiam. ergo fiducia non eſt ſpecies ma=
gnanimitatis. ¶ In oppoſitum ſunt Tullius Macro
bius et andronicus vt ſupra patuit. ¶ Notandum eſt
Fiducia quid ſit. ꝙ vt ſupra patuit fiducia non eſt aliud ꝙ̃ ſpes bene ſe
habendi circa ardua et difficilia huiuſmodi autem
ſpes importat duos actus vnum voluntatis qui eſt
P velle ſiue deſiderare operationem arduorum et diffi
cilium Alium rationis qui eſt eſtimatio firma et cer=
ta ꝙ talia ardua ⁊ difficilia ſufficiemus agere/ pri=
mus actus eſt principaliter ſignificatus per fiduciam
ideo fiducia ſicut et ſpes eſt voluntatis habitus et nõ
rationis. ſecundus eſt connotatus per fiduciã ⁊ ideo
ſecundus actus non eſt fiducia ſed eſt actus ſine quo
actus voluntatis non eſt fiducia ita ꝙ ſi quis deſide=
raret magna adminiſtrare et non eſtimaret certitu=
dinaliter ſe poſſe bene ⁊ cõmode ea adminiſtrare tũc
talis non haberet fiduciã. Dixi aũt ꝙ talis eſtimatio
debet eſſe firma qꝛ ſi eẽt tenuis ⁊ infirma non ſufficeret
ad fiduciã. Dixi aũt certa quia ſi eſſet firma et incerta
potiꝰ cauſaret temeritatẽ ꝙ̃ fiduciã ille eñi eſt temera
rius potiꝰ ꝙ̃ fidẽs qui qꝛ falſe eſtimat ſe poſſe ſuffice=
re magnis rebꝰ tractandis eas adminiſtrare deſide=
rat. Ex quibus patꝫ ꝙ fiducia eſt ꝑ quem quis optat
magna ⁊ difficilia gerere que ſe bene ⁊ laudabiliter
geſturum firmiter ⁊ certe exiſtimat: ⁊ nõ puto ꝙ Tul diffinitio
lius aliud voluerit intelligere cũ diffiniens fiduciam tullii.
ait. Fiducia eſt ꝑ quã magnis ⁊ multũ honeſtis rebꝰ
multũ ipſe animus in ſe fiducie certa cũ ſpe collocauit
vbi i proprietas quedã diffinitẽdi eſt in hoc ꝙ fiduciã
ꝑ fiduciã diffinuit ⁊ etiã ꝑ ſpem certã q̃ eadẽ fiducie ẽ tho. 2. 2ᵉ
Nã ſm thomã fiducia eſt quoddã robur ſpei ꝓueniẽs q̃ſti. 129.
ex aliqua cõſideratiõe q̃ facit vehementẽ opinionẽ de artic. 6.
bono aſſequẽdo. Ex quibꝰ ꝟbis pꝫ ꝙ fiducia includit
illa duo q̃ diximꝰ pꝫ etiã ꝙ fiducia nõ eſt aliud ꝙ̃ cer= Excuſatõ
ta ſpes cũ ſit robur ſpei. Sed parcendũ eſt Ciceroni. tullii.
Cũ qꝛ magis in diffinitiõibꝰ dãdis ornatũ oratoriũ
ꝙ̃ rigorẽ artis diffinitiue obſeruare voluit. Cũ quia
cũ fecit libros illos rethoricorũ erat iuuenis vt teſtat̃
in libro de oratore vbi nõ multũ ꝓbat hmõi rhetori= Acceptio
cor̃ libros ⁊ hoc idẽ de eo teſtat̃ Quintilianꝰ. ¶ Notã nes fidu=
dũ ſcđo ꝙ fiducia accipit̃ dupliciť. Uno mõ ꝓ oĩ ſpe cie.
certa bñ ſe habẽdi circa difficilia. ⁊ hoc mõ fiducia in
oĩ ꝟtute reperiri põt. Alio mõ accipit̃ fiducia ꝓ ſpe
certa bñ ſe habẽdi circa difficiliũ ⁊ arduarũ rerũ ad
miniſtratiões: ⁊ iſta videt̃ eſſe ꝯtenta ſub priore ſicut
inferius ſub ſuperiore. ¶ Prima ꝯcluſio: fiducia p̃mo
mõ dicta nõ eſt ſpecies magnanimitatis. pꝫ qꝛ reperit̃
in oĩ ꝟtute põt eñi aliquis certo ſꝑare ⁊ fidere ſe bene
geſturũ ea q̃ ꝑtinẽt ad iuſticiã aut ſe ꝯtinẽter victurũ/
aut ſe euaſurũ in doctũ theologũ/ aut ſe vota alicuiꝰ
religiõis obſeruaturũ. ¶ Scđa ꝯcluſio fiducia ſecũdo Nota.
mõ dicta eſt ſpecies magnanimitatꝭ. ꝓbat̃ fiducia hmõi
ꝑ ſe ad aliquã ꝟtutẽ ꝑtinet ſub qua eſſentialiť ⁊ tanꝗ̃
inferiꝰ ſub ſuperiore ꝯtinet̃: ſed nulla eſt ad quã hoc mõ
ꝑtineat niſi magnanimitas igr̃. minor eſt certa qꝛ reſtri
cta eſt ſignificatio eiꝰ ad materiã magnanimitatis, vt pꝫ
intuẽti. ⁊ maior ꝓbat̃ qꝛ actꝰ fiducie eſt actꝰ ꝑ ſe ꝟtuo
ſus/ ꝗ habitꝰ eſt ꝑ ſe ꝟtus. Aut ꝗ fiducia ſignificat ha
bitus plurimar̃ ꝟtutũ ſicut fiducia primo mõ dicta
⁊ hoc nõ cũ reſtricta ſit ad materiã magnanimitatꝭ: aut
ſignificat habitꝰ vnũ ad vnã ꝟtutẽ ſcꝫ ad magnanimita=
tẽ ꝑtinẽtes ⁊ tũc habet̃ intentũ. ¶ Tertia ꝯcluſio actꝰ
fiducie primo mõ dicte poſſunt elici ab habitu magna=
nimitatis mediate vel immediate. patꝫ ꝑ illud qđ ſupra
declaratũ eſt ꝙ ad magnanimitatẽ ꝑtinet quicquid in vna
quaqꝫ ꝟtute magnũ/ ⁊ ibi require declarationẽ huiꝰ. Tho. vbi
¶ Quarta ꝯcluſio p̃ter fiduciã nõ eſt ponenda ſecuri= ſupra. ar.
tas tanꝗ̃ aliquid ad magnanimitatẽ pertinẽs. ꝓbat 7.
ſecuritas nõ eſt aliud ſcđm Thomã ꝯ quẽ ponit iſta Q
ꝯcluſio quã ꝑfecta quies animi a timore ſed habita fi=
ducia habet̃ ꝑfecta quies a timore ꝗ p̃ter fiduciã nõ exi
git̃ ſecuritas minor ꝓbat̃ qꝛ ſi nõ habet̃ ꝑfecta quies
a timore habet adhuc timor ꝑturbãs. ſi habet̃ timor
ꝑturbãs ſiue inquietãs nõ habet̃ certa ſpes qꝛ certa
ſpes aufert timorẽ inquietatẽ ⁊ ꝑturbantẽ. ſi nõ habet̃
certa ſpes nõ habet̃ fiducia vt ex diffinitiõe fiducie ⁊
ex ſupradictis pꝫ ꝗ ſi nõ habet̃ ꝑfecta quies a timo=
re nõ habet̃ fiducia ⁊ ꝑ ꝯñs ex oppoſito ꝯñtis ſi ha=
betur fiducia habet̃ ꝑfecta quies a timore ⁊ per ꝯñs ꝯtra thõ.
habet̃ ſecuritas. Scđo ſcđm eundẽ Thomã qui hꝫ fi=
duciã hꝫ quoddã robur ſpei cũ vehemẽti opinione de
bono cõſequẽdo hec eñi ꝟba eiꝰ ſunt. ⁊ ideo inquit qꝛ
fiducia iportat quoddã robur ſpei ꝓueniẽs ex aliqua
cõſideratione qui facit vehementẽ opinionẽ de bono
aſſequẽdo inde eſt ꝙ fiducia ad magnanimitatẽ ꝑtinet.
Sed qui hꝫ robur ſpei cũ vehemẽti opiniõe de bono
aſſequẽdo: hꝫ ſecuritatẽ de aſſecutione illius boni qꝛ
tũc ceſſat timor igr̃. Tertio oẽ ꝟtuoſũ ꝑ ſe expulſiuũ
deſperatiõis eſt ſecuritas: ſꝫ fiducia vł certitudo ſpei
eſt aliquid virtuoſum per ſe expulſiuũ deſperatiõis

quia implicat ꝙ quis ſimul ſperet vł fidat et deſpe
ret. igitur dixi autē in maioꝛe ꝟtuoſū q̄a audacia ⁊
temeritas expellūt deſperationē. ſed ipa nō ſūt vir
tuoſa. Eadē aūt maioꝛ ꝓbatur ꝑ Thomā dicentē ꝙ
ſecuritas ex ɔñti ꝑtinet ad magnanimitatē inq̄tū
expellit deſperationē ſecuritas ꝗ expellit deſpatio
nē ꝗ q̄d̄lʒ ꝟtuoſū q̄d expellit eā ē ſecuritas ſʒ iſtabis
qꝛ opinio ꝓbabilis expellit deſpationē, et tñ ɔſtat
ꝙ ipa nō ē ſecuritas. Rñſū q̄re. Quarto oīs ꝑs ma
gnanimitatis eſt fiducia, magnificentia, pacientia,
vel pſeuerantia: ſed ſecuritas nec eſt pſeuerātia nec
pacientia nec magnificentia ꝗ ſecuritas eſt fiducia
maioꝛ eſt nota ex diuiſione Tullii quā etiā recipit
beatus Thomas ⁊ ſm̄ quā ꝓſequitur de ꝑtib⁹ ma
gnanimitatꝫ. ſeſi ſecuritas nec magnificētia eſt nec
pacientia nec pſeuerantia ꝗ ſecuritas eſt eadē fidu-
cie. Quinto nam idem doctoꝛ vbi agit de partib⁹
Tho. 2. 2 q̄ſti. 128. arti. viii. co. foꝛtitudinis dicit ꝙ ſecuritatē quā pōit Macrobi⁹
cōpꝛehendit Tullius ſub fiducia: ſed Macrobius ꝑ
magis ſpecialia diſtixit, ergo fiducia ē ſup⁹ ad ſe
curitatē ergo nō fuit diſtinguenda ſecuritas ɔ̄ fidu
ciam. Sexto ſecuritas aut dicit actū intellect⁹ aut
volūtatis. ſi volūtatis tunc vel eſt volitio ſimplex
rerū arduarū adminiſtrandarū, aut eſt volitio im
peratiua executionis. ſi ſcōm ipſa non eſt diſticta
a magnificentia, ſi pꝛimū tūc cū conotet ex parte i-
tellectus certitudinē quādā de adminiſtratione be
ne gerenda tunc eſt eadē ſpei. ſi aūt ſit actus intelle
ctus tūc nō videtur eſſe niſi certitudo de huiuſmodi
adminiſtratiōe gerenda ⁊ hoc eſt quod dicebamus
eē conotatū ꝑ fiduciam. Si aūt dicas ꝙ dicit excel-
lentioꝛē gradū certitudītudinis aut igitur impoꝛ-
tat gradus certitudinis ſcōm ſpēm differentes aut
non. nō pm̄ū qꝛ nō videtur rōe cuius poſſet aſſigna
ri hmōi drña ſpecifica certitudinū. ſi ſcōm ergo nō
5 differūt ſpē. ¶ Quinta cōcluſio ſufficientia quā im
portat fiducia nec diuinū nec humanū ſecludit au-
xiliū probatur pm̄ū qꝛ actus ſecluderet diuinū au-
xiliū nō eſſet fiducia ſed temeritas. tū qꝛ nullus pōt
eſſe actus magnanimitatis meritoꝛius ſine gracia
tū qꝛ ſcōm Aug. nullus pōt eſſe actus bonus moꝛa
liter ſine ſpāli adiutoꝛio dei vt loco ſuo oſtēdetur
Scđo ꝓbatur ꝑ illud ſcđo ad coꝛin. iii. Fiduciā aūt
habemu⁹ ꝑ ieſū xp̄m ad deū non ꝙ ſim⁹ ſufficiētes
cogitare aliq̄d a nobis quaſi ex nobis: ſed omnis
ſufficientia noſtra ex deo eſt. Ad cuius probationē
adducedde eſſent oēs auctoꝛitates Auguſtini. Am-
bro. Caſſiani et alioꝝ ſacroꝝ auctoꝝ quibus di
cunt nos nec tentationes ſuperare poſſe nec bonis
actibus incumbere niſi deo ſpecialiter adiuuante.
ſed quia eſt alius locus ideo nunc taceo. ſcđa pars
ꝓbatur ſufficientia audacie ⁊ ſpei non excludit hu-
manū auxiliū ergo nec ſufficientia fiducie. ɔña vide
tur manifeſta ⁊ maxime de audacia honeſta ⁊ lau
dabili de qua Ariſ. agit ſcđo rethoꝛice: ⁊ añcedens
ꝓbatur ꝑ eundē ibidē dicentē ꝙ quis ad audaciā
mouet̄ ꝓpt̄ multitudinē amicoꝝ potētū ⁊ pecunia
rum, ⁊ ſi inq̄t exiſtere ipſis pu puta plura ⁊ maioꝛa
S q̄b⁹ excedētes timendi ſūt. hec aūt ſūt mł̄titudo
Cōtra al bertum. pecuniaꝝ ⁊ robur coꝛpoꝛis ⁊ amicoꝝ. ¶ Sexta con
cluſio fiducia ſiue fidencia nō ſic ſpecialiter reſpicit
finem intentū ꝙ ꝓpt̄ bonū finis det foꝛti vł magna
nimo ſecuritatē audēdi in aggrediēdo difficilia ꝗ
ɔcluſio poſita eſt cōtra Albertū qui ꝑ hoc diſtiguit
fidētiā a magnanitate, fidentia enī ē q̄ dicta ē, ma-
gnificentia reſpicit magnitudinē difficil' ⁊ ardui di
cit autem ꝙ fiducia ⁊ ſecuritas ſūt partes fidentie
ɔfidentia aūt eadē fidentie eſt niſi ꝙ noīat eā vt di
cit aggregatum ex fiducia et ſecuritate et addit ꝙ
fiducia dicit pſūptionē ꝑueniēdi ad finē, et ſecuritas
addit certitudinē ſpei ex ɔſciētia habit⁹ boni in aīa,
fidentia vero ſiue ɔfidētia dicit vtrūqʒ. hec opinio mul
ta dicit quaꝝ quedā ſunt volūtaria q̄dā dubia ⁊ q̄dā
falſa. volūtaria ſūt q̄ ponit circa diſtictionē iſtoꝝ ter
minoꝝ, fiducia ⁊ fidentia maxime cū apud nullū au-
ctoꝛem videant̄ diſtictas habere ſignificatiōes: ⁊ pꝛe
terea videt̄ ponere idēptitatē ſignificatiōis inter fidē
tiam et cōfidētiā et tamē aliquā differētiā expꝛimit ni-
ſi qꝛ cōfidētia nominat eā vt dicit aggregatū ex vtro Differētia albertiŋter ɔfidētiā ⁊ fiduciam.
qʒ q̄d nō minus tñ facit fidentia ꝙ ɔfidentia, nec hoc
tamen ɔuenit cū hus q̄ dicūt ꝙ ɔfidētia in malū ſo-
nat: fiducia vero ſemꝑ in bonū qꝛ tamē credimus ſm̄
auctoꝛes antiquos nō eſſe int̄ fiduciā ⁊ fidentiā diſtin
guendū ideo diximꝰ fiduciā et actū volūtatis ⁊ actum
ratiōis icludere. Dubia ſunt q̄ dicit ꝙ certitudo ſpei
ex ɔſcientia boni habit⁹ in aīa generat̄, dubiū eſt enī
de quo bono habitu itelligat̄ an de vno aut de mul-
tis ſi de vno ſolo habitu itelligat puta de habitu ma
gnanitatis ſaīm eſt. nō enī aliq̄s ꝑ ſolum habitū ma-
gnanimitatis reddit̄ potēs adminiſtrare res arduas
ergo nec ex illi⁹ ſolius habit⁹ ɔſcientia generat̄ fidu-
cia. Scđo qꝛ magnanimitas generat̄ ex actib⁹ ma-
gnanimitatis ⁊ foꝛtitudo ex actib⁹ foꝛtitudinis: illi
autē pꝛimi actus non fiebāt ſine actibus fidētie qꝛ ſi
foꝛtitudo habitus nō eſt ſine fidentia habitu ita nec
actus foꝛtitudinis ſine actu fidentie. ſed conſtat ꝙ ta
les actus fidentie precedētes generationē foꝛtitudīs
habitus non habebāt certitudinē cāta ex ɔſciētia bo
ni habitus foꝛtitudinis ī aīa qꝛ talis habitus nūdū
erat genit⁹ igit̄. Si autē ꝑ habitū bonū itelligat mul
titudinē boноꝝ habituū hoc adhuc nō videt̄ verum.
T nā aliq̄s ex libertate volūtatis ⁊ virib⁹ naturalib⁹ et
ſtudioſa diligentia gerere pōt ⁊ adminiſtrare oīa que
pōt mediātibus habit⁹ naturalib⁹, alias neceſſe eſſet
ꝙ habitus precederet actū q̄d ſaīm ē. Tū ſcđo qꝛ licet
ſcōm Ariſ. magnanimitas nō ſit ſine aliis ꝟtutib⁹ non
opoꝛtet tamē habit⁹ aliarū virtutū eſſe genitos añꝙ
habeatur act⁹ magnanimitatis: ſed ideo magnanimi-
tas coexigit neceſſario alios habit⁹ qꝛ magnanimi-
tas generatur cū habent̄ actus circa materias aliaꝝ
virtutum. Preterea q̄ vel ly ex dicit cauſam preci-
ſam et adequatā vel inadequatā. Si dicat cauſam in
adequatam adhuc currit precedens ratio. Si dicat
cauſam adequatā tunc ſaīm eſt, ex cōſcientia enim oīm
coꝛum huiuſmodi certitudo fidentie ex quibus cau-
ſatur facultas adminiſtrādi recte res arduas nō oꝛi
tur ſed hmōi: facultas nō ſolū cauſat̄ ex habitib⁹ aīe
ſed etiā ex habitib⁹ coꝛpis ex diuiciis ex amicis ⁊ aliis
auxiliis. Et ideo veri⁹ cām hui⁹ certitudīs btūs Tho Thomas vbi ſupra articu. 6.
mas expꝛeſſit cum ait Robur ſpei ꝓuenire ex aliqua
ɔſideratiōe q̄ facit vehemētē opinionē de bono aſſe-
quēdo. Aliud ſaīm oſtēdet̄ in ꝓbatiōe ɔcluſiōis. ⁊ ideo
ꝓbat̄ ɔcluſio pñt eē aliq̄ duo magnanimi vel foꝛtes di-
ſpares habit⁹ aīe ⁊ coꝛpis ⁊ facultatibus agēdo ar
dua q̄ dubitāt vtrū debeāt ſuſcipere aliquā arduā ad
miniſtrationē quoꝝ vn⁹ ratiocinādo ⁊ diſcurrēdo con
cludit ꝙ bene pōt ⁊ ſufficit eā adminiſtrare, ⁊ ali⁹ ɔclu
dit ꝙ ipe nō ſufficit ⁊ tñ ɔſtat ꝙ finis ī ipis ē vn⁹ ⁊ idē
ergo certitudo aggrediēdi ardua non ꝓuenit ex bono
finis. Et hec rō ſine difficultate videt̄ ɔcludere ꝙ non
ꝓuenit ex eo tāꝙ ex cauſa adeq̄ta ita ſcʒ ꝙ nō oīs ma
gnanim⁹ ideo ſecur⁹ eſt bñ geſturū aliquā arduā ad-
miniſtrationē qꝛ eam intēdit adminiſtrare propter
bonum finē. Scđo qꝛ hoc videtur contradicere alteri
dicto eiuſdem quo dicit ꝙ hmōi certitudo prouenit
ex conſcientia boni habitus in anima. Tertio bo- Argumēta thome vbi ſup. art. ſexto ⁊ ſeptio.
nus finis eſt cōmunis oībus ꝑtib⁹ magnanimitatꝫ
et foꝛtitudinis: ꝗ fidentia nō ſpecialius reſpicit bo
num finem ꝙ magnificentia vel alia ſpecies eius.
¶ Contra ſcđam cōcluſionē. arguitur ſic fidentia di

citur a fide ſed fides eſt virtus theologia et non ſpe
cies magnanimitatꝫ ꝙ nec fidētia. ¶ Scḋo fidentia
eſt eadē ſpei ſed ſpes eſt virtus theologica igitur ⁊
fidentia. ¶ Tertio carere timore magis partinꝫ ad
fortitudinē ꝙ ad magnanimitatē ſed fiducia videt̄
eē tīori oppoſita ſm illō Iſa. xii. fiducialit̄ agā ⁊ nō
timebo. ¶ Quarto p̄miū non debetur niſi virtuti
ſed fiducie debet̄ premiū ſcḋm illud ad Hebr. tertio
nos ſumus xp̄i ſi fiduciā ⁊ gloriā ſpei vſqꝫ in finem
firmā retineamus ꝙ fiducia eſt virtꝰ diſtincta a ma
gnanimitate. Et cōfirmatur auctoritate Macrobii
q̄ fiduciā magnanimitati cōdiuidit. ¶ Quinto fidu-
cia cōnotat certitudinē. ſed magnanimitas nō con
notat hm̄ōi certitudinē ꝙ fiducia non eſt ſpēs ma-
gnanimitatꝫ. ¶ Sexto oīs magnanimitas ē volitio
magnoꝝ imparatiua executionis: ſed fiducia non eſt
volitio magnoꝝ imparatiua executionis ergo fiducia
non eſt magnanimitas. ¶ Septimo actus ſimplex
et actus imparatiuus executionis ad eandem virtutē
pertinent ergo fiducia ⁊ magnificentia non differt̄
ſpecie et per conſequēs nō ſūt diuerſe ſpecies ma-
gnanimitatis. ¶ Ad primā negatur minor ſi vni-
uerſaliter intelligatur: fides eñ accepta vt dicit ve
hementiam opinionis quomodo accipiūt eam na
turaliter loquētes nō eſt virtꝰ theologica ⁊ p̄terea
negatur ꝯña. nā q̄uis fiducia de qua Apol. loquitur
ad Hebre. 3° includat fidē theologicam: eſt tamē di-
ſtincta virtus a fide theologica ita et fiducia mora
lis a fide naturali q̄uis tñ hec cōnotat̄ per nomē fi-
ducie. ¶ Ad ſcḋaꝫ dico ꝙ ſpes accipitur tripliciter
A vnomō ꝓ firma expectatione btitudis ex gracia et
meritis. ⁊ ſic nego maiorē et cōcedo miorē. alio mō
ꝓ volitiōe op̄andi difficilia cū certitudine hñ ſe ha
bendi in hm̄ōi op̄atiōe ⁊ ſic nego tā maiorē ꝙ mio-
rem accepto noīe fiducie ſcḋomō/ tertiomō ꝓ hm̄ōi
deſiderio adminiſtrādi ⁊ gerēdi ardua cū certitu-
dine hñ ſe hñdi in hm̄ōi adminiſtratione et ſic cōce
do maiorē et nego minorē. ¶ Ad tertiā nego maio-
rem. fortitudo eñ ꝓprie dicta eſt ablatiua timoris
bellici: magnanimitas aūt timoris q̄ ꝓuenit ex ar-
duitate grauiū adminiſtrationū. ⁊ ad minorē cōce-
dit̄ ꝙ fiducia eſt oppoſita timori ꝑturbāti et diſtra
henti. ſed nō eſt oppoſita timori excitanti et ſolli
citanti nec talē timorē aufert ſpes/ imo nec ſecuri-
tas. ¶ Ad quartam concedo maiorem et minorem/
ſed ex hic non poteſt concludi niſi ꝙ fiducia eſt vir
tus et non ꝙ ſit magnanimitate diſtincta Auctori-
tas tamen Apoſ. potius videtur intelligenda de fi-
reproba ducia q̄ e ī ſpes theologica et ꝙ ly et tenetur expoſi
tur dictū tiue. nec valet quod dicit Thomas ꝙ fiducia impor
thome tat quendā modū ſpei quia fiducia eſt ſpes robo-
rata ex aliquo firma opiniōe quia poſſet queri q̄d
per modum ſpei intelligat. aut enim intelligit ipaꝫ
ſpem. aut aliud a ſpe: et ſi aliud aut intrinſecū aut
extrinſecū ⁊ faciliter deducerent̄ mēbra ego aūt vt
priꝰ dico ꝙ fiducia nō ē aliō ꝙ ſpes ſꝫ nō idētificat̄
cuiꝫ ſpei ſꝫ illi tm̄ que hꝫ certitudinē firmā ꝯiūctā ⁊
ſi hoc itelligat ꝑ modū ſpei nō ꝯdico. ¶ Ad q̄ntā di
co ꝙ argm̄ petit difficultatē illā logicā. ſi oporteat
ꝙ genꝰ ſit ꝯfuſe cōnotatiuū oīꝫ eoꝝ q̄ cōnotat̄ ꝑ q̄lꝫ
Difficul- ſpēm eiꝰ. ꝙ ſi dicat̄ ꝙ nō ꝯſtat ꝙ ꝯña argumēti non
tas logi. vꝫ. Si dicat̄ ꝙ ſic dicat̄ ꝯñter ꝙ hm̄ōi certitudo cō-
notat̄ ꝑ magnanimitatē ꝯfuſe ſicut res conotate ꝑ
ſpēs ꝯfuſe conotat̄ ꝑ gn̄a. ¶ Ad ſextā nego maiorē
imo dico ꝙ ad vnā ſpēꝫ magnanimitꝫ ꝑtinet voli-
tio ſimplex ad aliā ꝑtinet volitio imparatiua executio
nis ⁊ ꝙ ſm has volitiōes poſſunt ſūt diuerſe ſpēs
magnanimitatꝫ. ¶ Ad ſeptimā vł intelligis ꝙ ꝑtine-
nēt ad eādē virtutē ſꝫ ſpēm ⁊ ſic ego nego et dico ꝙ

illi actꝰ ſūt ſpē drñtes ⁊ ꝙ aliqd ē obm̄ vniꝰ. ſ. actꝰ
imparꝰ qḋ nō ē obm̄ alt̄ius vel intelligis ad eādem
ꝟtutē ſꝫ genꝰ ⁊ ſic ꝯcedo. ſed cū hoc ſtat ꝙ ibi ſūt di
uerſe ſpēs. ¶ Cōtra q̄rtā ꝯclōnē ar̄. ſecuritas ꝑtinꝫ
ad fortitudinē ꝙ ſecuritas ē aliqd p̄ter fiduciā aña
ꝓbat̄ q2 ſecuritas iportat q̄etē q̄dā a ꝑturbatiōe ti Arg. tho
moꝝ/ ſꝫ q̄etē a ꝑturbatiōe tīoꝝ maxie facit fortitu me. 2. 2. q̄
do igr̄. Scḋo ſecuritas ꝯria ē magnanimitati ꝙ ſe- ſtio. 129.
curitas ē aliqd p̄ter fiduciā. aña ꝓbat̄ q2 magnani- articu. 7.
mitas facit curā de rebꝰ magis ⁊ hōeſtis/ ſꝫ ſecuri-
tas hm̄ōi curā aufert cū ſecurꝰ ſm yſi. dicat q̄ſi ſine
cura. aſſūptū ꝓbat̄ ꝑ illō Apo. ii. ad thi. ii. Sollici
te cura teipm̄ ꝓbabilē exhibere deo. Tertio ſecuri-
tas ē ꝟtutꝫ p̄miū ꝙ ſecuritas nō ē ꝟtꝰ ꝯña tꝫ q2 nō ē
idē ꝟtutꝰ ⁊ ꝟtutꝫ p̄miū. aña ꝓbat̄ ꝑ illud Iob ſi ī-
q̄tatē abſtulerꝫ de foſſa ſecurꝰ dormies. ¶ Quarto
ſecuritas ī hoc ꝯſiſtit ꝙ nulli aīmi ꝑturbatiōi neqꝫ
hoī neqꝫ fortūe ſuccūbat: ſꝫ fiducia nō ꝯſiſtit ī hm̄ōi
rebꝰ ꝙ ſecuritas nō ē eadē fiducie. ¶ Quīto fiducie ꝓ-
prie opponitur deſperatio ⁊ non timor ſed ſecurita
tis ꝓprie oppōit̄ tīor ⁊ nō deſperatio. ꝙ ſecuritas nō
ē eadē fiducie. ¶ Sexto de rōe ſecuritatꝫ ē certitudo ſꝫ
de ratione fiducie non eſt certitudo ꝙ ſecuritas non ē
eadem fiducie. maior ꝓbatur quia qui nō eſt certꝰ nō
eſt ſecurus neqꝫ ab omni cura explicitus. ⁊ minor ꝓba
tur quia circa contingentia ⁊ voluntaria non eſt cer-
titudo. ¶ Ad primam negatur aña accepto noīe for-
titudinis cōiter ⁊ nomine ſecuritatis ſtricte eo modo
quo dictū eſt de fiducia et ad ꝓbationē ſupra rñſū eſt
et dictū ꝙ timor bellicus bene pertinet ad fortitudinē
ſꝫ ad magnanimitatē ꝑtinꝫ tīor q̄ incidit circa arduaꝝ
rerū adminiſtrationē ⁊ nō ſolū tīor adminiſtratiōis
imo timor mortis ē incōmodoꝝ. ¶ Ad ſecūdā nego an
tecedens de illa ſecuritate quam eandem fiducie dixi
mus. et ad ꝓbationem diſtinguo vel quod faciat curā
perturbantem ⁊ deicientem vel ꝙ facit curā excitantē
ſi p̄mum nego maiorem ⁊ ꝯcedo minorem. ſi ſecundū
concedo maiorem et nego minorem. auctoritas autē
Apoſ. intelligitur de cura excitante ⁊ non deiciente.
Ad terciam rñdetur ꝙ ſecuritas poteſt accipi dupli-
citer vnomō ꝓ ſecuritate patrie ⁊ p̄miū ꝓ p̄mio eſſen Acceptio
tiali aut cōditionibꝰ eius ſic ꝯcedo aña ⁊ ꝯña lꝫ forte nes ſecu-
ꝯña nō valeat. ⁊ ad probationē negaretur aſſumptū ritatis.
⁊ forte ab aliquibꝰ diceretur ꝙ operatiōes btifice ſūt
eque virtuoſe aut plus ꝙ nō beatifice lꝫ nō ſint eque
meritorie. ſi autē acciperet̄ ſecuritas ꝓ carētia timo
ris qui frequent̄ ꝓuenit ex hoc ꝙ minꝰ ē ſibi male cō-
ſcius/ ſicut videt̄ accipe Iob. ꝯſciā enim quam replet
iniquitas multis reꝝ difficultatibus et ꝑturbatiōibꝰ
angitur cōcedo aña de p̄mio accidētali ⁊ nego ꝯñam
et ad probationem dico ꝙ aſſūptū ē fm̄. nā ſicut vna
iniq̄tas ē detrimētū reſpectu alterꝰ ita ⁊ vna ꝟtꝰ re
ſpectu alterꝰ ſꝫ q̄cq̄d ſit ī illa auctē nō accipit̄ ſecuri-
tas p̄ciſe eomō q̄ hic accipit̄ ſꝫ videt̄ hr̄e ſignificatio-
nē magis ꝯmunē. nā q̄ abſtulerit oēꝫ īiquitatem ſecu-
rus dormiet/ nō ſolū illa ſecuritate q̄ dicta eſt ſꝫ etiaꝫ
ſecuritate q̄ haberi pōt circa reꝝ arduaꝝ adminiſtra
tionē: ꝑ hoc ꝙ talis fidētiꝰ diuinū auxiliū ſperat qḋ ē
ad res diuinas agendas ſufficiētiſſimū. ¶ Ad quartā
nego minorē licet enim ī aliis cōſiſtāt ⁊ fiducia et ſecu
ritas. nam ſi quis in adminiſtratiōe grauiū rerū vel
perturbationi/ vel homini vel fortune ſuccūbere for-
midaret ille nec ſecuritatē nec fiduciam bene gerendi
habent. ¶ Ad quintam dico ꝙ tam fiducie ꝙ ſecurita
ti opponuntur ⁊ deſpatio ⁊ timor pertur bant ac dei
ciens: neutri autem opponitur timor excitans. nam
ſi ponatur deſperatio aut timor deiciens nec habetur
fiducia nec ſecuritas. ¶ Ad ſextam dico ꝙ duplex eſt
certitudo ſcilicet naturalis ⁊ de illa negatur maior.

alia eſt moralis et iſta eſt duplex.q̄dā circa agibi-
Duplex ē certitudo lia in vniuerſali et de iſta iterum negatur maioꝛ.
alia eſt circa agibilia in particulari et de iſta con-
ceditur maioꝛ et negatur minoꝛ,ſecuritas eīm et fi-
ducia dicunt circa ꝑticulare agibile illam moralē
certitudinē q̄ de ꝑticulari agibili vt in plurimū ha
haberi poteſt q̄lis certitudo habetur in ꝓmiſſis et
obligationibus exſoluendis q̄uis tamē in his mł
to maioꝛ poteſt eſſe certitudo ꝙ in adminiſtratiōe
rerū arduarū qꝛ hmōi adminiſtratiōes ex pluribꝰ
cauſis impediri poſſūt q̄ ꝓmiſſoꝝ ſolutiones.Ad
rōnē aū oppm̄ negaꝫ maioꝛ ⁊ dico ꝙ aliq̄ magna-
nimitas eſt magnoꝝ ſperatiua ⁊ aliqua magnoꝝ
opatiua ⁊ de hoc ſatis habitum eſt in prioꝛibus.

Ueritur Utrum magnificen-
tia ſit ſpecies magnanimitatis.et videtur ꝙ
non qꝛ magnificentia eſt virtꝰ a magna
nimitate diſtincta.ergo non eſt ſpēs magnanimi-
tatis.aūs ꝓbatur per Ariſt.quarto ethicoꝝ. In op
poſitū eſt Tullius qui enumerat magnificentiā in-
ter partes magnanimitatis,hoc idem etiam facit
A Macrobius ⁊ Andronicus. Notandū eſt ꝙ magni
ficentiā accipitur dupliciter.vno modo ꝓ habitu q̄
nos bene habemus in magnis ſumptibus grat; fa
ciendis.et hoc modo magnificentia eſt virtus circa
pecunias exiſtens diſtincta a liberalitate ⁊ magna
nimitate ⁊ aliis vꝫtutibus. Secūdo modo accipiꝫ
magnificentia ꝓ virtute opatiua excellētium et ar-
duoꝝ factoꝝ vtilitatem aliquā publicam ꝯcernen-
tium.de magnificentia primo modo dicta non eſt
queſtio ſed de magnificentia ſecundomodo dicta.
¶ Prima concluſio magnificentia eſt ſpecialis vir
tus.ꝙ ſit virtus ꝓbatur rōnibus quibus ſupra de
magnanimitate ꝓbatū eſt.ꝙ ſit virtus ſpecialis ꝓ
baꝫ nā rōne materie magnimitatis ab oībus vꝫtuti
bꝰ aliis a magnimitate diſtinguiꝫ.diſtiguiꝫ ꝑterea
ab aliis ſpēbus magnanimates. magnificentia ei
ſcðm ꝙ eſt per ſe virtus eſt volitio arduarū admi-
niſtrationū impatiua executionis ;fiducia autē nō
eſt impatiua executionis ⁊ ita magnificentia habꝫ
actū exterioꝛē ꝓ obiecto ⁊ nō fiducia aut ſi habeat
nō tamē eodē modo habet qꝛ nō habet eū tanq̄ a-
ctū impatum ſed tanq̄ actū ſperatū. pacientia aūt
et pſeuerantia q̄ pn̄t impedire hmōi adminiſtratio
nem pro obiecto.ꝙ aūt magnificentia ſit impatia
executionis ꝓbatur per diffinitionem quam de ea
aſſigignat Tullius magnificentia inquit eſt rerum
magnaꝝ ⁊ excellarū cum animi ampla ac ſplendi-
da propoſitiōe agitatio ac adminiſtratio ,conſtat
eīm ꝙ nullꝰ agitat atq̄ adminiſtrat ardua niſi ſpet
adminiſtrationē arduoꝝ.Et hoc intelligit Tullꝰ ꝑ
ſplēdidā ꝓpōnē id ē ꝑ ſplēdidū ꝓpoſitū. Propoſi-
tum eīm rerū arduaꝝ ac difficiliū vꝫ ſplēdidū cū ē
executionis impatū. ¶ Scða ꝯcluſio. nō oīs magni-
ficentia eſt circa magnos ſūptꝰ. ꝓbaꝫ in xp̄o fuit ex
cellentiſſima magnificētia ⁊ illa nō fuit circa mags
ſūptꝰ igiꝫ,minoꝛ eſt certa qꝛ nō legimꝰ xp̄m mags a-
Nō oīs magnifi-tiæ circa ſūptꝰ. liq̄s ſūptꝰ feciſſe ⁊ maioꝛ ꝓbaꝫ ꝑ illō pſal. Eleuata
ē magnificētia tua ſup celos deꝰ vbi magnificentia
ꝓ natura excellētiſſime magnificat ponit ,neq̄ puto
ibi magnificētiā naturalē dignitatē ipꝰ nature ſi-
gnificare.ſꝫ ſigāt ipaꝫ excellētiſſimā vꝫtutē magnifi-
cētie ī aīa xp̄i exntē q̄ etiā hūit excellētiſſimas opa
tiōes. nā ſi aliqō opꝰ dicaꝫ arduū ex fine qꝛ.ſ.finis
eiꝰ ē bonū excellēs ⁊ mł̄tꝫ cōe nullū inꝫ oīa hūana
opa fuit magis arduū cū ꝑ opꝰ magnificū xp̄i totū
hūanum genus ereptum ſit de poteſtate rugientis
leōis collata ſint eidē oīa ſacramēta ſaluꝫ. ⁊ ꝑpa-
rata ſit ei ſufficienter eterna beatitudo. ſi ex difficul-
tate operis ꝯſtat ꝙ nullū vnq̄ fuit opus difficiliꝰ nec
eſſe poteſt de cōmuni lege q̄ ſe tot laboꝛibꝰ tot ſudo-
ribus tot cōtumeliis tot cruciatibus in tanta liberta
te ac innocētia pro alienis cōmoditatibus ⁊ nullomō
pro ſua ſe ſubdere.ideo bene ⁊ rationabiliter vocauit
hec opera ac etiā habitus ex quibꝰ manauerūt,aut q̄
per hec generati ſunt magnificentiā, ⁊ dicendo ipam
magnificentiā eleuatā eſſe ſignificauit ſimul naturaꝫ
que eleuata eſt ſup celos.et cauſam potiſſimā huꝰ ele
uationis ſcꝫ ipam magnificentiā. ⁊ hoc cōiter inten-
dunt auctoꝛes ſacri aut aliquid ſimile cū pro cōcreto
ponunt abſtractū ac ſi diceretur ꝙ eleuatio ſuper ce-
los non ꝯuenit nature ſcðm ꝙ natura eſt ; ſed ſm ꝙ ē
magnificētiſſimis operibus adoꝛnata. Scðo ꝓbatur
concluſio per illud quod habeꝫ in pſal. ſanctitas et
magnificentia in ſanctificatione eiꝰ,et exo.xv.magni
ficus in ſanctitate, conſtat auteꝫ ꝙ hec magnificētia
non cōſiſtit in magnis ſumptibus; ſed in geſtiōe ope
ris ſancti difficilimi ⁊ arduiſſimi et vtiliſſimi. Et ideo
nos in eodē pſalmo ad laudem huius magnificentie
paulopoſt idem ꝓpheta imittat ⁊ exponit opus ipm
illuſtriſſimū et magnificentiſſimū dicens dicite in na
tionibus quia dn̄s regnauit a ligno. Ex quo patet ꝙ
opus illud quod habuit in cruce fuit illud opus excel Opera xp̄i fuerē magnifica.
lentiſſime magnificentie de quo loquitur; ⁊ ideo hāc
magnificentiam eſſe dicit in ſanctificatione eius non
quidem ea qua ſanctificatus eſt ſed qua nos ſanctifi-
cauit. Et ꝑpter iſtas cauſas magnificentia fuit in eo
excellētiſſimo gradu ſcꝫ in gradu heroico qꝛ opus il-
lud magnificētie ſue excellebat nō ſolū cōmunē facul-
tatē hoīm ſed etiā facultatē eoꝛum hominū qui maxi
me inter ceteros pn̄t res arduas ⁊ illuſtres admini-
ſtrare. ¶ Tertia cōcluſio.magnificentia de qua hic lo
quimur eſt ſpēs magnanitatis ꝓbatur qꝛ magnani
mitas ſignificat oīa que ſignificanꝫ ꝑ magnificentiā
et eodē mō ita ꝙ que in recto ſignificanꝫ ꝑ magnificē
tiā etiā in regno ſignificanꝫ ꝑ magnimitatē ⁊ que in
obliquo etiā in obliquo ⁊ nō econtra qꝛ multa ſigni-
ficat magnanimitas que nō ſignificanꝫ ꝑ magnificē
tiam qꝛ magnanimitas ſignificat ea que ſignificanꝫ
ꝑ fiduciā ⁊ alias ſpecies etiam ſcꝫ deſideriū arduoꝝ
operū que tamen nō ſignificanꝫ ꝑ magnificentiam.
Scðo oīs virtus per ſe opatiua magnoꝝ operū ē ma
gnanitas.ſed magnificētia iſto mō accepta eſt virtus
opatiua magnoꝝ ergo magnificētia eſt ꝑ ſe magna-
nimitas.maioꝛ ꝓbaꝫ per diffinitionē magnimitatis
quā ponit Arꝫ.ꝑmo rethoꝛice. ¶ Quarta ꝯcluſio ma
gnificētia quā ponit Cicero partē foꝛtitudis vel ma-
gnanimitatis nō ſe habet ad magnanimitatē ſicut
ſecundaria virtus ad principalem. probatur qꝛ ipſa
eſt vt dictū eſt ſpēs magnanitatis igiꝫ. Scðo magni
ficentia ꝯuenit in materia cum magnanimitate ⁊ nō
excellitur ab ea ergo ipſa non ce habet ad magnani
mitatē ſicut ſcðaria vꝫtus ad ꝑncipalē ꝯña tenet quia Tho. 2. 2
ſm Thomā cōtra quē poniꝫ iſta ꝯcluſio ideo magni q̄ſti.134.
ficentia nō eſt ſpecies magnanimitatis vel foꝛtitudi- articu. 4.
nis qꝛ nō ꝯuenit cū ea in materia ⁊ ipa diciꝫ ſcðaria
virtus et foꝛtitudo diciꝫ principalis quia exceditur
a foꝛtitudine eo ꝙ foꝛtitudo habet difficultatem pro
pter diſpendium quod imminet perſone et magnifi-
centia propter diſpendium rerum. Et in hoc iudicio
meo decipiꝫ beatꝰ Thomas putās ꝙ Tullius ⁊ Ma
crobius et Andro. cū dicunt magnificentiā eſſe partē
foꝛtitudinis accipiāt eam ꝓ vꝫtute directiua circa ma
gnos ſumptus quod nō eſt verum. Sed accipiūt eum
mō ſupradicto in qua ſignificatiōe ꝯſtat ꝙ ipa eſt cir
ca materiā magnanitatis ⁊ nullomodo exceditur a
magnanimitate,imo q̄ ita per ſe ipa eſt magnani-

mitas ſicut homo eſt animal. ¶ Quinta concluſio.
nõ quorũlibet difficiliũ ac magnoꝝ volitio vel opa
tio eſt magnificentia. ꝓbatur vir iuſtꝰ puſillanimis
interdũ facit difficilia opera iuſticie/et ea nõ facit
per magnificentiam: ſed per habitũ iuſticie igitur.
C Secundo ſtat aliquẽ carentẽ magnanimitatẽ habe
re multas alias virtutes ſecundum gradũ excellen
Publice administratiões tem inclinantes ipſũ ad magna opera magna ⁊ di
ficilia/ergo non omnis magnoꝝ volitio et opatio
ad magnificentiam ꝑtinet: ꝙñs probabitur cũ que-
retur de cõnexione virtutum. ¶ Secunda concluſio
opera magna et difficilia q̃ pertinent ad aliquam
adminiſtrationem grauem publicam et honorabi-
lem pertinent ad magnificentiam. publicas admi-
niſtrationes appello pontificatum/ cardinalatum
epiſcopatum/imperiũ/regnũ/ducatũ/comitatũ ꝓ-
fecturã/legatio. ẽ et omnia hmõi. ¶ Pro declara-
tione huius concluſſionis. Eſt aduertendum ꝙ apud
morales phõs frequenter dubitatum: vtrum actus
aliquos exteriores ſibi proprios magnanimitas
Tho. 2.2 129. ar. 4 ſiue magnificentia haberet. Opinio Thome eſt ꝙ i
vna quaqꝫ virtute magnum opus ſcđm ꝙ hmõi ꝑti
net ad magnanimitatem vel faciendo vel qualiter
cunqꝫ operando ipſum ita tamen ꝙ circa hoc opus
magnanimitas reſpicit ſolam rõnem magnitudi-
nis. Sed alie virtutes ſi ſint ꝑfecte magnũ operan
tur non tamen principaliter dirigũt intentionem
ſuam ad magnum/ſed ad id quod eſt propriũ vni-
cuiqꝫ virtuti magnitudo aũt conſequitur ex quan-
titate virtutis. Et ita ſecundum hanc opinionẽ opꝰ
magnum iuſticie aut manſuetudinis habet duo ha
bet enĩ ꝙ ſit opus magnum et ſecundũ hoc fit a ma
gnanimitate/habet ſecundo ꝙ ſit opus iuſticie. et
hoc modo fit ab habitu iuſticie. iſta opinio non vi-
detur michi vera. tum primo qꝛ ſi ſic ſeq̃retur ꝙ oẽ
opus magnum ſcđm quod magnũ fieret a magna-
D Contra thomam nimitate aut ſaltem eſt generatiuum ꝓximeꝛ imme
diate magnanimitatis conſequens eſt falſum ⁊ cõ
tra quartam concluſionẽ. ¶ Tũ ſecundo quia ma-
gnanimus faciendo opus iuſticie per magnanimi-
tatem ſuam non ſolum cõſiderat magnitudinẽ ope
ris ſed etiã cõſiderat ꝙ eſt opus bonũ ⁊ ꝟtuoſũ ad
iuſticiam pertinẽs aut ad mãſuetudinẽ aut aliquã
aliã virtutẽ neceſſariã vel notabiliter vtile ad gerẽ
dam adminiſtrationẽ ſuſceptum ergo magnanimi
tas nõ ꝑciſe facit illud opus ſecũdũ ꝙ magnũ nec
dirigit magnanimꝰ ꝑciſe intenſionẽ ſuã ad magni
tudinẽ operis. Añs ꝓbatur qꝛ ſi magnanimꝰ ꝑciſe
ꝯſideraret rõnẽ magni in ope ſuo tũc ratio bõi eẽt
ei impertinẽs ⁊ p ꝯñs ꝑ eodẽ hẽret facere opꝰ pra
uũ ⁊ bonũ dũ tñ eẽt magnũ. Et patet ꝯña qꝛ ſi rõ
boni ſit magnanimo ſecundum ꝙ hmõi ꝑtinẽs ma
gnanimꝰ eã in ope ſuo ꝯſiderat. Tertio aut intelli-
gis ꝙ magnanimꝰ ꝓducit magnitudinẽ opis iuſti
⁊ iuſtꝰ ꝓducit ipã ſubãm opis ſm ꝙ eſt debitꝫ cir-
cũſtantiis veſtita. Et hoc nõ qꝛ magnitudo opis nõ
eſt q̃ntitas ſupaddita rei magne ſꝫ ẽ ipa opatio ma
gna ſicut arduitas opis nõ ẽ niſi opꝰ arduũ ⁊ diffi
cultas non eſt opus difficile. ergo eſt ĩm intelligi-
bile ꝙ ab vna producatur vnum ⁊ ab alia produ-
catur reliquum: aut intelligis ꝙ magnanimus pro
ducit vtrũqꝫ ⁊ iuſtus ꝓducit vtrũqꝫ: ſꝫ magnanimꝰ
nõ fert ſm ꝙ hmõi intẽtionẽ ſuã niſi ad magnitudi
nẽ ⁊ iuſtꝰ nõ fert ſm ꝙ hmõi intẽtionẽ ſuã niſi ad id
qđ ẽ ꝓpriũ illi ꝟtuti ſcꝫ ad hoc ꝙ faciat opꝰ ꝯfor-
mit ad rectã rõnẽ. Cõtra quẽ modũ dicẽdi currit rõ
ꝓcedẽs qꝛ ex hoc indiſſolubiľr ſeq̃t ꝙ magnanimꝰ nõ plꝰ
ſm ꝙ hmõi bñ opat q̃ male cũ rõ magni quã tñ in
tẽdit magnanimꝰ ſaluet tã ĩ malꝭ q̃ in bõis opatiõibꝰ

Scđo magnanimꝰ ſꝫ ꝙ magnanimꝰ ſcit opꝰ ſuũ eẽ cõfor
me rõi ĝ magnanimꝰ nõ tñ fert intẽtionẽ ſuam ad ma-
gnitudinẽ operis ſed etiã ad bonitatem. Et añs ꝓba
tur ꝑ Ariſ. i ſcđo ethicoꝝ dicentẽ ꝙ ad hoc ꝙ de ꝟtuo
ſe opereť requiriť ꝙ opereť ſciẽs ⁊ eligẽs. Tertio ma
gnanimus opans magnũ opus iuſticie attigit de fa Cõditiones ſtudioſe opantibus.
cto ſubſtãtiã operatiõis iuſte bñ circũſtãtionatã: aut
ergo attingit eã ꝑter intẽtionẽ: aut ex intẽtiõe: aut cõ
tra intentionẽ. Non tertiũ vt cõſtat qꝛ alias ois ma-
gnanimus operãs iuſte eſſet malus qꝛ intẽderet ope-
rari nõ iuſte. nec primũ qꝛ quicq̃d fit ab aliquo ſciẽter
et ex lectiõe fit ex intẽtiõe ſed magnanimꝰ ſcienť et ex
electiõe attingit ſubſtãtiã opis iuſti ergo attigit eam
ex intẽtiõe. maior eſt manifeſta ⁊ minor ꝓbať qꝛ ma-
gnanimꝰ ſcđm ꝙ hmõi attingit ſubſtãtiã operis iuſti
ex deliberatiõe ergo ſcienť ⁊ ex electiõe qꝛ aut attigit
opus illud caſualiť aut naturaľr aut ex electiõe. non
ꝑmũ nec ſcđm qꝛ magnanimꝰ nõ agit ſm ꝙ magna-
nimus caſuaľr nec naturaliť ergo ex electiõe. ¶ Pre-
terea magnanimꝰ iterdũ iudicat ꝙ ad bñ gerendam
admiſtrationẽ ſuſceptã neceſſe eſt ſibi in aliqua certa
materia facere opus arduũ iuſticie ergo magnani-
mus cũ ponit ſe ꝯformare iudicio prudẽtie directiue
operũ magnanimoꝝ põt velle facere opꝰ arduũ iuſti-
cie. ſed ois volẽs facere opus arduũ iuſticie ñ tñ diri
git itẽtionẽ ſuã ad opus ſcđm ꝙ magnũ ſed etiã di-
rigit eam ad opus ſcđm ꝙ iuſtũ igiť magnanimitas
nõ ſolũ dirigit intentionẽ ad opus ſcđm rationẽ ma
gni. Eſt tamẽ aduertẽdum ꝙ dupliciť põt intelligi ꝙ E
magnanimus dirigit intentionem ſuam in opus iu-
ſtum vel manſuetum ⁊c. vno modo ſecundum commu
nem rationem iuſti et manſueti et ſic de aliis ⁊ ſic eſt
verum. Alio modo ꝙ magnanimus per habitũ ma
gnanimitatis et prudẽtie ad eam pertinentis ponat
medium in opere iuſto et veſtiat opus illud circũſtan
tiis ſibi debitis et ſic falſum eſt quia hoc non perti-
net ad magnanimitatem ſed ad iuſticiam ⁊ alias vir
tutes/alias pro omnibus virtutibus ſufficient vna. Et
hanc puto eſſe ſententiã Thome ⁊ eum nichil aliud
voluiſſe dicere que lꝫ vera ſit tamen deficit in hoc ꝙ
ſcđm eam omne opus magnũ ſecundũ ꝙ magnũ eſt
opus magnanimitatis. ⁊ ꝯtra hoc poſita eſt hec ſe-
ptima ꝯcluſio. ¶ Pro qua eſt aduertendũ ꝙ magna
nimitas ſcđm omnes philoſophos morales et theo- Sptĩa cõcluſio. Multiplex defectꝰ i appetitu honoris.
logos eſt virtus circa honores exiſtens. Poſſumꝰ au-
tem multipliciter deficere in appetẽdo honores: vno
modo cum incubuimus alicui graui adminiſtrationi
ꝑpter quam deberetur nobis honor alicuius digni-
tatis nos tamen vel maiorem petimus vel dignã ne-
gligimus et ſcđm aliquos iſte actus magis partium
ad iuſticiam diſtributiuã ⁊ iniuſticiam oppoſitam q̃
ad magnanimitatẽ ſcđm alios vero pertinet ad ma
gnanimitatem. Alio modo cum appetimus honorẽ
annexũ alicui adminiſtrationi cui tamẽ admiſtratio
ni gerẽde nõ ſufficimus aut cũ ſufficimꝰ admiſtratio-
ni gerẽde ⁊ nihiloĩnus honorẽ ipm ꝑpter laborẽ aut
pericula aut ꝑpť diffidentiã quãdã recuſamꝰ Tertio
modo cũ iam ſuſcepimus honorẽ et dignitatẽ cui an
nexa eſt adminiſtratio ⁊ tamẽ negligẽter hmõi admi
niſtrationẽ gerimus neqꝫ q̃tum vtiliter poſſumꝰ hu-
iuſmodi adminiſtrationẽ ꝑficimus ſed per negligen-
tiam noſtram aut per torporem noſtrum res pluri-
bus cõmunis multa detrimenta ſuſcipit. Contra hec
vicia magnanimitas animũ noſtrũ firmat et ſtabiliť
et ita erigit mentẽ noſtram vt non ſinat nos neqꝫ tor
pore neqꝫ imprudentia neqꝫ paruitate deeſſe admi-
niſtrationi quam ſuſcepimus. dico ergo quod ope- Reſolutio autoris.
ra magna non pertinent ad magnanimitatem preci
ſe ſecundum ꝙ magna aut difficilia ſed ſecundum ꝙ

ſunt opa valentia ad aliquē grauē adminiſtratio=
nem quā ſuſcepimus gerendā ꝛ perficiendā ita ꝙ ſi
cauſa epiſcopatus vel legationis ſuſcepte incūbat
opus magnū iuſticie faciendū/tūc magnanimitas
legati elicit p̄mo actū quo vult legationē bene ad=
miniſtrare ꝛ gerere et nullo mō a bona adminiſtra
tione deuiare ꝛ qꝛ recta ratio dictat ꝙ ſine opere
magno iuſticie et arduo non pōt bene geri legatio
impat voluntas mediāte habitu magnanimitatis
opus excelſum iuſticie/ꝯ tūc volūtas ſi habeat ha=
bitū iuſticie inclinat̄ mediante illoꝰ habitu iuſticie
ꝑtialiter ad inquirendū mediū iuſticie in illo opeꝛ
debitas circūſtantias illius opis ꝛ rō mediāte ha=
bitu prudentie hanc inueſtigationē facit. Si autem
hos habitus nec volūtas nec ratio habeant tūc rō
mediante acumine ſuo inquirit et conſiliatur ac cō
cludit circunſtantias ꝛ mediū opis iuſti ꝛ volūtas
obtēperat et ita hoc opus iuſticie magnū eſt ꝑcepti
ue a magnanimitate ſecūdū ſcꝫ ꝙ̄ arduū eſt ꝛ valet
ad adminiſtrationē grauē gerēdā. Eſt aūt rl'arit̄ eli=
citiue ab habitu iuſticie ꝛ ab aliis viribꝰ executiuis
probatio ꝯcluſiōis
quia magnanimitas ſm Arꝫ. nō fit ſine aliis ꝟtuti
bus poſſibile eſt tn̄ in caſu ꝙ ſit a volūtate ꝛ dicta=
mine prudentiali actuali. Tūc ꝓbatur cōcluſio illa
ſola opera ꝑtinent ad magnanimitatē quibꝰ homo
dignificat ſe honoribus q̄bus eſt dignus: ſed ꝑ ſola
opa magna que ad aliquā publicā adminiſtratio=
nem ꝑtinent homo dignificat ſe honoribus quibus
dignus eſt/ergo illa ſola opa ꝑtinent ad magnani
mitatē. maioꝛ ꝓbatur per diffinitionem magnani
mitatis. et minoꝛ ꝓbat̄ opa magna que nō ꝑtinent
ad aliquā adminiſtrationē nō dependent ex aliqua
honorifica dignitate nec in opando ea operans hꝫ
reſpectū ad quēcūqꝫ honorem vel ſuſceptū vel ſuſci
piendum neqꝫ attēptando eam dicitur caymꝰ neqꝫ
non attemptādo dicitur puſillanimis quēadmodū
de opibus alicui adminiſtrationi honorabili ꝯiū=
ctis contingit. manifeſtū eſt eīm ꝙ ille quiꝰ aſſumit.
honorē cuius adminiſtrationi ſufficere nō pōt ma=
nifeſte eſt caymus ꝛ ambitioſus ille aūt qui retinet
honorē cuius adminiſtrationi negligit ſatiſfacere
licet etiā ſufficere poſſit eſt etiam caymus ꝛ ambi=
tioſus/nō dicimur aūt magnanim ab hoc ꝑciſe q̄a
facimus opus magnū alicuius virtutis puta iuſti=
cie vel manſuetudinis vel liberalitatis ꝙ̄tūcūqꝫ et i
am intentionē noſtrā ad difficultatē ꝛ magnitudi=
nem operis feramꝰ. Opoꝛtet ergo ꝙ dicamur ma=
gnanimi faciendo aliquod magnū opꝰ ad aliquā
grauē. adminiſtrationem publicā ꝑtinens. ¶ Octa
ua concluſio magnificentie virtuti non reſpondent
alique operationes exterioꝛes proprie diſtincte ab
Magnificētia pro pos actꝰ exterioꝛes non hꝫ.
operationibus iuſticie ꝛ prudentie ꝛ manſuetudi=
nis ꝛ aliaꝝ virtutū. ꝓbatur iſta concluſio q̄a quecū
qꝫ operatio magnificentie detur manifeſte oñdetur
ꝙ illa ꝑtinet ad aliquā aliā virtutē ꝛ ꝙ ad eam cau
ſandā pōt cōcurrere aliquis alioꝝ habituū morali
um vel intellectualiū. Cōfirmatur quia a phis mo=
ralibus nulla aſſignatur opatio exterioꝛ magnifi=
centie preter opatiōes aliaꝝ virtutū. poſſet etiā in=
duci ꝑ ſingulas ſpēs nā adminiſtratio epatꝰ nō exi
git aliquā opationē exterioꝛē que non ꝑtineat ad ali
quā aliā ꝟtutē nec adminiſtratio legatiōis nec di
gnitas regie maieſtatꝫ. Et ad hūc ſenſū puto ītelle
xiſſe. Arꝫ. cū ait ꝙ magnanimitati ꝓpriū ē qd eſt in
vnaqꝫ ꝟtute magnū. Dixi aūt opatiōes exterioꝛes
qꝛ magnificētia hꝫ ꝓpos actꝰ interioꝛes nō ſolū ſpē
ſꝫ etiā gñe diſtictos ab actibꝰ interioꝛibꝰ aliaꝝ ꝟtutū
q̄ hñt obiecta diſtīcta ab obiectis aliaꝝ ꝟtutū. naꝫ
ſi ſit ꝯſida aliq̄ dignitas ꝯſeqmur eā ꝯſiliando no=
bis beniuolos faciendo eos ad quos pertinet colla=
tio huiuſmodi dignitatis: hmōi autem cōſiliatio ac
cōpatio beniuolentie prudentia fit ac ſuadendi ſcien=
tia ſi quis legationē grauē ſuſcepit eam ꝑficiet opati
onibus que vel ad iuſticiā vel ad prudentiā vel ad pe=
ritiam litterarum pertinent aut his omnibus ſimul
Ex quibus oībus patet ꝙ volitio magni opis iuſti
ad magnimitatē ꝓprie ꝑtinent et volitio eiuſdē opis
ꝑtinēt ad iuſticiā lꝫ differāt ſpē vel genere: tn̄ eis eadē
opatio exterioꝛ nō ſolū ſpecie ſed etiā numero rn̄det
ptꝫ ex dictis. Dixi aūt in p̄ma pte proprie ꝑtinēs ad
Duplex volitio iuſticie.
magnanimitatē. eſt enī duplex volitio iuſticie ad ma=
gnanimitatē ꝑtinēs vna que habet oēs circūſtantias
pro obiectis puta volitio q̄ volo hoc opꝰ iuſticie dif=
ficile ꝛ arduū tanq̄ multū vtile aut neceſſariū ad lega
tionē ſuſceptā honorifice ꝑficiendā hoc loco hoc tēpe
hoc mō ꝛc. ꝛ iſta volitio ꝓprie ꝑtinet ad magnanimi=
tatē qꝛ licet ſint aliqua obiecta cōia magnanimitati
et iuſticie ſcꝫ locus tp̄s ꝑſona et multa alia/tn̄ ſūt eti=
am aliq̄ ꝓpria magnanitati puta finis primus ſcꝫ le=
gatio honorifice ꝑficienda ꝛ vtilitas vel neceſſitas ad
hanc. Alia eſt volitio q̄ nō habet iſtā circūſtātiā ꝓpriā
pro obiecto/ſed habet alias cōes nō tn̄ habet circun=
ſtantiā ꝓpriā iuſticie pro obiecto ꝛ iſta volitio ꝑtinꝫ cō
munit̄ ad magnimitatē ꝛ iuſticiā ꝛ ab vtraqꝫ pōt elici
et ſeorſū ꝯiūctim. Alia eſt volitio q̄ habet iſtas circun
ſtantias cōes pro obiectis cū hoc habet circūſtantiā
ꝓpriā ipſi iuſticie ꝛ iſta ꝑtinet ad iuſticiā ꝛ nō ad ma=
gnanitatē. Et ſi dicas ponat̄ ꝙ habeat illa volitio cir
cunſtātias cōes pro obiectis ꝛ circūſtātiā ꝓpriā mag=
nimitati ꝛ circūſtātiā ꝓpriā iuſticie tūc querit̄ ad quā
virtutē ꝑtinebit puta iſta volitio/volo hoc opus iuſtū
hoc loco et hoc tēpoꝛe vt reddatur iſti perſone qd ſuū
Nota.
eſt et vt legationē ſuſceptā honorifice perficiam. Re=
ſpondeo primo ꝙ hec volitio differt ſpecie aut gene=
re a qualibet precedentium. Dico ſecundo ꝙ ſi caſus
ſit poſſibilis et cum hoc ſit poſſibile ꝙ circunſtantie
proprie finium omnino ex equo ſe habeant quod eſt
B
michi dubium. Tunc dicerem ꝙ illa volitio ſimul per
tineret ad magnanimitatē ꝛ iuſticiam ꝛ ꝙ non de tali
imo nec forte de qua tali predicatur iuſticia eſſentiali
ter ꝛ per ſe nec etiam magnanimitas accipiēdo eſſen
tialiter ꝛ per ſe logicaliter/licet bene predicat̄ de ea
ꝑ ſe accipiēdo ꝑ ſe vt vēit in vſū moraliū philoſophoꝝ
Dico tertio ꝙ ſi circūſtātie ꝓprie finium nō ſe ex eque
habeāt ſed vna ſit principalioꝛ et altera minus ꝓnci=
palis tūc dico ꝙ volitio illa ꝑtinet ad ꝟtutē illā cuiꝰ
Argumēta thōe. ꝛ ꝛ. q̄ſti. 15. articu. 1.
ꝓprius finis eſt finis ꝓncipalioꝛ illiꝰ volitiōis. ¶ Con
tra p̄mā ptē p̄me ꝯcluſiōis ar̄ ſic magnificētia nō con
ſiſtit in medio ergo magnificētia nō eſt ꝟtus. añs pro
bat̄. Tū qꝛ magnificētia ī extremo ꝯſiſtit. Tū qꝛ ma
gnificētia ꝯriat̄ naturali inclinationi eo ꝙ hō magis
naturaliter inclinat̄ ad opera difficilia ꝓpter ſeipm̄
quapropter alterū ad cuiꝰ ꝯriū īclinat magnificētia.
Scdo magnificētia eſt recta rō reꝝ factibiliū ergo po
tius ē ars q̄ ꝟtus. añs ꝓbat̄ qꝛ ꝑ magnificētiā dirigi
mur ita bn̄ in factibilibus ſicut in agibilibus. ¶ Ter
tio magnificentia eſt dignitas quedam nature ergo
magnificentia non eſt virtus: añs probatur per illud:
eleuata eſt magnificētia tua ſup celos. ¶ Ad p̄mā rn̄=
det̄ ꝙ magnificētia ꝯſiſtit in medio ratiōis licet non
in medio materie. Et ad primā ꝓbationē concedo ꝙ
cōſiſtit in extremo materie. Ad ſcdam ꝓbationem ne
gatur antecedens. ꝛ ad probationem negatur aſſum
ptum vniuerſalr̄ intellectū/ꝯtingit enim aliqñ ꝙ illa
difficilia opa nō eſſent ſibi vtilia vbi tamē eſſent vtilia
alteri iō in tali caſu faceret ꝓpt̄ alterū q̄ nō facit ꝓpt̄
ſeipm̄ ꝯtigit etiā ꝙ illud alterū ē cōitas aliqua ꝓpter
quā etiā facere multa īclinat̄ q̄ nō faceret propter ſe.

Tū tertio inclinat hō facere multa ꝑpt deū ⁊ illa
ꝑpt alterꝝ q̄ nō faceret ꝑpt. Tū q̄rto q2 ex eo quod
facit ꝓpter alterꝝ bū ⁊ laudabiľr maius bonum ſibi
ꝯuenit q̄ȝ bonū ꝟtutis q̄ illi ꝓpter quē illud facit
neqꝫ tamen vꝫ ꝯn̄a argumenti q2 ⁊ fortitudo ⁊ fere
omnis alia virtus interdū inclinat contra natura
lem inclinationē q̄uis aliqua inclinatio dicat̄ na-
turalis multipľr ſed de hoc alias. ¶ Ad ſcðam ne
taſſis ꝙ male cōcluditur inferādo cōcluſionē de ſe-
cundum ꝙ eo ꝙ nulla permiſſarum eſt ſecūdū ꝙ ſed
tantū poteſt inferri mere cathegorica cōcluſio ergo
martirium quod elicitur ꝓprie ab aliqua virtute
eſt perfectiſſimus actus cum qua ſtat ꝙ non ſit per
fectiſſimus actus ſecundū ꝙ cōparatur ad virtutē
ꝓprie elicientem. ¶ Cōtra hāc ſolutionē ſic. Argui
tur virtus eliciens ꝓprie martirium aut elicit tolle
rantiā mortis ſecundū ſe ⁊ hoc non quia vt dicit i-
dem doctor hoc nō eſt laudabile aut elicit tollerā-
rantiā mortis ſecūdum ꝙ ordinatur ad fidē ⁊ dile-
ctionē dei et tunc elicit martirium per cōparationē
ad primū motiuum eius ergo per cōparationē ad
virtutē elicientē que elicit martirium ꝓpter fidē et
dilectionē dei martiriū inter humanos actus eſt ꝑ
fectiſſimus. ¶ Secūdo ſecūdū eandē opinione mar
tiriū nō eſt pfectiſſimus actus niſi q2 ſignū maxime
perfectionis ſcilꝫ maxime caritatis, ſed perfectum
in ratione ſigni nō eſt niſi extrinſeca denominatio
ne perfectum ergo ex hoc ꝙ eſt eſſe ſignū maxime ca
ritatis ne poteſt probari ꝙ martiriū ſit perfectiſſi
mus actus inter humanos actus. et patet hoc per
exemplum nā licet muſca ex nihilo creata ſit ſignū
perfectiſſime potētie ſcilꝫ creatiue nullus tamē ex hoc
cōcederet ꝙ ipſa eſſet perfectior q̄ equ⁹ ex equo ge-
nitus. ¶ Sit igitur Prima cōcluſio omnis actus q̄
eſt martirium eſt regulariter ceteris paribus om-
ni alio actu qui non eſt martiriū perfectior ego au
tem hic non voco martirium paſſionē illā exterio-
rem mortis ſed actum interiorē formaliter impera
tiuum tollerantie huius paſſionis. ꝓbatur cōcluſio
actus caritatis quo ita diligitur de⁹ vt ꝓ nullo qd̄
eſt cōtra rectam rationē nec etiam ꝓ morte velit di
mittere eum eſt actus heroicus ſuperans cōmunem
facultatem hominum actus autem caritatis in om
nibus iſti ſimilis preter hoc ꝙ non habet hanc voli
tionis mortis imperatiuā formaliter executionis
nō eſt actus heroicus ergo primus eſt perfectior ſꝫ
martirium in omni actu ponit volitionem mortis
imperatiuam executionis ergo omis actus qui eſt
martirium eſt ceteris parib⁹ omni alio actu qui nō
eſt martirium perfectior Secūdo omnis actus qui martiriū act⁹ per fectiſſi.
pro ſua excellentia et difficultate addit cōdictionē
cōſtituentē eū ſupra cōmunē hominum facultatem
eſt melior et perfectior ceteris paribus eo qui non
addit hmōi cōdictionē ſed actus qui eſt martirium
addit hmōi cōditionem quia addit vniuerſalē recti
tudinē ⁊ imperium vniuerſaliter circa omnia que
nata ſunt hmōi rectitudinem impedire etiam circa
mortem et duriſſimos cruciatus igitur. Confirman
tur iſte rationes per illud Ioh. xv. maiorem carita
tem nemo habet vt animā ſuā ponat quis pro ami
cis ſuis: ſed ꝑ actum martirii quis imperat forma
liter animā ſuā poni pro amicis ſuis ergo martiri
um eſt actus excellentiſſim⁹ neq ego itelligo ꝙ mar
tirium ſit actus quo quis feratur actualiter in vo-
litionem mortis ſecundū ſe quia vt dicit Thomas
hoc nō eſt laudabile. ſed dico ꝙ per martirium ego
habeo volitionē alicuius excellētis operis aut no-
litionem alicuius turpis ⁊ quia ꝓponitur michi cō
dictio vel deſerādi illud opus excellēs vel admittē
di aliud turpe aut patiendi mortem et graues cru
ciatus per actum qui eſt martirium ego ita volo il
lud opus honeſtum vel nolo opus illud turpe ꝙ ma
lo pati mortem ⁊ grauiſſimos cruciatus q̄ vel deſe

rere illud vel admittere iſtud et quia actualiter ē mi-
chi ꝓpoſita cōditio illa ego actualiter impo tollerā
tiam mortis quorūcū crucιatuū. Conſtat aūt ꝙ da
to quocū actu ꝗtūcū excellēti qui nō habeat iſtā
conditionē qua eū formaliter imparius tollerantie
mortis ⁊ grauiſſimoꝝ cruciatuū. ſi detur alius actus
habens omnia q̄ habet precedens/⁊ cum hoc iſtā cō-
dicitionem reponentē eū in genere. virtutis heroice
ꝙ iſte ſcd̄us actus eſt longe perfectio pmo neq volo
dicere ꝙ vnus et idem actus interioꝛ primo ſit ca-
rens iſta conditiōe et nō heroicus ⁊ poſtea hꝫ iſtā cō-
ditionē et ſit heroicus imo iſti actus nō ſolū numero
ſed etiā ſpecie differūt quia aliquid eſt obiectum ſe-
cundi qd̄ non eſt obiectū primi. ſꝫ dico ꝙ vni actui pōt
alius ſuccedere et ꝙ ſecundus ſemper ſit perfectioꝛ
primo.

¶ Scd̄a concluſio pōt eſſe aliquis actus qui nō marti
riū actu qui eſt martiriū perfectioꝛ. ꝓbatur nā actus
ille quo beata virgo diligebat deū propter ſe erat ꝑ
fectioꝛ eo quo eleazarus nolebat etiam pro morte vti
cibis prohibitis in lege nolitiōe impatiua executiōis
nam aliquis actus aliquando ex obiecto cōi ſiue vt
alii dicūt ſm ſpē ſuā tātā hꝫ ꝑfectionē ꝙ ei alius act⁹
propter ꝑfectionē obiectū nō cōmunis ſiue circūſtan-
tia actus exterioris in perfectione equari non poteſt
et ideo notāter in ꝓcedenti cōcluſione dicebatur cete-
ris paribus. intendo eñ ꝙ oīa que poſſunt facere ad
perfectionē primi actus ſint in ſcd̄o ⁊ ſcd̄m addat ſu
per primū grauiſſimoꝝ ſuppliciorꝝ ⁊ mortis formali
ter imperatam tollerantiam. ¶ Tertia cōcluſio mul-
ti habitus a quibus non elicitur actus qui eſt marti
rium nec mediate nec imediate ſūt aliquibus habiti
bus a quibus mediate elicitur martiriū ꝑfectiores
ꝓbatur pmo cōcluſio per precedentē cōcluſionem qa
aliqui actus qui nō ſūt martiriū ſūt actu qui eſt mar
tirium perfectiores ꝗ et habitus eliciti pmoꝝ actuū
ſūt interdū ꝑfectiores hītibus elicitis ſcd̄oꝝ/ habit⁹
eñ ille a quo beata ꝟgo elicuit excellētiſſimū graduꝫ
dilectiōis dei erat excellētioꝛ habitu a quo Eleazar⁹
eliciebat conſeruationē legis cū volitione mortꝭ for-
maliter impatiua executionis. Scd̄o poſſibile erat ⁊
forte de facto ita fuit ipē eleazari ꝙ alicꝰ habuerit
tam perfectū habitū iuſticie legalis ꝗ perfectū habu
it. Eleazarus cui ſi de facto fuiſſet ꝓpoſita ꝯditio q̄
fuit ꝓpoſita eleazaro de morte ſuſcīpienda aut deſeren-
da a lege ipſe potius paſſus fuiſſet mortē ⁊ mille tor
menta ꝗ legem deſeruiſſet qꝛ tñ tali nō fuit hmōi ꝓ-
poſita conditio/eleazaro aūt ꝓpoſita fuit ideo ex hī
tu ſuo eleazarus elicuit actū martirii et non alius ꝗ
ſtat habitū ex quo nō elicitur act⁹ martirii eſſe eque
perfectū ⁊ etiā interdū ꝑfectiorē habitu illo ex q̄ eli-
citur actus martirii. Tertio volo ꝙ eleazar⁹ ⁊ alter
vt prius habeant hītus iuſticie legalis equalis et ꝙ
ille alius per multos actus ab habitu elicitos inten
dat habitum Eleazarus autē non ſed propter condi
tionē ſibi ꝓpoſitā eliciat actum martirii. ¶ Et ſic ar-
guitꝰ ſic pm⁹ hꝫ habitū ꝑfectiorē ꝗ ſcd̄s ⁊ tñ pm⁹ nō
elicit actū martirii ⁊ ſcd̄s elicit igitur. Sꝫ ne miſererꝭ
ꝙ hic aſſignam⁹ duos habitus a quoꝝ vno elicitur
martiriū ⁊ nō ab alio. ¶ Aduertēdū ꝙ hoc id̄ nō con
tingit qꝛ actu martirii nō poſſit elici ab alio/qꝛ vt di
ctū eſt ſi hnti aliū habitū oblata fuiſſet ꝯditio mor-
tis aut deſerēde legis hēbat habitū per quē cōſerua
tionē legis cū tollerantia mortis elicuiſſet actum for
maliter impatiuū executionis hoc ergo non ideo cō-
tingit quia non poteſt elici actus martirii ab alio
habitu/ſed quia defuit circunſtantia ſcilicet condi-
tio mortis vel legis deſerende. ¶ Aduertendum pre
terea ꝙ concluſio dicta intelligi poteſt comparan-
do habitus martirii inter ſe. aliquando vero compa-
rando duos habitus inter ſe quorū nullus eſt habi-
tus martirii verbi gratia/ſunt duo quib⁹ frequēter
ꝓpoſita eſt conditio deſerende fidei aut mortis tolle
rande ⁊ iſti duo quotienſcun hec cōditio eis ꝓpoſi-
ta fuit elicuerunt actum circa cōſeruationem fidei et
tollerantiam mortis formalitꝰ imperatiuā executio-
nis per quos quidā actus frequētatos elicuerunt in
ſe habitus conſeruande fidei ⁊ volitionis mortis pro
fide conſeruanda/ꝯſtat ꝙ iſti habit⁹ ſunt habit⁹ mar
tirii ꝓptitudinē ad ſimiles actus facientes. Tunc
volo ꝙ tirannus vnū eorū munerib⁹ velit allicere ad
deſerendū fidem ⁊ alium velit cogere per ꝯditionem
mortis ſibi propoſitā/conſtat ꝙ ille cui ꝓponitꝰ ꝯdi-
tio mortis ex habitu ſuo eliciet actū martirii/ſecun-
dus ex conſimili habitu eliciet actuꝫ qui non erit act⁹
martirii quia ſibi non ꝓponitur conditio mortis. Et
ſi dicas ꝙ virtute habit⁹ martirii non eliciet ille de-
fenſionē fidei ⁊ contemptū munerū ſed tantum eliciet
defenſionē fidei ⁊ contemptū mortis. ¶ Ad hoc reſpō
detur ꝙ iſte habitus martirii eſt duplex vnus eſt qui Habitus
non habet vniuerſalem rectitudinē verbi gratia voli martyrii
tio qua quis vult defendere fidem non obſtante cōdi- duplex
tione mortis propoſite ⁊ potius vult tollerare mor-
tem actu formaliter imperatiuo executionis ꝗ deſe-
rere fidem. Et de iſto concedo ꝙ ab iſto habitu nō eli
citur immediate cōtemptus munerū ne deſeratꝰ fides
elicitur tñ ab eo mediate ita ꝙ iſte habitus median-
te actu ſuo elicito inclinat ad primū actum habit⁹ cō
temptuꝫ munerum ꝓ defenſanda fide. Alius ē habi-
tus martirii qui habet vniuerſalem rectitudinē ver-
bi gratia habitus quo quis vult defēdere fidem ⁊ ꝓ
nullo quod eſt contra rectā rōem eam deſerere non ꝓ
morte non propꝛemiis nec pro quouis alio quod ē cō
tra rectam rōem ⁊ iſte habitus inclinat in actū cōtē-
ptus pmioꝝ ⁊ muneruꝫ vt conſeruetur fides. poteſt
tamē iſte habitus haberi cum vniuerſali rectitudine ⁊
nullo mō ꝑticulari/⁊ tunc tantū inclinaret mediate D.
in actū martirii ⁊ etiā in ꝯtemptū munerū. pōt etiaꝫ
haberi cum vniuerſali rectitudine ⁊ particulari vna
vel pluribus/⁊ tunc inclinat immediate in actū oēm
cui⁹ ꝑticularem rectitudinē ꝯtinet ⁊ mediate ī alios
alitꝰ tñ ⁊ per alium modū ꝗ ꝓcedens. ¶ Quarta con
cluſio nō oīs martir eſt quolibet nō martire in excel-
lentiori vite gradu ꝯſtitutus ꝓbatꝰ beata ꝟgo maria
eſt in excellentiſſimo vite gradu conſtituta ⁊ tamē ip
ſa nō fuit martir igitur. Secundo quia licet martiri
um ſit ceteris paribus actus excellentioꝛ tamen vt di
ctum eſt dabilis eſt aliquis actus virtutis actu mar
tirii excellencioꝛ ⁊ ſimiliter de habitibus ergo non
martir poteſt eſſe in excellentiori gradu vite conſtitu
tus ꝗ martir. Tertio conſtat ꝙ multi fuerunt marti-
res qui non acceſſerunt ad excellētem gradum illum
vite in quo fuit Johannes euangeliſta conſtitut⁹ qui
tamen non fuit martir cum ipſe ſeipſum appellet di
ſcipulum quem diligebat Jheſus. ¶ Contra primaꝫ
concluſionem arguitur ſic ꝓpter vnuꝫ quodq tale et
illud magis: ſed tollerantia mortis in qua conſiſtit
martiriuꝫ non eſt laudabilis niſi ꝓpter aliud magis
amatum ꝗ oppoſitum mortis ſcꝫ vita vel magis odi
tū ꝗ ipſa mors ergo volitio illius rei magis amate
vel nolitio alterius rei magis odite eſt laudabilioꝛ
ꝗ actus martirii. ¶ Secundo velle aliquid volitione
pertinente ad gradū tēꝑantie eſt perfectiſſim⁹ act⁹
ꝟtutis qui circa eandē materiā haberi poſſit: ſed nō
omis actus martirii eſt volitio ꝑtinēs ad gradū tē-
perantie ergo non omnis actus martirii eſt ꝑfectioꝛ
actus eo qui non eſt martirium. maioꝛ probatur qꝛ
volitio que ſit ſedatis omnibus paſſionibus ita ꝙ.

non plus notabiliter inſurgere poſſunt contra ratio
nem eſt pfectiſſima volitio hec aũt eſt volitio ptinens
ad genus temperantie. ⁊ minoꝛ pbatur qꝛ multi mar
tires paſſi ſunt interdũ vehemẽtes impulſiones a tri
ſticiis cruciatuũ ⁊ moꝛtis interdũ ex delectatiõibus
pmiſſionũ ⁊ donoꝝ. ¶ Tertio moꝛs pugnando con
tra hoſtes fidei ſuſcepta eſt virtuoſioꝛ ꝙ moꝛs ſuſce-
pta per martiriũ quod fit ſine contrapugnatõe ergo
actus foꝛtitudinis ceteris paribus eſt pfectioꝛ ꝙ a-
ctus martirii. añs pbatur quia per moꝛtẽ illã ſimul
defenditur fides ⁊ oppugnat̃ ac debilitatur hoſtes fi
dei. ¶ Ad primã nego ꝯñam argumẽtũ eñ pcedit ac

E

ſi vno actu quis vellet finem, et alio aliquid pꝑter fi-
nem non ſic autẽ eſt hic. ſed vno eodem actu quis vult
fidem vel honoꝛẽ diuinũ ⁊ moꝛtis tollerantiã ne de-
ſerat fidem aut honoꝛẽ diuinũ alteri tribuat, act⁹ ei
martirii nec dicit volitionem fidei tñ, aut nolitionẽ
ydolatrie tñ, nec volitionẽ moꝛtis tñ, ſed actus mar
tirii eſt volitio fidei aut nolitio peccati tam firma vt
neqꝫ pro moꝛte velit deſerere fidem aut admittere a-
liquid contra legẽ impatiuã foꝛmaliter executionis
reſpectu tollerantie talis mali pene ne vel bonum de
ſeratur vel culpa admittatur. ¶ Ad ſecũdam dico ꝙ
virtus accipitur tripl'r. Vno modo generaliter p om
ni habitu electiuo immediate conſiſtente ⁊c. ⁊ hoc ſi
ue actus ad quẽ inclinat ille habitus ſit ſuper facul-

Acceptiones ꝟtutiſ

tatem coẽm hoim ſiue non ſiue in electione actus ſui
patiat̃ pugnã paſſionũ ſiue nõ ⁊ hoc mõ gd⁹ heroic⁹
eſt virtus continentia etiam eſt virtus ⁊ ſimilit̃ perſe
uerantia. Scdo accipit̃ ꝟt⁹ min⁹ cõit̃ p hitu electiuo
immediate ꝯſiſtẽte ꝗ medietas nõ excedit coẽm hoim
facultatẽ: ſiue tñ hmõi hitus hẽat paſſiões ꝯ ſe impu
gnãtes ⁊ ꝑturbãtes ⁊ ipedimẽtũ ꝯ electiõem act⁹ ſui
faciẽtes ſiue nõ. ⁊ hoc mõ heroicus gdus nõ dꝛ ꝟt⁹ ſꝫ
dꝛ eſſe ſupꝛa ꝟtutẽ: ſꝫ ꝯtinẽtia ⁊ pſeuerantia ſũt ꝟtu-
tes. Tertio mõ accipit̃ ꝟtus ſtrictiſſime p habitu ele
ctiuo in medietate ꝯſiſtente nõ excedẽte coẽm faculta
tẽ hoim neqꝫ etiã turbato in electionib⁹ actuũ ſuoꝝ
pugna ⁊ rebelliõe paſſionũ. Et hoc mõ ariſt. vocat tẽ
perãtiã ꝟtutẽ ⁊ negat ꝯtinẽtiã eẽ virtutẽ in vii. ethico
rũ cũ ait. Poſt hec aũt dicẽdũ aliõ faciẽtes pncipiũ
qm̃ circa moꝛes fugiẽdoꝝ tres ſũt ſpecies: malicia: in
continentia: beſtialitas. ꝯria aũt duobus manifeſta.
hoc quidẽ eñ ꝟtutẽ hoc aũt ꝯtinẽtiã vocam⁹. ad be-

Virt[us he]roica et cõtinẽtia nõ ſũt virtutes ſm phm.

ſtialitatẽ aũt maxĩe vtiqꝫ ꝯgruit dicere ſup nos ꝟtu-
tem heroicã quãdã ⁊ diuinã: ecce vbi ari. diuidit ⁊ be
ſtialitatẽ ⁊ ꝟtutẽ que eſt oppoſitũ malicie ꝯ ꝯtinẽtiã
et virtutẽ heroicã que eſt virt⁹ ſup nos exiſtẽs. ⁊ ideo
hoc mõ accepto noĩe ꝟtutis virtus heroica non ẽ di-
cenda virtus ſed virtus diuina quia ipſa excedit fa-
cultatem communem hominum nec cõtinentia eſt di
cenda virtus quia adhuc patitur pugnam et impe-
tum paſſionum. ſi ergo accipiatur virtus tertio mõ
conceditur maioꝛ et negatur ꝯña eo ꝙ martirium nõ
eſt actus virtutis: ſed eſt actus virtutis heroice. nec
ſequitur eſt actus virtutis heroice ergo eſt actus vir-
tutis pꝛopter alienationem termini a ſua ſignifica-
tione. hec enim determinatio heroica alienat no-
men virtutis a ſua ſignificatiõe. ſi autem accipiatur
ſecundo modo virtus conceditur maioꝛ et minoꝛ et ſi
militer negatur conſequẽtia pꝑter eandem cauſam
ſi accipiatur tertio modo negatur maioꝛ et dico ꝙ vo
litio pertinens ad gradum temperantie eſt volitio
que nec ſecundũ ſe nec ſecũdũ actum exterioꝛem nec
ratione actus nec rõne circunſtantie excedit cõmunẽ
facultatem hoim. actus aũt martirii aut ex natura
ſua aut ratione alicuius circunſtantie communẽ ho-
minum facultatẽ excedit. et ad pbationem nego pri
mã ptẽ aſſũpti ſi intelligat̃ vniuerſaliter qꝛ ſi volitio

illa. ſit infra coẽm hoim facultatem tunc aliqua alia
volitio eiuſdem rei que excedet coẽm facultatem ho-
minũ erit excellentioꝛ ⁊ idõ in illa prima pte añtis de
bet addi hec clauſula ceteris parib⁹ que qꝛ nõ addit̃
ideo vl'r intellecta negãda eſt. ¶ Ad tertiã dꝛ negãdo
añs imo dico ꝙ moꝛs ſuſcepta p martiriũ eſt virtuo
ſioꝛ tñ quia ceteris parib⁹ ipſa eſt doloꝛoſioꝛ qꝛ vbi
eſt ꝯtrapugnatio ſicut ꝯtingit ĩ actu foꝛtitudinis ibi
eſt actio ſicut paſſio ⁊ inuaſio actiua ſicut paſſiua ra
tione cui⁹ actiõis diminuit̃ doloꝛ patiẽdo tñ etiã p-
pter calefactionẽ ſanguinis. Tũ propter diuiſionem
cogitationis ad inuadendum ratione cui⁹ minus col
ligunt̃ vires in appꝛehẽſione leſionũ ⁊ p ꝯñs minus
eſt doloꝛ. Tũ preterea qꝛ vbi eſt contrapugnatio ibi
eſt ſpes euadẽde moꝛtis que nõ habetur niſi foꝛte te-
nuiſſima ⁊ debiliſſima in martirio. ⁊ ideo pꝑter has
cauſas opus martirii eſt difficilius ⁊ per ꝯñs ceteris
paribus ꝟtuoſius. Et ad pbationẽ nego ꝯñaꝫ quia
ſtat minoꝛ ꝟtus cũ maioꝛi vtilitate ⁊ ecõtra. Cõtigit
tñ frequent̃ ꝙ per martiriũ ſpõte ſuſceptũ magis de
fenditur ⁊ multiplicat̃ fides ⁊ magis debilitant̃ ho
ſtes ꝙ per cõtrapugnationẽ, Nã ſi cõtrapugnando
hoſtes fidei vincat contẽpnit fidem ⁊ de ꝟtute ſua ſu
pꝛa modũ ſupbit. Raro aũt ꝯtingit in martirio qui
per ꝟba ⁊ per facta martirũ ⁊ per multitudinem po
puli cõuerſi hoſtis fidei retũdatur et cognoſcat ſe nõ
tm̃ potuiſſe in toꝛquẽdo ꝙtum martir potuit in pati
endo. ¶ Cõtra ſcdãm cõcluſionẽ arguit̃ ſic aut marti
rium ſm ſpẽm ſuam eſt quolibet alio actu perfecti⁹
aut per accidens tm̃, ſi ſcdm ſpẽm ſuam ergo nullus
actus qui non eſt martiriũ eſt actu qui eſt martirium
perfectioꝛ: ſi per accidẽs ergo non ẽ neceſſe ꝙ omnis
actus q eſt martirium ſit quolibet alio q non eſt mar
tiriũ pfecti⁹. ¶ Secũdo arguit̃ per illud Joh. xv. ma
ioꝛ eſt caritatem nemo habet vt aĩam ſuaꝫ ponat qs
pro amicis ſuis, ergo vl'r martiriũ eſt perfectius ope
quod non ẽ martiriũ. ¶ Ad pmam dico ꝙ martiriuꝫ
nec p ſe nec per accñs nec ſcdm ſpẽm ſuam eſt quodli
bet actu pfectius qꝛ nõ ẽ de facto quolibet actu pfecti
us. S[e]d dico ꝙ martiriũ ſm ſpeciẽ ſuam eſt quolibꝫ
actu habente cetera omia paria pfectius, ⁊ cũ infert̃
ꝗ null⁹ act⁹ q nõ ẽ martiriũ ⁊c. nego ꝯñaꝫ ſꝫ debet in
ferri ꝗ null⁹ act⁹ q nõ ẽ martiriũ hñs cetera paria ꝑ
terꝙ ꝙ ĩ vno ẽ volitio moꝛtis foꝛmalit̃ ĩpatiua execu
tiõis ⁊ ĩ alio nõ ẽ martirio pfecti⁹. ¶ Ad ſcdãm dico
ꝙ aliq̃ caritas dꝛ eẽ qua ponit̃ aĩa p amicis ſuis du
plicit̃. vno mõ actualit̃, alio mõ ſm pparationẽ ani-
mi ⁊ pꝛõptitudinẽ: pmo mõ nõ ẽ verũ vniuerſal'r ꝙ ca
ritas illa ſemp ſit maioꝛ ꝗ actualit̃ ponit̃ aĩa ſiue vi
ta p re amata ꝙ ea qua nõ ponit̃ ſic actualit̃, naꝫ in
beata ꝟgine fuit maioꝛ caritas ꝙ ĩ aliq̃ martire ⁊ tñ
ipſa nõ poſuit aĩam p amicis ſuis ſicut fecerũt mar
tires. Scdo mõ dico illud eẽ verũ vniuerſalit̃ niſi im
pediat diſpoſitio ſubiecti. nã ſi caritas quam habuit
btã ꝟgo nõ reddidiſſet aĩam ei⁹ pꝛõptã ⁊ paratã ad
hoc ꝙ vbi fuiſſet ſibi oblata ꝯditio moꝛtꝭ q̃ oblata ẽ
aliis martirib⁹ ipa potuiſſet aĩaꝫ p amicis ſuis actu
foꝛmal'r ĩpatiuo executiõis ponere ipa nõ fuiſſet tãta
quãta fuit alioꝝ martirũ caritas. Cũ q tñ ſtat ꝙ duo
rũ vn⁹ hẽbit maioꝛẽ caritatẽ ꝙ ali⁹ ⁊ tñ qꝛ cetera in
eis nõ erũt paria puta vnus erit durioꝛ ⁊ patientioꝛ
ali⁹ erit delicatioꝛ ille q hẽbit minoꝛẽ caritatẽ ponet
aĩaꝫ pꝛo amicis ſuis ⁊ nõ ali⁹, aut ppt̃ grauitatem
ſuppliocioꝝ qꝛ ſcꝫ vni cũ moꝛte cfferunt̃ grauioꝛa ſup
plicia ⁊ alteri min⁹ grauia aut ppt̃ flexibilitatẽ ar-
bitrii qꝛ caritas ꝙtũcũqꝫ magna ſit nõ cogit nec ne-
ceſſitat liberũ arbitriũ ſꝫ ſemp ipꝫm ĩ libertate ſua re-
linquit, aut pꝛopt̃ magis auxilium ſpeciale vni con-
ceſſum q alteri quod habet rõem cauſe efficiẽtis reſpe

ctu bone volitionis ⁊ opationis ſequentis.¶ Sꝫ arguitur iterū contra primā cōcluſionē. Actus obediētie eſt perfectioꝛ actu martirii igitur. Aīs ꝓbatur qꝛ per obedientiā daꝶ aliquis aīaꝫ ſuam deo, per martiriū autē tm̄ dat proprium corpus. Cn̄ ſecūdo ꝓbatur per Grego. vltimo moraliū dicentē ꝙ obediētia cunctis victimis prefertur.¶ Scd̄o actus docendi eſt perfectioꝛ ꝙ̄ actus martirii igitur. Aīs ꝓbatur quia melius eſt aliis prodeſſe ꝙ̄ ſeipm̄ in bono conſeruare, ſed qui docet proficit multis, ꝙ̄ martiriū ſuſtinet ſibi ſoli prodeſt igitur.¶ Ad primā ꝯn̄a non valet qꝛ dato ꝙ obedientia eſſet ſꝫ ſe perfectioꝛ martirio hoc non ē contra dicta, ſed dico ꝙ obedientia que ē martiriū ſemp eſt perfectioꝛ ꝙ̄ obedientia que non martirium. Ad aīs tn̄ r̄ndet beatꝰ Thomas ꝙ martiriū eſt perfectius obedientia quia martirium complectitur id quod eſt ſūmū in obedientia ſcilicet vt aliquis ſit obediens vſqꝫ ad mortē.¶ Ad probationem autē aītis dico ꝙ martir ⁊ animam ⁊ corpus dat dn̄o ꝑfectius ꝙ̄ per obedientiam detur. Ad ſecundā probationem dicendū ꝙ Grego. loquitur de victimis ꝗ non habent id quod eſt ſummū in obedientia qualis victima eſt martirium.¶ Ad ſecundam dico ꝙ vt prius ꝙ actus docendi ꝗ eſt martirium quoquis ſcꝫ ne deſerat actum docendi et inſtruendi populum dei in fide ⁊ moribus eccle ſie vult ſuſcipere mortem eſt melioꝛ ꝙ̄ actus docendi ſine martirio. Dico vlterius ꝙ martirium pro fide vel iuſticia ſusceptū eſt perfectioꝛ actus ꝙ̄ actus docēdi ſecundum ſe. Et ad ꝓbationē dico primo ꝙ licet meliꝰ ſit ſeipſū ꝯſeruare in bono ⁊ aliis prodeſſe ꝙ̄ ſeipſum conſeruare in bono tantū tn̄ nō ē melius id eſt virtuoſius aliis ꝓdeſſe ꝙ̄ ſeipſū cōſeruare qꝛ ſeipſū conſeruare ⁊ non ꝓdeſſe aliis eſt vnicuiqꝫ ſimpliciter eligibilius ꝙ̄ prodeſſe aliis ⁊ nō cōſeruare ſe in bono ergo per regulā Ari. prioꝝ poſitā ſeipſū ꝯſeruare in bono eſt operanti melius ꝙ̄ aliis prodeſſe. Et ſi dicas ꝙ ſm̄ Ari. bonū vnius gentis eſt melius ꝙ̄ bonū vnius hominis concedo quando illud bonū eſt eis eodemmodo bonū, ſed ſi ſit eis diuerſimode bonū non opꝫ. Ita eſt aūt ꝙ conſeruatio ſui eſt ei qui ſe conſeruat bonū honeſtū ⁊ virtutis. Actꝰ aūt docendi non eſt genti bonū virtutis ſed tm̄ bonū vtile ad virtutem tn̄ ordinabile ideo nichil poteſt ex hoc concludi. Non eſt dubium eīn ꝙ conſeruatio totius ciuitatis in virtutē eſt ſimpl'r melioꝛ ꝙ conſeruatio vnius hominis in virtute et tamen virtus vnius hominis eſt ſimpl'r perfectius bonū ꝙ̄ pax aut immunitas vnius ciuitatis. Dico vlterius ꝙ iſta ꝯn̄a nō valet hoc eſt melius ergo eſt a me magis appetendū vl' procurandū, ꝯn̄a enim forte teneret in his bonis quibus quis poteſt carere ſine detrimento ſalutis eterne, in aliis aūt non ſicut magis teneoꝛ ꝯſeruare me ab adulterio vel idolatria ꝙ̄ totā ciuitatē ⁊ inde ē ꝙ ſi offerreꝶ michi ꝯditio ꝙ ſi ego vellē ydolatrare tota ciuitas ſequereꝶ fidē xp̄i ⁊ ꝯfrigeret ydola, ego nō deberē hoc velle vt ego ciuitatem ab ydolatria preſeruarē. Dico preterea ad argumētū ꝙ multi ꝑ martirium ꝓfuerūt multis ⁊ nō ſolū ſibi ⁊ m'lto plus patiendo ꝙ̄ ipſi vel aliqui alii p̄dicatores veritatis docendo. Et ſi dicatur cōtra cōcluſionē ponaꝶ ꝙ aliqs ꝓ fide xp̄i velit pati grauiſſima ſupplicia nō tn̄ mortē, aliꝰ aūt velit pati mortē ꝓ fide ſꝫ nō h̄eat volitionem circa ſupplicia grauiſſima. p̄riꝰ iſtoꝝ nō eſt martyr, et ſcd̄s ē martir, ⁊ tn̄ videꝶ ꝙ actus p̄mus ſit difficilioꝛ ⁊ virtuoſioꝛ ꝙ̄ ſcd̄s qꝛ difficilius eſt in tormentis viuere ꝙ̄ ſine tormentis cito mori igitur.¶ Ad hāc rōnem r̄ndetur ꝙ vel in vtroqꝫ eſt nolitio eiꝰ qd̄ non eſt volitū vel nō, ſi ſit nolitio tūc aut recta rō dictat ꝙ ꝓ fide xp̄i vtraqꝫ ſūt tollerāda ⁊ tūc neutriꝰ actꝰ ē bonꝰ qꝛ neuter ē cōformis recte rōni. Si aūt nō ſit nolitio eis quod non eſt volitum, tunc dico ꝙ ſecundus actus eſt martirium ⁊ non primus et ꝙ regulariter difficilioꝛ eſt volitio mortis formalit' imparatiua executionis ꝙ̄ volitio grauiſſimorū cruciatuū licet forte apud aliquem ſcd̄s ſit difficilioꝛ, ⁊ cuꝫ infertur ergo aliquis actus qui nō eſt martiriū ceteris paribus eſt martirio perfectioꝛ nego cōſequētiā qꝛ ad hoc ꝙ cetera eſſent paria opoꝛteret ꝙ primus eſſet volitio cruciatuum ⁊ non mortis. Secūdꝰ vero eſſet volitio cruciatuum ⁊ mortis alias cetera nō eſſent paria.¶ Ad rationem ante oppoſitū nego ꝯn̄am qꝛ dato quocūqꝫ actu caritatis qui non eſt martiriū ille eſt imꝑfectioꝛ ꝙ̄ actus caritatis qui eſt martiriū ceteris paribꝰ ⁊ conſequi dicendo negatur aīs ſi intelligatur de oī actu qui eſt vel pōt eſſe martiriū quō intelligiꝶ q̄ſtio.

Queritur ſecundo. Utruꝫ martiriū ſit actꝰ fortitudinis?¶ Arguiꝶ ꝙ ſic auctoritate ſanctoꝛuꝫ qui martires fortes appellant. tho. 2. 2e q̄ſti. 124. arti. 2.

¶ In oppoſitum arguiꝶ. Martiriū vt dictū ē eſt v̄tus heroyca ꝫ aliquod martirium eſt actꝰ iuſticie ⁊ aliquod actus alteriꝰ v̄tutis.¶ Notanduꝫ ꝙ opinio Thome ⁊ aliorū multorum eſt ꝙ martiriū ē actꝰ fortitudinis. Probat Tho. fortitudo ꝯfirmat hominem in bono v̄tutis contra pericula mortis et maxime eius que eſt in bello, ſed per martiriū homo confirmaꝶ in bono virtutis dum fidem ⁊ iuſticiam nō deſerit ꝓpter imminentia pericula mortis que etiaꝫ in quodam certamine ꝑticulari a perſecutoribus imminent ergo martiriū eſt actus fortitudinis. minorē probat per illud Cipriani in quodam ſermone vidit admirans preſentium multitudo celeſte certamē, et in prelio ſtetiſſe ſeruos chriſti voce libera mente incorrupta virtute diuina. Probat ſecundo per illud qd̄ de martiribus canit eccleſia fortes facti ſunt in bello hec opinio non michi videtur vera nec ſufficienter ꝓbata. Et ideo eſt vlterius aduertendum ꝙ ſecūdum altiſſiodoreñ quinqꝫ fuerūt genera martiriū, qdā eīn fuerūt martires pro p̄dicatione v̄itatis ſicut iohannes baptiſta ⁊ ꝓphete in veteri teſtamento. Quidaꝫ ꝓ defenſione legis diuine vt machabei. Quidaꝫ pro defenſione fidei ſicut beatus ſtephanꝰ qui diciꝶ ꝓthomartir nō quia nō fuerūt ante euꝫ martires: ſed quia nullus fuit ante ipſū ſic martir ſcilicet pro fidei defēſione. Quartomodo fuit ſpecialiter chriſtus martir ſcilicet pro redemptiōe generis humani, vnde inter paſcha ⁊ penthecoſtem in feſtis martirum cantat eccleſia. Filie iheruſalem venite ⁊ videte martirē xp̄m ſcilicet cum coꝛona ſupple martirum qua coronauiꝶ eum ⁊c. verum ꝙ̄tum ad hoc cum corona ꝑtinet antiphona ad feſtum. Quintomodo fuerunt martires innocentes in quorum quolibet credebaꝶ occidi chriſtus. Primi fuerunt teſtes veritatis, ſecundi legis diuine, tertii fidei, quarti ſumme dilectiōis dei patris qua mundum ſic dilexit vt vnigenitum ſuum daret ꝓ nobis innocentes vero fuerunt teſtes malicie tirānorum et crudelitatis. Proprie tamen ſtricte dicuntur m'rtires ꝗ paſſi ſūt ꝓ fide xp̄i: ſicut beatꝰ ſtephanꝰ dr̄ ꝓthomartir, hec altiſſiodoreñ. ¯S thomā. Altiſſiodorēſis libro. 3. tractatu ſeptimo ca. penūltimo. K ¶ Notādū ē p̄terea ꝙ licet iſte doctoꝛ nō enumeret niſi quinqꝫ genera martiriū p̄nt tn̄ eſſe plura vt ſi alicui dictaret recta rō ꝙ debet ſub pena dānationis eterne pugnare pro patria ⁊ prohiberet hoc aliqs magnꝰ p̄nceps ſub pena capitis tūc ſi talis nollet deſerere pugnā pro ꝑiculo capitis actu formalit' imꝑatiuo executionis talis videretur eſſe dicendꝰ martir ſi mortē pateretur. Similiꝶ ſi quis iubereꝶ occidere matrē ſuam ſub pena capi-

tis ⁊ mallet hanc penā ſubire ꝗ̄ matrē occidere tunc
talis ſi eſſet de familia chriſti ⁊ haberet actio ſua oēꝫ
aliam circumſtantiā requiſitam ad bonā ⁊ laudabilē
operationem talis videtur eſſe dicendus martir. Eo-
dem modo videretur dicendum de iudice cui propo-
neretur vel tollerandi mortē grauiſſimā vel faciendi
iniuſticiam. Ex omnibus tamen iſtis videtur eſſe po-
nenda duo martirij genera. quoddam eſt genus mar
tirij in quo paſſio martirij infertur tanꝗ̄ pena ali-
cuius facti vel omiſſi ſicut cum beato iohāni baptiſte
illata eſt trūcatio capitis propter reprehenſionē ſcꝫ
herodis ⁊ p̄dicationem veritatis, ita ſcꝫ ꝙ tunc nō ē
¶ Duplex martirii genus. plus in poteſtate martiris fugere penam illam Aliud
eſt genus martirij in quo paſſio martirij proponit̄
martiri ſub cōditione ſcꝫ ſi non deſtiterit ab aliquo
opere quod prohibetur ſibi aut fecerit aliquod opꝰ
quod ſibi precipitur et tunc martir eligit perſeuera-
re in opere non obſtante quacūq; pena illata vel in-
ferenda vel etiam non facere ſimiliter aliud opus qd̄
iubetur, et tunc pena martirij eſt in poteſtate libera
ipſius martiris quia ſi obediat tiranno nō patietur
mortem, ſi non obediat patietur. ¶ Primū genus ad-
huc diuiditur quia martir cum facit opus virtuoſum
vel omittit opus turpe pro quibus mors ⁊ cruciatus
grauis pro pena poſtea repoſciter aut tūc ſciebat ve
riſimiliter ſibi imminere mortē pro tali opere ſicut
chriſtus de facto ſciebat ꝙ propter predicationē iu-
dei ſūma inuidia aduerſus eū mouerentur et eū mor
ti traderent, ⁊ etiam vt puto iohānes baptiſta hoc p̄
ſciebat. et iſtud genus martirij non puto differre a ſe
cūdo quia volitio equanimitatis in morte que poſt-
ea infertur non pertinet niſi ad executionem precedē
tis volitionis qua volebat martir predicationem ve
ritatis aut defenſionē fidei ita ꝙ nec pro morte nec
pro quocunq; cruciatu eſſet eam dimiſſurus aut ille
tunc neſciebat mortem et alia ſupplicia ſibi debere
imminere pro opere ꝟtutis facto aut opere vicij pre
termiſſor ⁊ de iſto aliter michi videtur dicēdum ꝗ̄ de
primo. ¶ Tunc ſit prima concluſio, Equanimis tolle
M rantia mortis et cruciatus que inferuntur alicui pro
opere virtuoſe facto vel omiſſo, que tamen faciens
neſciebat ꝟiſimiliter eſſe ſibi inferenda pro hoc ope
commiſſo vel omiſſo, nec vnꝗ̄ volitionem circa tale
opus non obſtantibus penis ⁊ cruciatibus formalr̄
vel equiualenter imperatiuam executiōis non ē mar
tirium ꝓprie dictum. Probatur: oīe martiriū pro
prie dictum eſt actus virtutis heroyce ⁊ excedit com-
munem facultatem hominū ſed hec equanimitas nō
eſt actus virtutis heroyce nec excedit communē facul
tatem hominū: imo plures ſapientes viri cum vidēt
ſe non poſſe fugere penam que eis infertur, ſe per pa
tientiā ad equanimem tollerantiā preparāt ⁊ tanto
magis ꝗ̄to actus pro quo patiuntur fuit virtuoſior
et laudabilior. ¶ Secunda concluſio hmōi martirij
genus ad patientie virtutem pertinet. Probat̄ quia
eſt equanimis tollerantia aduerſorum que pro tunc
nō ē in ptāte tollerātis. Contingit tñ interdū ꝙ boni
viri in patiēdo habent paſſiōes equalētes martirio
puta cū nō obſtāte pena que eis infert̄ nō dolet nec pe
nitet eos de bono ope ſed placet eis opꝰ nō obſtanti
bus oībus penis, et ꝓponunt ꝙ ſi eſſent facturi ad-
huc facerent. Iſte eīm ſunt volitiones que vel ſūt mar
tiria interiora vel equiualēt martirijs, et iſte volitio
nes nō ptinēt ad ꝟtutē patiētie ſꝫ ptinēt ad ꝟtutē illā
ad quā pertinet cōmiſſio vl̄ omiſſio operis pro qua
plectūtur. Quo ptꝫ oīs complacentia in actu virtu-
tis ptinet ad illū actū virtutis qui nobis placet, ſed
huiuſmodi volitio nō eſt niſi cōplacentie de actu ꝟtu
tis igit̄. ⁊ pōt hec cōplacentia pertinere ad gradum

heroycum illius virtutis. ¶ Tertia concluſio Marti
rium in quo paſſio martirij proponitur martiri ſub
conditione modo ſupradicto aliquādo ad iuſticiā p-
tinet, aliquādo ad temperantiā aliquādo ad aliquā
aliam virtutem. Probatur prima pars de martirio
eius qui cogitur ſacrificare idolis aut penam duriſſi
mam pati. Secunda pars patet de martirio mulie-
ris cui proponit̄ conditio adulterij aut mortis. Ter-
tia probatur de martirio eius cui proponitur condi
tio paſſionis et dominij aut mortis, ſicut contingit ī
eo qui contra voluntatem alicuius potentis vult a ſe
abdicare omne dominiuꝫ ⁊ ſeq̄ xp̄m. ꝙ autem primū
pertineat ad iuſticiam. probatur volitio iuſticie apd̄
deum qui exhibet̄ per religionē tā firma ⁊ ſtabilis vt
nec pro morte nec pro quocūq; cruciatu velit eam de
ſerere, eſt actus iuſticie. ſed huiuſmodi martiriū men
tale non eſt aliud ꝗ̄ volitio religionis ad chriſtum tā
firma ⁊ tam ſtabilis vt nec ꝓ quocunq; cruciatu nec
pro morte velit eam dimittere ergo eſt actus iuſticie.
Maior ꝓbatur omnes volitiones que habent idē ob
iectum commune ⁊ eodem modo pertinent ad idē ge-
nus ꝟtutis licet propter diuerſas circūſtantias que
ſe habent vt obiecta ptialia reſpectu volitionuꝫ ⁊ no
litionum poſſint pertinere ad diuerſas ſpēs ſed voli
tio iuſticie abſolute et ſine conditione mortis, et voli
tio iuſticie cum conditione circumſtantie mortis ⁊ gra
uiſſimorꝫ cruciatuum habent idem obiectum commu
ne ſcꝫ opus iuſticie quod cuilibet actui iuſticie eſt cō-
mune ergo ptinent ad idem genus ꝟtutis, licet etiam
mors et cruciatus ſint obiectū in ſecunda ⁊ non ī pri
ma ſed p̄ma volitio vt cōſtat ptinet ad iuſticiaꝫ ergo
et ſecūda. Secundo volitio cum contemptu mortis ⁊
cruciatuum ne deſeratur iuſticia imperatiua forma-
liter executionis, aut pertinet ad iuſticiaꝫ tm̄, aut ad
fortitudinem tm̄, aut ad vtrūq;. Si ad iuſticiam tātū
habetur intentum. Nec poteſt dici ꝙ ad fortitudinem
tm̄ quia virtus fortitudinis non inclinat ad actuꝫ iu
ſticie per ſe ⁊ immediate, ille autem actus eſt volitio
iuſticie. Nec poteſt dici ꝙ ad vtrunq;. Tum primo qr
ille actus eſt vnus ergo pertinet ad vnum genus vir-
tutis ⁊ nō ad duo. Tum ſecundo quia omnis actus q̄
fertur in aliqua duo in vnum tanꝗ̄ in ſubſtantiā actꝰ
⁊ in alterum tanꝗ̄ in circumſtantiam ille ptinet ad il-
lud genus ꝟtutis ad quod ptinet ſubſtantia actus:
ſed iſta volitio que dicta eſt fert̄ in opus iuſticie tan-
ꝗ̄ in ſubſtantiā actꝰ ⁊ tanꝗ̄ in obiectū primū ⁊ p̄nci-
pale et fertur in mortē ⁊ cruciatꝰ contempnēdo ſcilicꝫ
tanꝗ̄ in circūſtantiā actus quia vt ponitur in caſu fa
cienti iuſticiam ꝓponitur conditio mortis ⁊ cruciatu
um ergo iſte actus non ad fortitudinē ſed ad ſolā iu-
ſticiaꝫ pertinet. Maior probatur quia alias idē actꝰ
poteſt rōne ſubſtantie eius pertinere ad vnuꝫ genus
virtutis ⁊ ratione vnius circumſtantie ad aliud ⁊ ra
tione alti ad aliud quod eſt oīno abſurdū ⁊ contra
omnem doctrinā philoſophorum moralium ⁊ ſan-
ctorum q̄ in doctrinis ſuis declarant manifeſte actuꝫ
virtutis per nullas circumſtantias variare genꝰ vir-
tutis. Tum tertio omnis actus qui eſt circa duo, cir-
ca vnuꝫ tanꝗ̄ circa finem ⁊ circa aliud tanꝗ̄ circa id
quod eſt ad finem pertinet ad illud genus virtutis
ad quod pertinet actus ille qui eſt circa finem vt vel-
le adulterari cauſa diuitiarum acquirendaruꝫ quod
pertinet ad auariciam et velle furari vt intemperate
viuatur ad intemperantiam. Similiter velle repete
re ſuum vt pauperibus erogetur ad liberalitatem ⁊
velle potentatum vt iuſticia adminiſtretur ad iuſticiā.
hanc maiorem habet Ariſtote. expreſſe quarto ethi-
corū iꝫ volitio iuſticie vel religionis cum contemptu
mortis ⁊ grauiſſimorum ſuppliciorum habet opus

iuſticie pꝛo fine et contemptum moꝛtis tanꝙ mediū
ad finem ergo huiuſmodi volitio pertinet ad iuſtici
am. minoꝛ eſt expꝛeſſe poſita a beato Thoma q̄ſtiōe
de martirio articulo tertio ita dicentem in reſpōſiōe
ad articulum/ et ſic nō poteſt eſſe ꝙ martiriū quod cō
ſiſtit in debita tollerantia moꝛtis ſit perfectiſſimꝰ in
ter virtutis actus quia tollerare moꝛtem nō eſt lau-
dabile ſecundum ſe ſed ſolū ſecundum ꝙ oꝛdinatur
ad aliquod bonū quod conſiſtit en actu virtutis pu-
ta ad fidem ⁊ dilectionem dei/ ⁊ ſequitur vnde actus
ille virtutis cum ſit finis melioꝛ eſt Aduerte tamen ꝙ
maioꝛ iſtius rationis multa diſcuſſione indiget quia
tamen frequentiſſime ea vtitur doctoꝛ cuius opinio-
nem recitauimus ideo eadem contra ipſū vſi ſumus
Quarto ſecundū Ariſtotelem circa moꝛes fugiēdo-
rum ſunt tres gradus q̄bus opponuntur tres gradꝰ
circa moꝛes pꝛoſequendoꝝ ſ; malicia/ incontinentia
beſtialitas quibus opponuntur iſti tres gradus vir
tutis/ virtus continentia/ et virtus heroica: ſed con
ſtat ꝙ vnus iſtoꝛum graduum ſc; malicia pluribꝰ ge
neribus vicioꝛum eſt cōmunis ⁊ ſimiliter gradus op
poſitus ſcil; virtus ergo et ali gradus poſſunt eſſe
communes ſed qua rōne ꝓbatur ⁊ defenditur coītas
virtutis heroice ad plura genera virtutum eadem rō
ne pꝛobari vel defendi poteſt cōmunitas martirii ad
omnem virtutē in qua reperitur actus quē pꝛo moꝛ-
te nō deſerendum eſſe recta ratio diffinit et determi-
nat ꝙ autē heroica virtus ſit multis virtutibus con-
munis. ꝓbatur per euſtra. ſuper ſeptimo ethicoꝝ ita
dicentē. Heroica autem ⁊ diuina virtus eſt cū aliq̄s
dirigit omnem virtutē ſuper omnē hominē puta cu;
quis dirigit amoꝛem hominum ſuper omnem amo
rem hominum dicitur talis virtus heroyca ⁊ diuina
⁊ cum quis dirigit temperantiā ſuper omnē tempe-
rantiā dicitur talis virtus heroyca et diuina. Silr
aūt ⁊ ſi q̄s foꝛtis fiat ſuꝑ oē; foꝛtē talis foꝛtitudo q̄ ē
ſuꝑ oēm ē heroica ⁊ diuīa q̄ ſm rei xitatē nō ē aliud
ꝙ id q̄ ſupꝛa diximꝰ ꝙ ſc; ḡdus heroicꝰ ē actꝰ xtu-
tis cōem facultatē hoīm excedens vel habitꝰ ad tale;
actū inclinans que dr̄ diuīa q; diis ⁊ hoībus ꝯgruit
Heroica q; hoībꝰ q̄ ſemidei ſūt ꝯuenit/ admirabilis
⁊ ſuꝑnaturalis q; cōem hoīm facultatē excedit. vel dr̄
diuīa q; per eā maxime hoīes appꝛopinquāt ad deū
Ex his ſic arguit. Temperantia eleuata ſuꝑ oēm tē
perantiā que ſcil; ſolet in hominibus reperiri perti
net ad genus temperantie/ ⁊ iuſticia ſuper omnē iu-
ſticiā eleuata que cōmuniter ſolet in hominibꝰ repe-
riri ꝑtinet ad genus iuſticie ⁊ ſic de ceteris ergo om-
nis virtus heroica pertinet ad genus aliquod virtu-
tis et vna ad vnum et alia ad aliud. Et omnino eodē
modo arguitur de martirio iuſticia eleuata ſuꝑ oēm
iuſticiam pertinet ad iuſticiam ⁊ temperantia eleua-
ta ſuꝑ omnē temꝑantiā eſt temperantia ſed aliquod
martirium non eſt aliud ꝙ iuſticia eleuata ſuper oē;
iuſticiam ⁊ aliquod non eſt niſi temperantia eleuata
ſuper omnē temperantiam et ſic de aliis ergo marti
rium aliq̄d ad vnam virtutē pertinet et aliq̄d ad aliā
et aliquod ad aliam. Quīto ad omne; xtutē in aliquo
gradu conſtitutā ꝑtinet vincere oēm difficultatē que
ei conuenit ſm gradū illū vt ad virtutem ſcōm gradū
continentie pertinet inclinare vt vincantur difficulta
tes ꝓuenientes a delectationibus ⁊ ad virtutē ſcōm
gradū perſeuerantie conuenit inclinare vt vincat oēs
difficultates cōtra actū ſuū ꝓuenientes ex triſticiis.
ergo etiā ad oēm virtutē in gradu heroico ꝯſtitutā ꝑ
tinet inclinare habentē ipſā vt vincat oēs difficulta-
tes impediētes actū eius/ ſed ex cōditione moꝛtis pꝛo
poſita ꝓuenit difficultas in actu heroico que non pōt
vinci niſi per contemptū moꝛtis ergo ad iuſticiā ī ex
cellentiſſimo gradu ſuo cōſtitutā pertinet facere con
temptū moꝛtis impedientis eam ab actu illo excellē
tiſſimo. Ex qua rōe patet īpꝛobatio fundamenti ꝑdi
cte opiniōis. Opinatur enī pꝛedictꝰ doctoꝛ ꝙ in mar
tirio tria ſunt ſc; actus pꝛo quo ſuſcipimus martiri
rium puta pꝛedicatio veritatis/ defenſio legis/ aut fi
dei confeſſio. et iſte actus non pertinet ad foꝛtitudinē
Aliud eſt firmitas animi cōtra periculū moꝛtis immi
nentis ⁊ hec eſt quā ipſe dicit ad foꝛtitudinē pertine
re. Tertiū eſt confirmatio in bono virtutis cōtra pe-
ricula ⁊ pꝛecipue moꝛtis/ et hoc videtur ex duobꝰ ꝑo
ribus dependere: quia enim aliquis firmatus eſt in
bono xtutis alicuius ⁊ habet firmitatē animi con-
tra pericula moꝛtis ipſe confirmatus eſt in bono vir
tutis cōtra pericula moꝛtis. ¶ Cōtra hūc modū dicēdi
ſit quarta ꝯcluſio. Nō oīs confirmatio in oꝑe iuſticie
cōtra ꝑicula moꝛtis ē opꝰ foꝛtitudinis. ꝓbat primo
ex vltima rōe ꝑcedentis cōcluſionis pꝛobat ſcdō q; ſi
ſic ſequeret ꝙ foꝛtitudo haberet oēs materias xtu-
tū pꝛo obiecto nō ſolū ꝑtiali ⁊ circunſtantionali ſed
etiā ꝓ obiecto cōi ⁊ pꝛincipali ſed ꝯñs ē falſū ⁊ cōtra
auctoꝛes moꝛalis phīe q̄ foꝛtitudini ꝓpꝛiā materia;
tribuūt ⁊ nō extēdunt eā ad materias alia; xtutu;
niſi foꝛte aliq̄n in materiā foꝛtitudinis tanꝙ circūſtā
tie veniāt. ꝓbat ꝯñia confirmatio hoīs in bono iu-
ſticie aut fidei cōtra ꝑicula moꝛtis nō ē aliud ꝙ voli-
tio iuſticie non obſtāte conditione moꝛtis ꝓpoſita fa
cienti iuſticiā ſed cōſtat ꝙ hec volitio ē directiſſime vo
litio ꝑtinēs ad iuſticiā/ ⁊ ꝙ moꝛtis ꝯditio non ſe ha-
bet niſi tanꝙ circunſtantia igitur. Tertio omīs xtꝰ
inclinat ad tollendū omne illud quod impedit actu;
ſuum ergo cū timoꝛ moꝛtis interdum impediat iuſti
cie actū ſequit ꝙ iuſticia inclinat ad tollendū timoꝛē
moꝛtis nō quemlibet ſed impediētē actum ſuū: ſ; vo-
litio iuſticie cū ſublatiōe timoꝛis moꝛtis ē ꝯfirmatio
in bono iuſticie contra periculū moꝛtis ergo ad iuſti
ciam ꝑtinet cōfirmare hominem in bono iuſticie con-
tra ꝑiculum moꝛtis. Maioꝛ pꝛobat quia omnis xtꝰ
ꝙtum inclinat in actum ſuum tm̄ inclinat mediante
actu ſuo elicito in oppoſitum illius quod repugnat
actui ſuo et ipſum impedit/ ſed timoꝛ moꝛtis impe-
dit actum iuſticie cum pꝛoponitur cōditio moꝛtis fa
cienti iuſticiā ergo iuſticia in tali caſu iclinat in ſubla
tionem hmōi timoꝛis ſiue in contemptū moꝛtis qui
opponitur timoꝛi moꝛtis. Ad hanc concluſionē poſ-
ſunt reduci ⁊ applicari omnes rationes pꝛecedentis
concluſionis. ¶ Quinta cōcluſio. Foꝛtitudo ſiue ma-
gnanimitas multū facilitant actu; martirii. ¶ Pꝛo
qua concluſione eſt aduertendum ꝙ in magnanimita
te ſiue foꝛtitudine communiter dicta reperit duplex
genus ſicut ſupꝛa dictū eſt vnum quod eſt poſitu; in
contemptu rerum externarum ⁊ vite quo fit vt nec ali
quas res externas nec vitam noſtram plus appꝛecie
mur ꝙ appꝛecienda ſunt ⁊ hoc magnanimitatis ge-
nus facit vniuerſalem contemptu moꝛtis et habens
ipſum faciliter ad modum confirmatur in operibus
xtutum contra ꝑicula moꝛtis. Aliud genus eſt quod
eſt poſitum in adminiſtratione difficilium rerum/ et
iſtarum rerum difficilium quedam ſunt bellice in qui
bus frequenter eminet moꝛtis periculum cum cōtra-
pugnatione tamen. Alie ſunt non bellice. ⁊ iſte etiam
ſunt pene laboꝛum ⁊ periculoꝛum rerum et moꝛtis/ ⁊
iſtud genus foꝛtitudinis non facit vniuerſalem con-
temptum moꝛtis ſed vnum facit contemptu; moꝛtis
que contrapugnando cōtingere poteſt aliud facit cō
temptum moꝛtis que in huiuſmodi arduis admini-
ſtrationibus poteſt euenire ſine bello et cōtrapugna
tione et frequenter experimur ꝙ aliquis eſt inclina-
tus ad contemptū moꝛtis vno mō ⁊ nō alio et aliqui

Virtꝰ heroyca cōmunis.

C

D

ſunt inclinati ad ɔtēptū mortis iſtis duobus vltimis
mōis qui non ſūt inclinati ad vniuerſalē contemptū
mortis. Dico ergo ꝙ habitus inclinās ad vniuerſalē
contemptū mortis multū facilitat actum iuſticie he-
roice ⁊ gnāliter oēm aliū actū ad cuius elicitionē exi
gitur hmōi contemptus mortis. non tñ eſt elicitiuus
hmōi actus iuſticie vel alterius virtutis etiā ꝑ tpē ꝑ
quo offertur ɔditio mortis facilitanti. Alie vero ſpe
cies magnanimitatis diſponūt ad actus heroicos et
ad actus martirii ſed remotius qꝛ non faciūt vniuer
ſalem contemptū mortis; contra autē actus iuſticie
vel alterius virtutis heroice multū diſponūt ad con
temptū mortis ⁊ vniuerſalē et ꝑiculoſē nec iſta ſunt
reputanda extranea qꝛ ſm doctores ſacros vna vtꝰ
oritur ⁊ generatur ex alia quod exponit beatus Tho
mas ⁊ bene ꝙ vna virtus mediante ſcꝫ actu ſuo elici-
to inclinat ad actū alterius virtutis. ⁊ ꝓpt hanc cāꝫ
forte mlti crediderūt ꝙ martiriū ꝑtinet ad fortitudi
nem cōmuniter acceptam nō quidē tanꝙ ad virtutē
ꝓprie elicientem, ſed tanꝙ ad virtutem facultante a
ctum martirii. ¶ Sexta concluſio. Martiriū non eſt
actus fidei. ꝓbaꝛ quia oīs actus fidei eſt actus cogni
tiuus ſed martirium nō eſt actus cognitiuus ſꝫ ē actꝰ
volūtatis ergo martiriū non eſt actus fidei. Et ſi di
cas ꝙ aliquod martiriū eſt cōfeſſio fidei ſed cōfeſſio
fidei eſt actus fidei actꝰ ſcꝫ exterior igiꝛ. Rñdeꝛ nego
miorē. ſꝫ dico ꝙ actꝰ fidei cū actꝰ extior reſpectu voli
tiōis ɔfeſſiōis fidei ſicut patebit cū de fide ageꝛ. Se-
ptia ɔclō. Aliquod martiriū nō eſt actus caritatis
probaꝛ aliquod martiriū quod eſt actus bonꝰ mo
raliter tm̄ ⁊ non meritorie, ſed tale non eſt actꝰ ca-
ritatis, cū a caritate nec imperatū ſit nec elicitum
ergo aliquod martiriū non eſt actus caritatis. et
añs videꝛ per ſe notū. probaꝛ tñ poteſt exiſtens in
pctō mortali nolle deſerere fideꝫ xpi ꝑ morte nec ꝑ
quocūꝗ cruciatu actu īperatiuo execu tiōis, ſed con
ſtat ꝙ exiſtēs in pctō mortali non habet caritatem
igitur. ꝙ ſi dicas ꝙ ſicut baptiſato daꝛ gr̄a et re-
miſſio pctōꝝ ita ⁊ morienti pro xpo. ſi hoc intelli-
gaꝛ vniuerſaliter nō videꝛ verū qꝛ forte ponit obi-
cem ſi tñ ita ſit tūc caritas illa ſequiꝛ naturaliꝛ actū
martirii, nec ſe hꝫ ad ipm imperatiue nec electiue.
Octaua cōcluſio. Aliquod martiriū eſt actus cari-
tatis tanꝙ totaliter per modū habitꝰ vel actus icli-
nantis ⁊ aliquod eſt actus caritatis tanꝙ partiali-
ter per modū habitus vel actus inclinātis. probaꝛ
prima pars de martirio eius qui ſuſtinet mortem
qꝛ nō vult deſerere actū dilectionis caritatiue ni-
chil enī videꝛ elicitiue concurrere ad illū actum per
modū habitꝰ vel actus volūtatis niſi caritas. dico
per modū habitus vel actus qꝛ volūtas bene cōcur
rit ſed non per modū actus vel habitus ſed per mo
dū potētie. Scda pars ꝓbatur de martirio eius qui
exiſtēs in caritate ſuſtinet mortē qꝛ non vult deſere
re actum iuſticie ad quam inclinat habitus iuſticie
quē hꝫ. actus enī martirii in tali cauſaꝛ inclinati-
ue et elicitiue tā ab habitu caritatis ꝙ ab hitu iu-
ſticie vt ſupponitur pro nūc; ⁊ alibi probabitur, con
curſus caritatis ad omnem actum vite eterne merito
rium. Nona cōcluſio. Martirium ſtricte acceptū nō
eſt actus patientie ſtricte accepte. Probatur in patiē
tia ſtricte accepta pena non eſt in poteſtate noſtra vt
patuit cum agebatur de patientia, ſed pena marti-
rii eſt in poteſtate noſtra quia ſi velimꝰ deſerere opꝰ
pro quo proponitur ɔditio mortis liberamur a mor
te, illud aūt opꝰ deſerere eſt in poteſtate nr̄a igiꝛ. Di
xi autem in concluſiōe martirium ⁊ patientiā ſtricte
accipi propter varias acceptiones martirii et patiē-
tie ſupra poſitas. ¶ Contra terciaꝫ concluſionem ar

guitur primo ratione Thome poſita poſt argumen
ta queſtionis. ¶ Secundo arguitur per illud Cipria-
ni in epiſtola ad martires et cōfeſſores O beati mar-
tires quibus vos laudibus predicem O milites for-
tiſſimi robur corporis veſtri quo preconio vocis ex-
plicem. ¶ Tercio omnis virtus firmās nos cōtra pe-
ricula mortis in bello eſt fortitudo, ſed martyriū fir-
mat nos contra pericula mortis in bello ergo mar-
tiriū ad fortitudineꝫ pertinet. Minor probatur quia
in martirio eſt pugna et certamen in quibus eminet
mors vt pꝫ ex auctoritate ſupra allegata. ¶ Quar-
to arguitur auctoritate Leonis pape qui vt Cipri-
anus vocat martires fortiſſimos. ¶ Ad primam re-
ſpondeo negando maiorem vniuerſaliter et dico ꝙ
fortitudo non confirmat hominem in bono virtu-
tis alterius a fortitudine: ſed dico ꝙ fortitudo fa-
cit vt homo mediocriter et bene ſe habeat circa terri
bilia ⁊ auſibilia vt ſcilicet timeat timenda ⁊ aude-
at audenda. ⁊ ad minorem concedo eaꝝ pro primis
partibus; ſꝫ nego pro vltima ſcꝫ ꝙ illa ꝑicula mor
tis cōtra que firmat animū martiriū ſint vel cōtin-
gāt in bello. ¶ Pro quo eſt notandū ꝙ bellum ac- B
cipitur dupliciter. Uno mō ꝓprie ꝑ bello in quo eſt
pugna ⁊ cōcertatio manibus ⁊ viribus corporis ꝑ
acta ⁊ hoc eſt bellū quod exigitur ad fortitudinem
acceptā ꝓprie. aliud eſt bellū ſimilitudinarie dictū
in quo eſt pugna nō manibus ſed ligua nō viribus
ſed verbis per acta, ſicut in vita martirū bene le-
gimus cōtentionem que facta eſt inter martires ⁊ ti
rānos cū inter ſe aut de fide aut de lege diſputabāt
⁊ hoc bellū nō ſufficit ad fortitudinē ꝓprie dictam
ſufficit tamē ad ſimilitudinariā fortitudinē quomō
accipiunt ſancti Cipria. Leo Auguſ. Jheroni. for-
titudinem cū appellāt martires fortes ⁊ per hoc ſol
uuntur omnes auctoritates ad hoc adducte. loquū
tur enim de fortitudine nō ꝓprie ſed ſimilitudina-
rie dicta quomodo etiaꝫ ſecundū Ariſ. milites ſtrē
nue pugnātes vt cōſequātur honores vel euitēt op-
probria vocātur fortes nō ad fortitudinē ꝓprie di- arg. tho
cta ſed ſimilitudinarie. ¶ Contra ſextā concluſionē vbi ſupra
arguitur ſic martirium eſt actus illius virtutis cuiꝰ arti. i.
eſt teſtimoniū ſed martiriū eſt teſtimonium fidei er-
go eſt actus fidei. maior ꝓbatur quia martir in gre
co dicitur quaſi teſtis in latino. et minor ꝓbatur ꝑ
illud actuum primo Eritis michi teſtes in iheruſa-
lem. ⁊c̄. ¶ Secūdo martiriū ſicut dictum eſt per-
tinet ad illam virtutē ꝑ cuius actu mortē patimur
ſed martir pro actu fidei mortē patitur ſicut beatꝰ.
Stephanus fuit martir ꝑ fide chriſti igitur. ¶ Ter
tio. Arguitur auctoritate Maxi. in quodā ſermone arg. th
martir inquit martirii fides catholica eſt in qua il- vbi ſu
luſtres athlete ſuo ſanguie ſubſcripſerūt ergo mar
tirium pertinet ad fidem. ¶ Ad primā dico ꝙ quan-
do eſt eadem virtus in cuius actu ꝑſiſtere volumus
non obſtāte cōditione mortis nobis ꝓpoſita ⁊ cui
teſtimonium dare volumus tūc martiriuꝫ eſt actus
virtutis illius cuius eſt teſtimonium quia eſt actus
illius virtutis in qua perſiſtere volumus, ſi autem
hec virtus ſit alia ab illa tunc in tali caſu maior eſt
falſa. Exemplum primi vt cum ſuſcipimus martiriuꝫ
pro cultu diuino tunc eidem cultui etiam per marti-
rium teſtimonium damus ⁊ ita martirium eſt actus
iuſticie et religionis cui actui dat teſtimonium. In ꝓ
poſito autem cum pro confeſſione fidei martiriuꝫ ſu-
ſcipimus nos damus teſtimonium fidei quia tamen
fides eſt virtus intellectualis confeſſio autē fidei vel
defenſio eſt virtus volitiua ideo martiriū eſt teſtimo
nium vnius virtutis ⁊ actus alterius non nego tamē
quin martiriū in tali caſu ſit etiam teſtimoniū virtu

tis voliſiue ſed dico ꝙ non eſt verũ vniuerſalit̃ ꝙ cu-
iuſcũq; v̾tutis martir eſt teſtis eiuſdẽ mãrtiriũ ẽ act⁹
¶ Ad ſcðaʒ nego minorẽ ⁊ dico ꝙ martir nõ patit̃ ꝓ
actu fidei ſed pro defenſione aut cõfeſſione aut vo-
litione fidei ſiue volitione actus credendi. ſi eñi pro
poſita. cõditione ſibi ceſſaret a cõfeſſione vel defen
S ſione fidei ꝗ̃tũcunq; crederet non pateret. Aliter re
ſpondet̃ ꝙ martir dicitur pati mortem pro dupli-
ci actu ſcʒ pro actu habẽte circũſtantiã mortis pro
obiecto cuius eſt formaliter contẽptiuus et de iſto
vera eſt maior. Scðo pro actu non habẽte hmõi cir
cunſtantiã mortis ꝓ obiecto cuius formaliter ſit cõ
tẽptiuus ⁊ de tali maior nõ eſt vera. ꝑrimus act⁹ eſt
volitio cõfeſſionis fidei nõ obſtante morte ꝓpoſi-
ta formaliter iperatiua executionis. ſcðs eſt ipſum
credere vel aliquid tale. ¶ Ad terciam ⁊ ad primã
reſpõdet beatus Thomas ꝙ martiriũ cõparatur
ad fidẽ ſicut ad finẽ in qua aliqs firmat̃, ad fortitu-
dinẽ ſicut ad virtutẽ elicientẽ. Jſta ſolutio nõ mihi
vr̃ ſufficere. Tũ q2 fl̃a. Tũ q2 nõ ſatiſfacit fl̃a quiõ
q2 nõ ideo qs firmat̃ ĩ fide q2 ꝓ fide ſuſcipit martiri
um ſed ecõtra q2 firmatus eſt iam in fide ideo pro
Jthomã. fide ſuſcipit martiriũ. Eſt aũt inſufficiẽs q2 dato ꝙ
fides ſit finis martirii non propter hoc tñ ſequit̃ ꝙ
ſit mater, q2 mater nõ eſt ꝓpter quã res eſt ſed per
T quã res eſt. Dico ergo ꝙ fides dicit̃ martirii mater
nõ proxima ⁊ immediata ſe mediata. Fides eñi eſt
cauſa dictaminis quo dictat itellectus quo nũc de
neceſſitate vel pro vtilitate ſalutis confitenda eſt fi-
des, ⁊ iſtud dictamen ⁊ habitus ille voluntatis ad
quã pertinet fidei cõfeſſio efficiũt ⁊ cauſant volitio
nem martirii que eſt martiriũ mentale ꝙ ſi nondũ
ſit genitus ille habit⁹ tũc volũtas ex libertate ſua
cũ dictamine rationi ⁊ ſpeciali motiõe dei cauſant
hmõi volitionẽ quã ſpecialẽ motionẽ neceſſariã pu
to de cõmuni lege etiã ſi aſſit habitus ille ¶ Cõtra
ſeptimã cõcluſionẽ. Arguitur actus laudabilis eſt
actus illius virtutis que ad ipſuʒ inclinat ab ipſo
argu. tho manifeſtatur, ⁊ ſine qua non valet ſed martirium
me vbi ſu iſtis trib⁹ modis ſe hʒ ad caritatẽ ergo oẽ martiri-
pra argu um eſt actus caritatis. Minor probat̃ pro prima
mẽto pri parte per illud Maximi in quodã ſermone. Cari-
mo. tas xp̄i in mẽbris ſuis vicit, Pro ſcða parte proba
tur per illud Johannis. xv. maiorẽ dilectionẽ nemo
habet ꝗ̃ vt aĩam ſuã ponat pro amicis ſuis. Pro
tertia parte ꝑ illud. i. ad Chorinthe. xiii. Si tradi-
dero corp⁹ meũ ita vt ardeã caritatẽ aũt nõ habue
ro nichil michi ꝓdeſt. ¶ Ad tertiã cõcedo maiorem
no tm̃ per modũ iperantis vt cõcedit Thomas ſed
etiã per modũ elicientis q2 vt poſtea dicetur cari-
tas elicitiue cõcurrit ad oẽm actũ meritoriũ conce-
cedo vlterius ꝙ oẽ martiriũ meritoriũ eſt a carita-
te inclinatiue ⁊ elitiue aut totaliter aut partialiter
⁊ ideo cũ hoc ꝙ ad caritatẽ pertineat ſtat ꝙ etiam
ad aliquẽ aliam virtutẽ pertineat patet de multis
actibus meritoriis. Dico preterea ꝙ q2 non omne
martiriũ pro qualibet parte tp̄is pro qua eſt mar
riũ eſt meritoriũ ideo nõ eſt verũ vniuerſaliter ꝙ oẽ
martiriũ ſit hoc mõ a caritate ne ad tale martiriũ
caritas iclinat, neq; ꝑ ipſũ manifeſtatur quia nul
la caritas eſt in tali martire quod intelligo de cari
V tate infuſa. Et cũ dicis ꝙ ſine caritate tale martiri
um nõ valet. verũ eſt ꝙ nõ valet ad meritũ eterne vi
te, ꝙ ſi poſtea ꝯferatur caritas et gratia ſicut ſit in
terdũ per attritionẽ tunc martiriũ non. cõparatur
ad eam ſicut ad virtutem elicientem ſed ſicut ad do
nũ quoddã per ipſum tributũ, niſi martir ꝑſiſteret
adhuc in actu martirii ⁊ tũc caritas ꝓ mẽſura illa
ad actũ martirii iclinatiue ſiue effectiue ꝯcurreret.

¶ Rationes ſolute ſunt ex dictis.

Queritur quarto. Utrũ mors
ſit de ratione martirii. Arguitur ꝙ non
quia tũc nullus eſſet martir dum viuit cũ
nulli viuẽti mors inſit ſed cõſequens eſt falſũ igit̃
Jn oppoſitum arguitur auctoritate Maximi di-
centis in quodam ſermone de martire ꝙ vicit pro
fide moriendo qui tamẽ vinceretur ſine fide viuendo
Hec queſtio pro maiori parte iam abſoluta eſt ĩ p̄-
mũ queſtioni de martirio ¶ Ad hanc queſtionẽ Reſ
põdet beatus Thomas ꝙ ad perfectam rationem
martii requiritur ꝙ aliquis mortem ſuſtineat pro
pter Chriſtũ. probat ad martirium requirit̃ ꝙ ho
mo ſic teſtetur fidem ꝙ opere oſtendat ſe cuncta pre tho. ſcða
ſentia cõtemnere vt ad futura inuiſibilia bona ꝑ ſe de q̃ſti.
ueniãt quia martiriũ dicitur quaſi teſtis fidei xp̄ia 174. arti
ne per quã nobis viſibilia pro inuiſibilibus cõtem culo. 4°.
nẽda proponuntur vt dicitur. Hebre. vndecimo ſʒ
ꝗ̃diu remanet vita corporalis hominũ nonduʒ oſtẽ
dit opere ſe cuncta cõtemnere. cum homines cõſue
uerint et cõſanguineos et omnia bona poſſeſſa con
temnere et etiam dolores corporis vt vitem cõſer
uent. vnde et ſahan cõtra Job induxit pelleʒ pro pel
le et cuncta que homo habet dabit pro anima ſua er
go ad perfectam rationem martirii requiritur ꝙ a
liquis morteʒ ſuſtineat propter Chriſtum. Hec opi
nio non placet michi Et ideo ſit prima cõcluſio nul cõtra tho
la volitio vel nolitio eſt martirium niſi ipſa ſit con
temptus grauiſſimorum ſuppliciorũ mortis actua
liter imperatiua executionis Jſta cõcluſio probata
eſt ſupra prima queſtione de martirio et eã probat
efficaciter ratio per Thomam adducta nunc. Pro
bat̃ preterea ad hoc ꝙ aliquis actus voluntatis
ſit martirium mentale opʒ ꝙ homo per ipſum ſic
velit perſiſtere in actu vĩrtutis ꝙ pro nullo quod cõ
tra rectam rationem velit deſiſtere ab illo ⁊ forma
liter imperet executionem illius alias non eſſet ſu-
pra cõmunem hominũ facultatem quia in abſcẽtia
ſuppliciorũ ⁊ mortis ꝓponere perſiſtere, ⁊ perduca
re in actu bono eſt pluribus cõmune. Martiriũ au
tem vt dictũ eſt cũ ſit actus virtutis heroice eſt act⁹
ſupra cõmunẽ hominũ facultatẽ poſitus ergo opor
tet ꝙ ſit formaliter iperatiuus executiõs circa mor
tem maxime quia forte aliorum nõ ꝓponitur cõdi-
tio. ¶ Ex qua cõcluſione ſequitur. Secũda concluſio
Uolitio vel nolitio que eſt contẽptus integritatis
carnis pro chriſto et nõ mortis imperatiua forma X
liter executionis nõ eſt martirium. Probatur q2 ta
lis volitio nec rectitudinẽ vniuerſalẽ rationis ha-
bet nec imperatiua executionis circa id quod inter
cõtemptabilia pro. Chriſto precioſiſſimũ quod eſt
vita corporalis. Hoc idem tenet Thomas ⁊ probat
queſtione de martirio articulo quarto in reſpõſio
ne ad ſecũdum. D. ꝙ in muliere que perdit integri-
tatem carnis occiſione fidei chriſtiane vel ad perdẽ
dum eã dãpnatur, nõ eſt apud homines manifeſtuʒ
Utrũ hec mulier patiatur ꝓpter amorem fidei chri
ſtiane vel magis pro contẽptu caſtitatis. Et ideo a-
pud homines per hoc nõ redditur teſtimoniũ ſuffi
ciens, vnde hoc nõ habet ꝓprie rationẽ martirii ſʒ
apud eũ qui corda ſcrutatur poteſt hoc ad premiuʒ
deputari ſicut Lucia. Jſta ratio beati Thome reli dubia in
quit multa dubia. Primuʒ quod eſt precioſus vel ratione
integritas carnis vel vita quod tamen petebat ar- tho. icõtẽ
gumentum ad quod hic reſpondet. Secundũ quod ta.
eſt teſtimonium illud ſufficiens quod requiritur ad
rationem martirii, ⁊ cui⁹ eſſe debet teſtimoniũ Ter
tium apud quã debet exhiberi hmõi teſtimonium.

Quartū ſi de facto mulier illa patiatur ablatione
integritatis corporis ꝓpter Chriſtū Utrū ipſa ſit
vere martir apud deū. ¶ Ad primū dico ꝙ vita cor
poralis eſt precioſior ꝗ integritas corporis nec cre
do ꝙ recta ratio dictaret alicui ꝙ debere ⁊ cōtēpne
re vitā corporalem pro integritate corporis ſed po
tius ecōtra niſi ꝓbabiliter timeret ꝙ ex corruptio
ne integritatis ſequeret̄ delectatio et ex delectatio
ne cōſenſus in quo caſu deberet contēpnere vitam
corporalē non ꝓ integritate corporis ſed pro odio
peccati quod ꝓbabiliter inde timeretur ſequi ⁊ ita
credo illas mulieres feciſſe de quibꝰ arguit Tho
mas argumēto ſcdo illiꝰ articuli. ¶ Ad ſcdam que
ſtionem reſpōdeo ꝙ ad rationē martirii requiritur
ꝙ det teſtimonium ꝙ vniuerſaliter omnē rem pro
Chriſto ⁊ fide eiꝰ ꝯtēpnit ſiue viſibilē ſiue inuiſibilē
cuiꝰ ꝯtēptus nō eſt cōtra legē dei/ de re viſibili hoc
dicit Thomas de inuiſibili vt ꝯſtat de ſapiētia et
multis donis gratuitis q̄ ſi poſſent a nobis aufer-
ri deberemus potius pati ablationē illoꝝ ꝗ deſe-
rere fidem imo etiā de actibus virtutū pro tēpore
pro quo non cadunt ſub precepto. Ad hoc aūt ꝙ il
lud teſtimoniū ſit ſufficiens videtur exigi ꝙ teſtifi-
cans iperet actualiter ⁊ efficaciter executionem cir
ca tollerantiā mortis oīm maloꝝ que ſibi proponū
tur vt fidē deſerat/ ⁊ id ſignis exterioribus indicet
nō fallacibus nō duplicibꝰ ſed proprijs de quibus
rationabiliter dubitari non poſſit quibꝰ ſint vera
⁊ certa ſigna cōtēptus iſtoꝝ. Dixi circa tollerantiā
mortis qꝛ qui tollerat mortē pro fide dat ſufficiēs
teſtimoniū ꝙ eſſet oīa alia mala propter Chriſtum
tolleraturus. Dicit̄ ꝙ iudicet ſignis exteribus qꝛ nō
eſſet īperiū actuale efficax niſi ad exteriores actus
procederet. Dicit̄ non fallacibus ꝓpter ſigna que
licet nō ſint duplicia nō tn̄ ſignatum inferunt. aut
propter ſigna ficta et non vera/ ſicut ſunt verba ⁊ di
cta multoꝝ quibus proteſtantur ſe potius velle mo
ri ꝗ Chriſtum et fidem eius deſerere. Dicitur du-
plicibus propter ſigna illa que indifferenter plu-
ra ſignata repreſentant ſicut ſecundum beatum
Thomam perdere integritatē corporis aliquādo
ex amore fidei eſt aliquando ex contemptu caſtitatis
Tho. vbi ſupra articulo 2°. ⁊ ita aliquādo hoc aliquādo illud repreſentat. ¶ Ad
tercium videtur Thome ſentētia ꝙ de ratione marti
rii eſt ꝙ illud teſtimoniū fiat apud homines. Arguit
ſic Thomas Ad martirium pertinet vt homo opere
teſtificetur ſe cuncta preſentia propter fidem contem
pnere/ non hoc autem ſufficienter oſtendit ꝗdiu re-
manet vita corporalis. Et ex hoc concludit ꝙ marti
rium de ratione ſua requirit ꝙ aliquis mortem
ꝯ thomā. ſuſtineat propter Chriſtum· ſi minor rationis in-
telligat̄ ꝙ talis non oſtendit hoc ſufficienter nec apd̄
deum nec apud homines falſa eſt quia deus ſcruta
tur corda et renes/ ideo per ſolam elicitionem vo-
litionis bone contēptiue mortis ⁊ oīm preſentium
propter Chriſtum ſufficienter oſtendit et teſtificatur
apud deum. Si autem intelligatur ꝙ talis nō oſtē
dit ſufficienter apud homines hoc nichil ad propo
ſitum vel de intētione ſua eſt ꝙ de ratione martirii
eſt ꝙ ſit teſtificatio apud hoīes. Et iō in reſponſio-
ne ad ſcdm argumentū hoc magis exprimere videt̄
cū ait de muliere q̄ ꝑdit integritate corporis ꝓ Chri
ſto non apud hoīes manifeſtum. vtrum hec mulier
patiatur propter amorem fidei aut propter contē-
ptum integritatis. Et ſtatim poſt ideo inquit apud
hoīes non eſt reddit̄ per hoc ſufficiens teſtimoniū
et ex hoc cōcludit ꝙ hoc nō habet proprie rationē
martirii ⁊ ſtatim ſubiūgit. Sed apud deū qui cor-
da ſcrutatur poteſt hoc ad premiū deputari. nō ta

men dicit ad martirium nec ad premium martirii
ex eo ꝙ nō fuit facta teſtificatio ſufficiens apud ho-
mines. ¶ Ad quartū reſpondeo ꝙ ſi mulier illa non
patitur ad aliud ꝙ non eſt dicenda martir accepto
ꝓprie nomine martirii nec apud deū nec apud ho-
mines: ſed de hoc poſtea. ¶ Tertia cōcluſio cōtem-
ptus carceris pro fide chriſti ad quē carcerē mors
ſequitur que tamē nō fuit prius ꝓpter fidei cōfeſſio
nem cōtempta nō eſt martirium ꝓbatur in tali non
eſt vniuerſalis cōtemptus omnium rerū contēptabi
lium pro fide chriſti nec formaliter nec īterpretatiue
nō formaliter vt cōſtat nec interpretatiue qꝛ nō ha
bet actualē cōtemptū eius quod homo inter omnia
talia bona reputat precioſiſſimum ſcilicet vite nec
eius quod inter omnia talia mala reputat terribi-
liſſimū ſcilicet mortis ſi enim talē haberet veriſimi
liter interpretaretur habere contēptū omniū alio-
rum. huic autē cōcluſioni videtur cōtradicere Tho-
mas dicens in reſponſione ad tertiū argumentum
quarto articulo queſtionis de martirio ꝙ nec mar-
tirium ꝓprie dicetur pro ſola tollerantia carceris
vel exilii vel ratione diuiciarum niſi forte ſecundū
ꝙ ex his ſequitur mors. ꝙ eſt verum ſi vbi videt ꝙ
carcer incipit diſponere ad mortē ꝙ eā contēpnat
actu imperatiuo executionis ſicut cōtempſit carcerē
aut ſibi cōplaceat in actu bono nō obſtante circun-
ſtantia mortis cū tam eſt diſpoſito neceſſitatis ꝙ ſi
carcer alienauerit in eo vſū rationis tunc tolleran
tia mortis virtute violentis precedentis carceris ſi
non affuit nolitio actualis mortis habet rationem
martirii. ſed ſi nō habeat vſum rationis nec tamen
cum vidit mortē cōſequi ad carcerē habet actualem
contēptū mortis tunc non videtur hmōi tollerantia
habere rationē martirii. ¶ Quarta cōcluſio ꝗuis
ad martirium exigatur contēptus mortis actuali-
ter imperatiuus executionis nō tamen ad rationē
martirii exigitur vniuerſaliter tollerātia mortis.
prima pars ſatis patet ex dictis. ſecunda ꝓbatur
poteſt eſſe perfecta volitio vel dilectio fidei cū con-
temptu vite ꝓpter eam formaliter imperatiua exe
cutionis indicata ſignis exterioribus nō fallacibus
nec duplicibꝰ ſed tam certis ꝙ nullus apprehēdēs
huiuſmodi ſigna rationabiliter poterit dubitare
talem contēpnere mortē actualiter et interpretati-
ue omnia alia que dicit bona preſentia ꝓ bono fi-
dei ſine actuali tollerātia mortis. ſed poſitis prio
ribus ponitur perfecta ratio martirii ergo ad per
fectam rationē martirii non exigitur vniuerſaliter
acutalis tollerantia mortis. Maior videtur mani
feſta quia omnibus illis poſitis eſt ſufficiens teſti-
ficatio non tantū apud deū ſed etiā apud homines.
minores probatur volo ꝙ tirānus ſe habeat ad vi
rum catholicū omnio eodē mō ſicut ſe habuit Abra
ham ad Iſaac filiū ⁊ quod ſicut angelus impediuit
Abrā. volentem occidere filiū ſuū in olocauſtū/ ita
etiam impediat tirānum extēdentē brachium ſuum
ad occiſionē viri catholici oīmode preparati et iam
collum extendētis ad ſuſceptionē mortis. Tunc ſic.
Abra. per illud factum teſtificatus eſt ſufficiēter tā
apud deū ꝗ apud homīes ſe crediđiſſe deo ⁊ Iſaac
ſe obediuiſſe/ ſed factū iſtiꝰ viri fidelis eſt omnino
ſimile ⁊ cōtinet tot ⁊ tāta et tā euidentia argumen
ta dilectionis fidei ſue et cōtemptus mortis ſue ſi-
cut factum. Abra. et Iſaac ergo eſt ſufficiēs teſtimo
nium ꝙ iſte cōtempſit vitā et omnia alia bona pre
ſentia ꝓpter amorē fidei xpi. Secundo ſi ad ratio-
nem martirii exigatur de neceſſitate tollerātia mor
tis. aut actus martirii erit poſt mortē. ⁊ hoc nō qꝛ
actus martirii eſt meritorius/ poſt mortē aut nō eſt

martirii eſt meritori⁹:poſt mortē aūt non eſt actus
meritorius aut in inſtanti aliquo p̄cedente inſtans
mortis ⁊ hoc nō q̄ inter tale inſtās ⁊ inſtans mor-
tis eſt tēpus mediū ergo pōt naturaliter vel ſuper
naturaliter non conſequi mors/ponatur ꝙ non cō
ſequatur per potentiam diuinā ſequit̄ tūc vel ꝙ ad
martiriū non exigitur actualis tollerantia mortis
vel ꝙ actus iſte qui cōceſſus eſt fuiſſe martiriū nūq̄
fuit martirium quod non concederet opinans.ſi in
tp̄e precedenti tunc idem ſequitur q̄ in ſcda medie
tate eius poterit impediri per potentiā diuinā ne
ſequatur mors et tn̄ in prima medietate actus ille
fuit martiriū ergo actus qui fuit martiriū pōt nū-
q̄ fuiſſe martiriū quod nō concederet opinans.nec
pōt dici ꝙ in inſtanti mortis q̄ tunc nō eſt plus via
tor et per ꝯn̄s nec tunc habet actū meritoriū. ¶ Ad
iſtā rationē repōdet beatus Thomas vbi ſupra in
reſponſione ad quartū argumētū ꝙ meritū marti
rii non eſt poſt mortē:ſed in ip̄a volūtaria ſuſtinen
tia mortis ꝓut ſcʒ aliquis volūtarie patitur infli-
ctionē mortis. ¶ Sed ꝯtra hanc ſolutionē oīno eoꝝ
mō argui et querit̄ qn̄ eſt inflictio mortis merito-
ria merito martirii aut ante inſtans mortis.aut in
inſtāti mortis aut poſt inſtans mortis ⁊ proſequat̄
vt prius.Et ſubdit cōtingit tn̄ q̄nq̄ ꝙ aliquis mor-
talia vulnera ſuſcepta ꝓ xp̄o vel alias quaſcūq̄ tri
bulationes cōtinuatas vſq̄ ad mortē patitur ꝓ fi-
de xp̄i dum viuit in quo ſtatu actus martirii meri-
torius eſt etiā ip̄o eodē tp̄e q̄ hmōi afflictiones pati
tur. ¶ Cōtra hoc oīno ſilr̄ arguit̄ q̄ vel hmōi tolle-
rantia afflictionū eſt actus martirii meritori⁹ ꝓ in-
ſtāti termināte cōtinuationē eaꝝ ad mortē ⁊ hoc nō
q̄ tale inſtās eſt inſtans mortis in quo non conce-
deret opinās actū creature ratiōalis eſſe meritori
toriū vel in inſtāti vel in tp̄e precedente et hoc non.
Tū primo q̄ tunc nō eſt tollerantia mortis. Tum
ſcdo q̄ poſſibile eſt per potētiā diuinā ꝙ impediat̄
mors ne ſequat̄:ḡ actus qui fuit martiriū poterit
nunq̄ fuiſſe martiriū.Tum tertio q̄ ſi de facto im
pediret̄ ne mors q̄ ex illis naturaliter ſecutura erat
ſequeretur ſicut in multis martirib⁹ queritur vtrū
eſſet talis martir aut non:ſi non ergo ad martiriū
nō ſufficit tollerare afflictiones q̄ naturaliter con
tinuāde ſint morti.ſi ſic ergo ſine tollerantia actua
li mortis pōt eſſe martiriū. ¶ Quarta cōcluſio Nul-
lus act⁹ eſt martiriū niſi ad ipſum rl̄ariter et vt in
pluribus ſequatur tollerantia mortis. ¶ Probatur
q̄ oīs actus qui eſt cōtēptus mortis formaliter im
peratiuus executionis teſtificat⁹ ſignis exteriorib⁹
nō fallacib⁹ nec duplicib⁹ et iuſtis eſt act⁹ ad quē
regulariter ⁊ vt in plurib⁹ ſequit̄ tollerātia mortꝭ
ſed martiriū eſt hmō act⁹ ḡ null⁹ actus eſt martiriū
niſi ad ip̄m ⁊ quēlibet cōſimilē regulariter ⁊ vt in
plurib⁹ nata ſit ſequi tollerantia mortis. ¶ Cōtra
primā cōcluſionē.Arguit̄ btā virgo fuit martir ⁊ tn̄
nūq̄ habuit ꝯtēptū mortis ꝓ fide Chriſti actualiter
impatiuū executiōis igit̄.p̄ma ps āntis ꝓbat̄ p Je-
ronimū i ſermōe de aſſūptiōe virginis ita dicentē.
Recte dixeri ꝙ dei gēitrix vgo ⁊ martir fuit. ¶ Se
cūdo Arguit̄ auctoritate Grego.dicētis q̄uis oc-
caſio pſecutiōis deſit hʒ tn̄ pax ſuū martiriū q̄ ⁊ ſi
carnis colla ferro nō ſubicim⁹ ſpūali tn̄ gladio car
nalia deſideria trucidam⁹. Ad iſtas duas rōnes re
ſpondet beat⁹ Thomas ⁊ bene ꝙ ille auctoritates
et ſi que ſimiles inueniantur loquūtur de martirio
per quādā ſimilitudinē. ¶ Contra ſcdam concluſio
nem Arguitur ſic integritas corporalis eſt precio
ſior q̄ vita corporalis ergo ſi tollerantia mortis ꝓ
Chriſto faciat martirē tollerātia corruptionis in

[...gumē- / ...thome / ...a ſcōe / ...1.124. / ...ticulo / ...arto.]

[...gumē- / ...thome / ...is.]

tegritatis faciet martirē.āñs probatur quedā mu-
lieres leguntur vitā contēpſiſſe ꝓ integritate cor-
porali ergo apud eas maiores precii erat integri-
tas corporis q̄ vita corporalis. ¶ Secūdo Arguit̄
de beata Lucia que tirāno mināti ꝙ eam ꝓſtitueret
niſi deſereret.fidē ⁊ ydolis ſacrificaret.reſpondit ꝙ
illud duplicaretur ſibi ad coronā ergo ipſa intēde-
bat ꝙ tollerātia huius coronationis erat ſibi pro
futura ad coronā martirii. ¶ Tertio tollerātia cor-
ruptionis integritatis ne fides deſeratur eleuat a
ctum religionis ſupra cōmunē hominē facultatē er
go eſt act⁹ martirii. ¶ Ad primā nego āñs.Et ad ꝓ
batione reſpondetur multipliciter.primo ꝙ ille mu
lieres nō pretulerūt integritatē corporis vite cor-
porali ſed pretulerūt innocētiā vite corporali timebant
enim veriſimiliter ꝙ ex corruptione carnis ſe
queretur delectatio ⁊ ex delectatione cōſenſus ⁊ ita
peccatū. Secūdo reſpondetur ꝙ ſi pretulerūt inte-
gritatem corporis vite corporali hoc nō fuit ex di-
ctamine rationis recte ſed errātis errore nō inuin-
cibili ſimpliciter.ſed inuincibili aut ꝓditione p-
ſonarū aut pro circūſtantia tēporis quia tūc per-
ſecutores nō ſinebant eas cōſiderare quid pro quo
eſſet faciendū. ¶ Ad ſecūdam dico ꝙ in beata Lucia
erat rectitudo vniuerſalis qua pro nullo quod eſſet
generaliter cōtra rectā ratione voluit fidē deſerere
nec pro corruptione integritatis nec pro grauiſſi-
mis ſuppliciis nec pro morte ⁊ ideo in ea cōtempt⁹
integritatis erat martirium Tum quia erat cōiun
ctus contēptui mortis actualiter imperatiuo execu
tionis. Tū quia manebat ex rectitudine vniuerſali.
¶ Ad tertiā negatur āñcedens ⁊ dicitur ꝙ hoc non
excedit cōmunē facultatē hominū cū etiā multi con-
temnant integritatē corporis pro minori bono q̄
ſit fides nō quidē minori tantū ſecundū veritatem
etiam ſecundū eſtimationē ſuaʒ Et dato ꝙ ita eſſet
adhuc nō valet cōſequentia quia non omnis actus
virtutis qui eleuat virtutē ſupra facultatē hominū
eſt martiriū ſed oportet ꝙ ſit teſtificatio quedā apđ
homines ꝙ talis ꝓpter fidē contēpnit omnia bona
preſentia formaliter vel interpretatiue nullus au-
tem actus eſt talis teſtificatio niſi ſit cōtēptus mor
tis formaliter et actualiter ſignis exterioribus nō
fallacibus ſed certis indicatus Et ita patet ꝙ q̄uis
talis actus eleuaret religionis virtutē ſupra cōmu
nē hominū facultatē nō tamē eſſet martiriū. ¶ Con
tra tertiā cōcluſionē. Arguitur ſic vbi propter car-
cerem ſequitur mors ibi eſt apud homīes ſufficiēs
teſtimoniū ꝙ talis contēpnit vitam et per cōſequēs
omnia bona preſentia pro fide. Chriſti ⁊ eſt ibi tol-
lerātia mortis ergo ibi ſūt omīa requiſita ad mar-
tirium. ¶ Ad hāc rationē reſpondeo ꝙ ſi in tali ſit
cōtemptus mortis cū videtur diſpoſitio nō neceſſi-
tans aut etiaʒ neceſſitās ad mortē tūc eſt ibi verum
teſtimoniū ⁊ martiriū. Si autem hec non in ſit tunc
nō eſt ibi verū teſtimoniū nec verū martiriū ¶ Con
tra quartā cōcluſionē Arguitur ratione Thome do
poſita poſt argumēta queſtiōis Secūdo vel mors
eſt de ratione martirii vel nō ſi ſic habetur intētum
ſi nō ergo ad rationē martirii nō exigitur cōteptus
mortis ſignis exterioribus certis iudicatus. Ter-
tio de beato. Martino canit eccleſia. O felix animā
quā licet gladius perſecutorū nō inuenit palmā ta-
mē martirii nō amiſit ¶ Ad primā cōcedo maiorem
et nego minorē ⁊ dico ꝙ per ſigna exteriora nō mē
dacia neq̄ duplicia ſed certa etiam ſecluſa tollerā
tia mortis id poteſt et apud deū ⁊ apud homīes ſuf
ficienti teſtimonio oſtendi vt patuit in caſu ad cōclu
ſionē adducto. ¶ Ad ſecundā dico ꝙ contemptus

mortis imꝑatiuus actualiter executiõis eſt de rõne
martirii ſed nõ eſt de rõne martirii vniuerſaliter ꝙ
mors tolleretur ſicut multis rationibus oſtenſū eſt
¶ Ad tertiā dico ꝙ in beato Martino fuit mortiri
um per equiualentiā ſꝫm ſcꝫ preparationē ꝛ ꝓmpti-
tudinē animi fuerūt etiā multe volitiones contēpti
ue mortis equiualēter imꝑatiue executiõis ſed non
formaliter. Et ideo lꝫ eccleſia non veneret eū tan-
ꝙ martirē pie tñ credit ꝙ ei eſt merces ꝛ palma tā-
ta quāta eſt martiribus qꝛ tñ nõ effudit ſanguinem
pro xp̄o nec viſus eſt habuiſſe cõtemptū ſanguinis
et vite formaliter imperatiuā executionis. ideo ec-
cleſia non aſſignat ei coronā purpureā ſicut ceteris
martiribus. Cõtra quintā cõcluſionē Arguit. rõne
ſcḋa poſita ad quartā ꝯcluſionē. ¶ Ad illā rõnē re-
ſpõdeo ꝙ cū primū volitio vel nolitio ꝯtēptiua mor
tis ꝓpter Chriſtū formalit̄ imꝑatiua executiõis eſt
ſufficiētib⁹ ſignis certis ꝛ manifeſtis īdicata. ipſa ī
cipit eſſe martiriū ꝛ qꝛ hoc eſt ꝑ aliqḋ inſtās et tp̄s
etiā añ mortē ideo do ꝑtē illā diuiſionis. ꝛ cū dicis
poſſibile eſt ꝙ ad hec ſigna nõ ſequat̄ mors / ꝯcedo
ꝛ ſi nõ ſeqt̄ nõ erit martiriū nego / ꝛ dico cõformit̄
ad ea q̄ dicta ſūt poſtꝙ illa volitio eſt ſufficiētib⁹ ſi-
gnis teſtificata ſiue ſequat̄ mors ſiue nõ ꝙuis tñ re
gulariter ꝛ in plurib⁹ nata ſit ſequi ipſa dr̄ marti-
riū. Et cū dicis ponat̄ ꝙ null⁹ aſſit q̄ hmōi ſigna ap
D prehēdat i tali caſu nõ erit teſtificatio aliqua apud
hoīes: ḡ nõ erit martiriū. Ad hoc rñdet̄ ꝙ aliqua fa
cta dicuntur nõ eſſe ſufficiētes teſtificatiões dupl'r.
Vnomõ qꝛ nõ ſufficiūt ad cauſandū teſtimoniū de
re illa in creatura rationali apphendēte ea et hoc
mõ vbi deficit teſtificatio ibi deficit ratio martirii.
Aliomõ qꝛ licet ꝙtum ex ſe nata ſunt facere ſufficiē
ter fidē apphendētibus qꝛ tñ non eſt qui apprehen-
dat ideo nõ faciunt nec cauſant fidem aliquā. ꝛ hoc
modo non oportet ꝙ vbi deficit teſtificatio ꝙ ibi
deficiat martirium alias enim mortem in occulto
ſuſtinens pro chriſto non diceretur martir qḋ non
eſt verum nec rationi conſentaneum.

Queritur quinto. Utrū per ſola fi-

de ſit tollerandū martiriū? ¶ Arguit̄ ꝙ
ſic qꝛ nõ patimur rõnabil'r martiriū niſi
ꝓpter veritatē q̄ nobis ꝑ xp̄m inotuit: ſed oīs virt⁹
que ꝑ xp̄m nobis inotuit ad fidē ꝑtinet ḡ ꝑ ſola fide
tollerādū eſt martiriū. ¶ In oppoſitū ar̄ per illud
Math. v. btī q̄ ꝑſecutionē patiunt̄ ꝓpt̄ iuſticiā. ſed
hmōi ꝑſecutio eſt martiriū ḡ ꝓpt̄ iuſticiā lꝫ tollera-
eſſe mar- re martiriū. ¶ Notandum ꝙ ſicut ſupradictum eſt
tirii quinqꝫ de cauſis ꝯtingit pati martiriū / ꝑ p̄dicatio
ne veritatis pro defenſione fidei / pro defēſiōe legis
pro redemptiōne generis humani ꝛ pro xp̄o quem
quis in martire putat occidere ſicut contingit de in
E nocentibus. ¶ Notandum vlterius ꝙ veritas fidei
ſunt duplices quedam ſunt formaliter practice vt
non eſt adulterandū nõ eſt furandū ſanctificandū
eſt ſabbatū. alie ſunt virtualiter practice que lꝫ ſcꝫ
non ſint dictamina formaliter directiua operis: ex
his tñ ſequant̄ alie veritates q̄ formaliter ſunt pra
ctice / vt iſta tantum eſt vnus deus nõ eſt formaliter
Vitas cre- practica ex ipſa tamen ſequitur iſta veritas tñ vnū
dibilium eſt ſumma veneratione colēdum. alie ſunt que nec
formaliter nec virtualiter ſunt practice vt ꝙ in di-
uinis vna perſona eſt genita et alia eſt procedens
ille que ſunt formaliter practice habent rationem
fidei et rationem legis ſecūdum ꝙ fide iubemur eis
aſſentire credendo / ſecundum ꝙ leges debemus eis
obedire operando et adimplendo. ille que nec for-
maliter nec virtualiter ſunt practice habent tan-
tum rationem fidei ꝛ ſufficit eis aſſentire credendo
alie habent vtrāqꝫ rationem aut ſecūdū ſe aut ſecū
dū regulas practicas in eis incluſas qui ergo pati
tur martiriū pro veritate catholica ſecūdū ꝙ veri-
tas eſt ex eo ſcꝫ ſecūdū ꝙ aſſerit aliquid eſſe verū qḋ
alii negatur eſſe verum / ꝛ per teſtificationē huiuſ-
modi veritatis morti ſe exponit ꝛ eā tollerat talis
dicitur pati martirium pro fide ſicut ſancti marti-
res dicebāt gentiū ydola nõ deos eſſe ſed demonia
ꝛ in teſtificationē huius veritatis ſe morti firmiter
ꝛ intrepide exponebāt. qui vero patitur martiriū
quia inſiſtit operi legis. aut vitat opus prohibitū
a lege quod tamē ſibi nevl̄ faciat illḋ vel iſtud omit
tat ſub pena mortis iubetur talis dicitur pati mar-
tirium pro lege / ſicut feciſſe legitur Eleazarus. ita
etiā ꝓponeretur alicui cõditio mortis niſi adultera
retur ꝛ ille eligeret fugere adulteriū nõ obſtāte cir
cūſtantia mortis ſibi ꝓpoſite tūc talis diceretur pa
ti pro lege Chriſti martiriū. Contingit autē interdū
ꝙ quis ſimul patitur martiriū pro fide et pro lege
Chriſti vt martires quibus ꝓponebatur cõditio vl̄
colēdi ydoli vel ſubeūde mortis ſimul patiebantur
pro fide ꝛ ꝑ lege. ꝑ fide quia tirāni nitebātur vt ipſi
abnegarent veritatē catholicā de vnitate dei / de dei
tate Chriſti / ꝛ cõfiterētur tanꝙ verū ꝛ indubiū falſi
tatē de deitate ydolorū ſuorū. Pro lege vero quia
iubebāt eos facere opus lege Chriſti prohibitū ſci
licet ſacrificare ydolis. Interdū patitur quis pro le
ge ꝛ non ꝑ fide cū ſcilicet opus quod iubetur cõcedi
tur a tirāno eſſe vera et equiſſima lege ꝓhibitū aut
quod prohibetur eſſe vera lege preceptū. nihilomi-
nus tamē volunt ꝙ illud quod ſciunt ꝓhibitum fiat
aut quod ſuit preceptum omittatur vt cū tirānus ꝓ
hibet ne iuſticia fiat / aut iubet enecationē innocen-
tium / aut oppreſſionē populi. Pro fide autē contin-
git pati tripliciter. Vno modo ꝑ virtute quā apud
omnes recipientes fidē cõſtat eſſe veritatē fidei ꝛ hoc B
modo pro fide paſſi ſunt fideles martires ab infide-
libus. Secūdo modo pro veritate quā multi reci-
pientes fidem negāt ad fidē pertinere / ꝛ hoc mõ paſ
ſi ſūt catholici martires ab hereticis. Tercio modo
pro veritate aut falſitate que ſecundū veritatē non
pertinet ad fidē multi tamē recipientes fidē dicunt
eam ad fidem pertinere / ꝛ iſtis duobus modis paſſi
ſunt catholici martires ab hereticis vt patuit in ꝑ
ſecutionibus eccleſie per hereticos procuratis ꝛ fa
ctis. Exēplū vltimi vt vicel' ſi hereticus aſſerebat ꝙ ſe
cūdum fidē ꝛ doctrinā traditā a chriſto eccleſia nõ
poterat habere dominiū temporale: ꝙ nõ debēt cõ
ſtrui tēpla deo ꝙ omnis fidelis tenetur ſub vtraqꝫ
ſpecie ad cõmunicandū ꝛ ſic de multis aliis. catho
lici autē fideles talia nec vera eſſe nec ad fidē pertine
re ꝛ de multis oſtendūt ꝙ oppoſita ad fidē pertinēt
Hec tamē exempla nõ ponim⁹ niſi vt itelligatur id
quod dicere intendim⁹. Dico ergo ꝙ aliquis aliquā
do patitur martiriū cõtradicēdo aſſertioni vere nõ
quiḋ aſſerādo ꝙ falſa ſit denegādo ꝙ ad fidē perti-
neat nā vt fidei nihil eſt detrahēdū ita etiā ne quid fidei ni-
addamus ei ꝓhibem⁹. Si ergo aliquis diceret ꝙ chil de-
ſecūdum doctrinā fidei paruulus baptiſatus ab he trahēdū
retico eſt rebaptiſandus ergo poſſum cõtradicere vel addē-
dupliciter. Vno modo negando talem paruulū eſſe dum.
rebaptiſandū. Secūdo modo dicēdo ꝙ ꝙuis eſſet
rebaptiſandus hoc tamen nõ eſt ex doctrina Chri-
ſti nec poteſt ex doctrina chriſti cõuinci talē eſſe re
baptiſandum ꝙuis etiam oppoſitum non poſſit ex
doctrina chriſti cõuinci. Ex quo patet ꝙ non ſolum
pro veritatibus fidei pati poſſumus martirium ſed
etiam pro aliquibus que non ſunt fidei. Contingit

preterea adhuc tripliciter pati pro fide. Uno modo
pro cōfeſſione fidei ſicut multi ſancti martires qui iu
bebantur a principibus terre abnegare fidē cōſtan-
tiſſime eā confitebātur ⁊ cōfitendo inter grauia tor-
h menta vitā finiebāt. Scđo mō pro publicatione ve-
ritatiſ fidei ⁊ exhortatione populi ad ita credenduꝫ
⁊ cōformiter ad credulitatē ſuā operandū ſicut le-
gitur in actibus apoſtoloꝝ capitulo quarto ꝙ ſa-
cerdotes ⁊ magiſtratus populi ⁊ ſaducei doluerūt
ꝙ apoſtoli docerēt populum et annunciarent in ie
ſum reſurrectionem et iniecerunt in eos manus et
poſuerunt eos in cuſtodia vſqꝫ in craſtinum et poſt
nonam vocantes eos denunciauerunt ne omnino
loquerent neqꝫ docerent in noīe ieſu quibus petrus
et iohānes dixerūt/ſi iuſtum eſt in cōſpectu dei vos
potius audire ꝙ deū iudicate non eī poſſumꝰ que
vidimus et audiuimus non loqui ꝙ ſi paſſi fuiſſent
ꝓ hac cauſa/martiriū paſſi fuiſſent non pro aſſer-
tione catholice veritatis qꝛ nō prohibebāt eos ita
credere aut hmōi veritates apud ſeipſos confiteri
ſed paſſi fuiſſēt ꝓ publicatiōe hmōi vitatis quā pri
cipes ⁊ magiſtratꝰ eis prohibebant/nec nego eos
etiam paſſos fuiſſe in predicto dum pro lege xpi qꝛ
cū eſſet in eis iuſſum a xpo vt predicarent euangeli
um oī creature/prohibebātur predicare iudeis euā
gelicam doctrinā. Tertio cōtingit pati pro verita-
te fidei nō qꝛ publicaꝛ et predicaꝛ veritas fidei ab-
ſolute ſed qꝛ ita predicaꝛ in hmōi predicatione in-
telligatur reprehēſio quorūdam moꝝ cōtrariorum
doctrine ⁊ regule fidei ſicut iohānes baptiſta paſſꝰ
eſt martiriū qꝛ predicabat ꝙ nō licebat alicui ha-
bere vxorem fratris ſui ⁊ reprehendebat herodem
propter herodiadē quā tulerat fratri ſuo vxorē. et
i iſtud martiriū dicitur eſſe proprie propter reprehē
ſionem vicioꝝ/que reprehēſio quomodo debeat fie
ri non eſt hic dicendū. ⁊ ita ſi aſpiciatur ad id pro-
pter quod talis proxime patitur non patitur pro-
veritate fidei ſed patitur pro veritate particulari
que nec eſt cōtenta in ſacris litteris nec eſt ex verita
tibus ſacrarū litterarū deducibilis nec patitur qꝛ
falſum dixerit/crimen eī eſt notorium/ſed qꝛ dixit
quod non placuit maieſtati principis eſſe dicendū
qꝛ non vult vitia ſua reprehēdi/hoc modo paſſus
eſt Chriſtus ſi inſpiciamus ad motiuū eorum per
quos paſſus eſt ꝓpter ſcꝫ reprehenſiones phariſeo
rū et ſcribarū per quas reprehēſiones cōcitati ſūt
in inuidiam et odium aduerſus eū poſſet fieri fere
cōſimilis de martirio cā legis ſuſcepto, patiꝛ enim
aliquis ꝓ defenſione vel ꝓmulgatione legis. ⁊ hoc
nō pono multū differre a martirio pro fide. patitur
ſcđo alius ꝓ lege qꝛ dicit nō pertinere ad legē xpi
qđ alii pertinere ſed falſo dicūt. Et iſtū modū etiaꝫ
pono differre a martirio pro fide. Patitur tertio
pro lege qꝛ propoſita conditiōe mortis inſiſtit ope
ribus per legem preceptis: vel omittit opera a le-
ge prohibita. Quarto patitur aliquis pro lege pri
uata puta pro priuilegio ſicut ꝓ libertate eccleſia-
ſtica et pro immunitatibus eccleſie/quo modo paſ-
ſus eſt beatus Thomas cantuarienſis. Et ita extē-
dendo nomen legis poteſt eſſe quadruplex lex pro
qua quis poteſt pati martirium ſcilicet conſulens
precipiens/prohibens et lex priuata ſcilicet priui-
legium/pro libertate enim eccleſiaſtica poteſt quis
decertare rationabiliter vſqꝫ ad mortem.
k ¶ Prima concluſio. Non pro ſola fide tolleran-
dum eſt martirium. Probatur poteſt aliquis tol-
lerare martirium vt dictum eſt pro operibus le-
gis non quia negetur lex/ſed quia non placet prin
cipi hmōi opera fieri igitur Antecedēs ſatis patet

ex dictis. Secūdo qui patitur pro reprehēſione vi-
cioꝝ que perſone reprehēſe ſciūt ⁊ cōfitetur eſſe vi
cia nō patitur pro fide ſed multi hoc modo paſſi ſūt
ſicut iohannes baptiſta ⁊ multi alii igitur ¶ Secū
da cōcluſio nō. Pro qualibet veritate catholica po
teſt ſe quis rationabiliter exponere martirio Pa-
tet nō quelibꝫ veritas catholica ſcita eſt eſſe catho
lica nec quālibet catholicam veritatē tenetur quis
ſcire eſſe catholicam veritatem ſed pro ſola verita
te catholica quāquis ſcit vꝉ tenetur ſcire eſſe catho
licam tenetur ſe exponere martirio/igitur. Minor
patet quia ſecūdum auguſtinum ſuper geneſim tā
diu aliquid nō pertinet ad fidē quādiu id nō certiſſi
ma ratione mōſtratur ad fidē pertinere. Maior pro
batur quia non quelibet veritas catholica ſcripta
eſt in canone biblie ſed multe ſunt que deducuntur
ex ſcriptis ſed cōſtat ꝙ interdū cōſequentie per q̄s
deducūtur ſunt multe dubie ⁊ incerte/interdū etiā
propoſitiones biblie que aſſumūtur pro anteceden
te deductionis habent multos ſenſus ⁊ in vno con
ſequentia eſt bona et in altero nō valet et dubium
eſt in quo ſenſu pertineāt ad fidē. Interdū etiam di
ſcurſus fit ex vna que pertinet ad fidem ⁊ ex altera
probabili tantū ⁊ cōſtat ꝙ nullus predictorū pro-
ceſſum facit certitudinē ꝙ propoſito de qua queriꝛ
pertineat ad fidem igitur. ¶ Itē cōſtat ꝙ circa ma-
teriam fidei ſunt multa probleumata et multe aſſer
tiones doctorū quorum probleumatum altera ps
eſt catholica et altera repugnat fidei ⁊ tamē docto
res pro hmōi aſſertionibus nō exponerēt ſe marti-
rio quia nō certi ſunt ſed tantū probabiliter opinā
tur ꝙ ad fidem pertineāt. ¶ Tertia cōcluſio. ſicut ꝓ
qualibet veritate catholica poteſt quis ſciens eaꝫ
eſſe catholicā ſe exponere martirio: ita pro quali-
bet non catholica poteſt ſciens eam nō eſſe catholi
cam ſe exponere martirio. Probatur quia ſicut ca
tholica veritas poteſt negari ab aliquo eſſe catho-
lica et proponere ſcienti eam catholicā conditionē
ꝙ vel neget eam eſſe catholicā vel mortē ſubeat Ita
eam nō catholica poteſt ab aliquo cōcedi et reputa
ri catholica ⁊ ſcienti eā non eſſe catholicā propone
re cōditionem ꝙ cōfiteatur eam tanꝙ catholicā aut
morteꝫ ſubeat ſed in vtroqꝫ caſu vir catholicus nec
debet eam catholicā negare nec debet nō catholicā
tanꝙ catholicā cōfiteri licet poſſit eam cōfiteri tanꝙ
veram quia ſicut blaſphemiū eſt detrahere deo qđ
ſibi cōuenit etiā tribuere quod nō ſibi cōuenit ita ſa
crilegum eſt impiū et fidei detrahere quod ſuū eſt ⁊
ſibi tribuere quod nō ſuū eſt ¶ Quarta ꝯcluſio Nō
poteſt quis rationabiliter ſe exponere martirio ꝓ
veritatibus nō catholicis quo earū veritati teſtimo
nium afferat. Probatur ſoli veritati que ſecūdum
pietatē eſt poſſumus reddere teſtimoniū noſtris cor
poralibus paſſionibus vſqꝫ ad mortē ſed veritates
aliarum ſcientiarū nō ſunt ſecūdum pietatē qꝛ oīs
veritas que eſt ſecundum pietatem pertinet ad cul-
tum diuinitatis ⁊ nobis per chriſtum innoteſcunt
ergo pro veritatibus non catholicis ſiue aliarum
ſcientiarū nō debet ſe quis exponere martirio. Hāc
rationē innuit beatus Thomas ſecūda ſecūde que-
ſtione de martirio articulo quinto in reſponſione
ad ſecundū. Ad ſecūdum inquit dicendū ꝙ veritas
aliaꝝ ſcientiaꝝ nō pertinet ad cultū diuinitatis et
ideo non dicitur eſſe ſecundū pietatē: vnde nec eius
confeſſio poteſt eſſe directa cauſa martirii ¶ Quin
ta cōcluſio. Non quelibet veritas ſiue catholica ſi-
ue nō catholica poteſt ratione mēdatii vitādi quod
negādo eam incurreretur eſſe cauſa martirii. Pro
batur primo quia vt cōſtat ſecūdum omnes multe

ſunt veritates catholice de quibus non ſumus ſuffi
nõ pro q̃libꝫ ꝓpoſitione patiẽdũ ẽ martirium.
cienter certi nec tenent̃ eſſe ſufficiẽter certi q̃ ſint ca-
tholice, et ſunt multe alie veritates de quibus etiã
non ſolum ſufficienter certi ꝙ ſint veritates ſed tñ
iſta cognoſcimur per quaſdam perſuaſiones ⁊ pro
babiles rationes que nõ faciũt certitudinem, ergo
talibus nõ debemus dare teſtimoniũ vſq; ad mor-
tem. Probatur cõſequentia. Oĩs qui ex forma teſti
monii ſui dicit ſe eſſe certum de eo quod non eſt cer
tꝰ ⁊ forte ſcit ſe nõ eẽ certũ q̃uis magis putet ita eẽ
eſt falſus ⁊ mendax ⁊ pertinax ſed reddens teſtimo
niũ alicui veritati per paſſiões corporales vſq; ad
mortẽ q̃tum eſt ex forma teſtimonii ſui non ſolũ di
cit ita eſſe ſed dicit etiam ⁊ operibus ⁊ paſſionibꝰ
ſuis oſtẽdit ſe eſſe certum et indubiũ ꝙ ita eſt ergo
ſi non ſit certus ⁊ indubius ipſe eſt falſus ⁊ mẽdax
ꝙ autem ſit pertinax probat̃ quia pertinax non ſo
lum ille eſt qui perſiſtit in tenendo quod non eſt te-
nendum, ſed etiam qui perſiſtit in tenendo aliquid
aliter q̃ debeat tenere ſed qui pro veritate proba
bili et dubia patitur vſq; ad mortẽ perſiſtit in tenẽ
pertinax quis eſt.
do aliquid aliter q̃ debet tenere q; veritatẽ quã de
bet tenere tãq̃ probabilẽ tenet tanq̃ certã ⁊ indubi
am ⁊ in hoc inter cruciatus duros etiã vſq; ad mor
tem ꝑſiſtit ergo talis eſt pertinax et non martir. De
veritate aũt non catholica certa ⁊ indubia probat̃
eadẽ cõcluſio, q; ſi nõ eſt catholica pro nullo tẽpore
neceſſaria eſt ad ſalutẽ. ſi pro nullo tp̃e neceſſaria
eſt ad ſalutẽ ꝓ quocũq; ſiue hmõi veritatis cognitio
ne põt eſſe ſalus, ergo pro ea aſſerenda vel teſtificã
da nõ debet ſe vir doctus exponere martirio, ſed de
bet cũ oĩ diligẽtia verbis etiã apertiſſimis expone-
re etiã rationẽ vel rationes quibus facta eſt ſibi de
hmõi veritate certitudo ⁊ dubia ſi que circa eam ex
planare habeãt, qui ſi cõſenſerint bene actum eſt.
Si eo nõ cõſenſerint potius debet eos in errore eo-
rũ relinquere, et cedere furori ac impetui cecorum
⁊ errantiũ q̃ ſe pro tali veritate que nunq̃ ad cul-
tũ diuinitatis ꝓfutura eſt exponere martirio. Ex
quibus ſequit̃ ꝙ nec abiuratio nec cõiuratio faciẽ
da eſt in aſſertiõe probabiles tñ ſiue catholice ſint
ſiue non. Sequit̃ ſcdo ꝙ nec faciẽde ſunt in aſſertio
nes non catholicas q; in quãcunq; aſſertionẽ lꝫ cõ-
iurare vel abiurare pro ea lꝫ pati martiriũ ſed de
his diffuſius dicemus cum agemus de iuramento.
¶ Sexta cõcluſio. Ne abiurent̃ doctrine vniuerſali
ter de quarꝫ nullis aut paucis aſſertionibus cõſtat
ꝙ ſunt aduerſe catholicis veritatibus. Ne etiã con
iurent̃ in doctrinas de quarũ oĩbus aſſertionibꝰ
non conſtat eas eſſe catholicas poteſt quis ſe expo
nere martirio. Probatur q; taliter abiurare vel
cõiurare eſt actus hereticalis ⁊ in auctoribus abiu
rationis ⁊ coniurationis hereticali deterior q; au
ctores taliũ abiurationũ ⁊ ꝯiurationũ nõ ſolũ ſũt
heretici ſed ⁊ hereſiarche vt loco ſuo oſtẽdemus, ſed
pro vitando actu hereticali poteſt quis ſe expone-
re martirio igitur. ¶ Septima concluſio. Non pro
quolibet virtutis opere poteſt vir catholicus ſe ex-
ponere martirio. Probatur quia quedã ſunt ope-
ra virtutis tam parue neceſſitatis ⁊ vtilitatis ꝙ nõ
licet ſcd̃m dictamen recte rationis pro eis ſe expo-
nere morti, ſed recta rõ dictat ꝙ cedendũ eſt violen
tie ⁊ ĩpetui, ⁊ ꝙ talia bona ꝓ tp̃e ſunt intermittãda
hec eſt expreſſa ſententia Ariſtotelis in tertio ethi-
corũ vbi loquitur de his que propter violentiã ſũt
nõ ſẽp ꝓ opere virtutis dicendũ martirium.
facienda vel omittenda. ⁊ ſententia textꝰ eſt talis ꝙ
in his que per violentiam agimus aliquando lau
damur quando aliquid doloroſum ſuſtinemꝰ pro
magnis bonis, quandoq; aũt vituperamur cũ pro
nullo aut modico bono turpiſſima ſuffer imus quã
doq; nõ laudamur ſed datur venia cũ talia agimꝰ ꝓ
pter mala et doloroſa que humanã naturã excedũt
et que nullus ſuſtineret quãdoq; autẽ ad ea que vo-
lunt nos cogi ſunt talia ꝙ magis moriendũ eſt du-
riſſima patiendo q̃ ad talia cogi. Ex quibus verbis
apparet ꝙ nõ pro quolibet opere virtutis patiẽdũ
eſt vſq; ad mortẽ. Secundo pro operibus eutrapelie
nemo ſapiens ſe debet exponi morti nec pro operi
bus affabilitatis. Similiter neq; pro paruis operi
bus miſericordie ⁊ liberalitatis et maxime cuꝫ eis
cui volumus dare neceſſitatẽ nõ patitur. Tertio que
iuſte ⁊ rationabiliter prohiberi poſſunt a ſuperio-
ri quia nata ſunt eſſe cauſa egritudinis in faciente
illa propter timorẽ mortis non ſolũ intermitti poſ
ſunt ſed debent, ſed aliqua opera virtutis rationa
biliter prohiberi poſſunt alicui perſone quia in eo
nata ſunt eſſe vel de facto ſunt cauſa egritudinis er
go ſi immineret mors nobis facientibus illa tenemur
et debemus intermittere. Maior videtur certa quia
ſi ad fugiendũ minus malũ aliquid poſſit rationa
biliter pretermittit ⁊ ꝓhiberi illud poterit ꝓhiberi
ad fugiendũ maius. Et minor probatur per Grego
rium in regiſtro indictione quarta epiſtola xv. quã
ſcribit ad marinũ epm rauenne vomitũ ſanguinis
patientẽ que incipit. Venientes quidã rauennates
homines grauiſſimo me merore percuſſerũt qui fra
ternitatẽ tuam retulerũt de ſanguinis vomitu egro
tare. Narrat poſtea quomodo cõſuluit ſtatim do-
ctos medicos ⁊ infra. propterea nec hortor nec ad
moneo ſed diſtricte precipio vt ieiunare minime pre
ſumas, quia dicunt medici huic moleſtie valde eſſe
contrarium, niſi forte ſi gradis ſolẽpnitas exigit
quandoq; in anno vicibus cõcedo. Idem precipit de
vigiliis ⁊ de precibus ⁊ expoſitionibus euangeli-
orum que circa paſchalem ſolẽnitatẽ in rauennati
ciuitate dici ſolent et vult ꝙ per aliũ fiat. ¶ Octaua
cõcluſio. nõ pro quolibet opere magno virtutis te-
netur vir catholicus ſemper expone martirio. Pro
batur omne opus virtutis quod pro vno tẽpore fa
ctum veriſimile eſt vergere in magnũ detrimẽtũ cri
ſtiane religionis aut illius rei propter quod debet
fieri rationabiliter poteſt intermitti ⁊ in aliud tem
pus differri ſed aliquando cõtingit ꝙ reſiſtere ma-
lo totius religionis chriſtiane quod ſecundũ ſe eſt
magnum bonũ aliquo certo tempore nõ poteſt fieri
niſi cũ diſpendio totius religiõis chriſtiane ⁊ nõ re
ſiſtendo facilius ⁊ melius procuratur vtilitas chri-
ſtiane religionis q̃ reſiſtẽdo attẽtis circũſtãtiis ꝓ
tunc occurrẽtibus ergo in tali caſu vir catholicus
non debet ſe exponere martirio pro reſiſtẽdo malo
ſed potius debet facere ea per que ſcd̃m iudiciũ recte
rationis melius procurabitur vtilitas chriſtiane re
ligionis. Minor iſtius rationis probatur auctori
tate gregorii in regiſtro indictione vndecima epi-
ſtola ſexageſima prima quã ſcribit ad mauricium
imperatorẽ qui inter ceteras leges ſuas ſanxierat
vt quiſquis publicis adminiſtratiõibus fuerit im-
plicatus ei in monaſterio omnino cõuerti non lice-
at vt nulli etiã qui manu ſignatus eſt ĩ monaſteriõ
conuerti liceat et requiſitus eſt ab imperatore Gre
gorius vt hãc legem per eccleſias ⁊ monaſteria pu
blicaret qui cum ſciret eam iniquã ⁊ pernicioſã chri
ſtiane religioni non contradixit, nec ſe morti expo
ſuit ſed publicari fecit. Quod ita expreſſit in fine e-
piſtole. Ego quidẽ inquit iuſſioni ſubiectus eandẽ
legẽ ꝑ diuerſas terrarꝫ ꝑtes trãſmitto ⁊ q; lex ipſa
omnipotenti deo minime cõcordet ſcio ego per ſug-
geſtionis mee paginã sereniſſimis dñis meis nũciã

Utrobiq; ergo que debui exſolui quia et imperatori obedientiam prebui ⁊ pro deo quod ſenſi minime tacui. Arbitratus eſt enim vir ſanctus ⁊ prudens ſe magis poſſe flectere animum imperatoris ſibi obediendo ⁊ nichilominus hortando ⁊ ſuadendo in oppoſitum ꝙ a perte reſiſtendo. Sunt eñi multa opera virtutum que remotis quibuſdam circunſtantiis opera virtutum ſunt. Ipſis autem poſitis deſinūt eſſe opera virtutis: de quibus circunſtantiis reſpectu multorum operum vna eſt periculum mortis veriſimiliter immineus. ¶ Nona concluſio. Pro quolibet opere virtutis quod non obſtante circūſtantia periculi mortis pretermiſſum: inimiciciam dei et eterne dampnationis periculum inducit debet vir catholicus ſuſcipere martirium. Probatur quia omnia talia ſūt de genere illorum de quibus dicit ariſtoteles in tertio ethicorum. Quedam autē nō eſt cogi: ſed magis moriendū eſt patientiā duriſſima. ꝓpter irriſoria videntur

Ariſtoteles.

euripedis almeona cogentia matrē occidere. Et ſi queras que ſūt illa que ſunt talia. Reſpondeo ſicut reſpondet ibidē Ariſtoteles eſt autē difficile quandoq; iudicare quale pro quali eligendū et quid ꝓ quo ſuſtinendum. Adhuc difficili⁹ immorari cognitis rationem aſſignat. Eteñi in multis eſt que quidē exſpectantur triſtia que autem coguntur turpia vbi vult dicere ariſtoteles ꝙ cum proponitur alicui conditio vel committendi aliquod turpe vel patiendi detrimētum bonorū vel vite quādoq; eſt difficile iudicare qd pro quo eligendum ſit: aut quid pro quo ſuſtinendū ſit: hoc eſt quod triſte pro hoc vł illo turpi ſit ſuſtinēdum: et quia illud quod timemus nos paſſuros ſi nō obedimus cogentibus eſt triſte ⁊ doloroſum id vero ad quod cogimur eſt turpe ⁊ inhoneſtū ideo adhuc ē difficilius immorari id eſt perſiſtere cognitis id ē iudicio rationis dictantis hoc vel illud eſſe pro illo ſuſtinendum vel eligendū.

F

Dico tamen ꝙ pro nullo triſti: nec etiam pro morte debemus cogi ad oppoſita preceptorū diuinoꝝ negatiuorum quia illa obligant ſemper ⁊ pro ſemper. De preceptis autē affirmatiuis dico ꝙ pro tempore et loco licet: ſed nō ſemper vbi ſcilicet obſeruatio precepti non eſſet magne vtilitatis ⁊ tamen non fieret niſi cum mortis periculo. Ex quibus ſequitur ꝙ conſeruatio boni publici poteſt eſſe cauſa martirii. Probatur quia interdum conſeruatio boni publici cadit ſub precepto diuino. Tum ſecundo quia interdum fit conſeruatio boni q̄ dependet ex aliquo quod eſt ex precepto diuino: vt reſiſtendo oppreſſoribus ⁊ opprimentibus pauperes ⁊ iudicia peruertentibus. Si tamen probabile eſſe defēſionem rei publice nec in toto nec in parte profuturā imo potius offuturam ⁊ probabiliter ſperaretur ꝙ poſtꝙ foret vtilius eidem intendere ſapientis eſſet diſſimulare et ſe ad tempora magis congruentia reſeruare.

G

Pro opere cōſilii pōt pati martirium.

¶ Decima concluſio. Pro conſeruandis nonnullis operibus conſiliorum poteſt ſe quis exponere martirio: licet ad hoc non teneatur. Probatur quia poteſt aliquis vere apud ſe iudicare ꝙ vita quam ducit eſt turpis et inhoneſta et ꝙ magis vult carere vita ꝙ in tali conſuetudine turpis vite perſeuerare: et ꝙ ex viribus ſuis et auxiliis diuinis que communiter habet viuendo ciuiliter vt conſueuit non poteſt vitā ſuam turpem relinquere: ſperat tamen et confidit ꝙ per ingreſſum religionis ſe ab hac vite turpitudine faciliter abſoluet. ergo ſi aliquis prohibere nitatur eum ab ingreſſu religionis ſub pena mortis poterit non obſtante circunſtantia imminentis mortis ingredi religionē: ſed ingreſſus religionis eſt opus conſilii igitur. Secundo ſecundum Augu. libro contra Fauſtum licet non periurare ſit de precepto non iurare tamen non eſt niſi de cōſilio, quia enim per conſuetudinem frequenter iurandi verū faciliter inducimur ad periurium. Ideo non ſolum ꝓhibuit chriſtus periurare ſed etiā ne omnino iuraremus conſuluit.

Auguſti.

Tunc volo quod aliquis ꝑnceps edictum faciat in domo ſua ꝙ nullus dicat ſibi verū niſi illud cum iuramento affirmet ſub pena mortis: et ꝙ ſit aliquis qui alias per conſuetudinem verum iurandi inductus eſt in conſuetudinem periurandi a q̄ cum maxima difficultate recipit ⁊ ꝙ iſti non liceat familiam regis egredi ⁊ cum eo rex frequentem habeat ſermonē tunc videtur ꝙ iſte poteſt ſe exponere morti ne incidat in periculum periurii alias volens ac ſciens ſe precipitabit in laqueum peccati mortalis ⁊ eterne dampnationis. Eodemmodo dicendum de integritate et caſtitate corporis vbi probabiliter timeretur in corruptione conſenſus et in conſenſu peccatum. Sed in hoc eſt grauis queſtio ſi dato ꝙ ex ipſo opere conſilii nec vtilitas alius nec periculum peccati ſibi probabiliter ſecuturum videretur vtrū poſſet quis rationabiliter ſe ꝓ tali opere exponere martirio.

Pro virginitate pōt q̄s pati martirium.

Verbi gratia virgo non formidat in corruptione conſenſum nec peccatum: iudicat tamen ꝙ premiū quod conſecutura eſt ex virginitate conſeruata nō obſtante circunſtantia conditionis mortis ꝓpoſite ſibi niſi permitteret ſe corrumpi eſt maius bonū: ⁊ etiam ipſe actus virtutis qui per hāc circūſtantiā fit heroycus et eleuatus eſt ſupra omnem virginitatem ſecundum modum loquendi euſtracii eſt maius bonum ꝙ vite per paruum tempus prolongatio ⁊ ita eligendo ſeruare virginitatem non obſtante tali circunſtantia videtur maius bonum minori bono preferre ſed hoc eſt laudabile: igitur ſe exponens martirio pro opere conſilii modo ſupradicto virtuoſe facit. Iſta ratio ē multum apparens non tamen videtur ſufficiēt demonſtrare intentum. alias enim ſequeretur ꝙ pro vitando mendacio iocoſo aut officioſo ego poſſē me exponere morti. Similiter pro actu eutrapelie: pro dicto faceto ⁊ huiuſmodi actibus virtuoſis parue tamen vtilitatis ſecluſo merito ego poſſum me exponere martirio quod iudicio meo nullus rationabiliter diceret. Ideo dico probabiliter: ꝙ recte conſilians quid pro quo poteſt vel debet eligere.

Reſo. do.

Debet comparare primo malum quod ſibi proponitur ad actum omittendum vel committendum de quo deliberat et vult ⁊ videre ſi ſecluſo merito: quia adhuc de merito eſt queſtio: afferatur per omiſſionem vel commiſſionem plus vtilitatis vel boni ꝙ ſit malum quod facienti vel omittenti proponitur. Si ſic tunc inſiſtendo actui non obſtante circunſtantia mortis erit laudabile et meritorium. ſi non nec laudabile erit nec meritorium. Et hic loquor in commiſſionibus vel omiſſionibus conſiliorum quia forte in preceptionibus et prohibitionibus aliter eſſet dicendum. Verbi gratia per dictum facetum et iocundum ego delecto conuiuentes et nichilominus comminatur michi quis mortē ſi ego in eum vel in alium facete loquar: conſtat ꝙ cum mors mea ſit multum maius malum ꝙ ſit bonum oblectatio conuiuentium: recta ratio nunꝙ dictabit ꝙ huiuſmodi actui eutrapelie ego poſſim inſiſtere cum circunſtantia mortis propoſite. In hoc videtur eſſe fundatum Gregorii dictum quod ſupra retulimus de prohibitione ieiunii: videbat enim quod ieiunium operabatur macerationem quandam corporis que in aliquib⁹ eſt laudabilis: operabatur etiā

Gregori.

grauem egritudinem ⁊ periculū vite: quia ergo egri-
tudo et periculū vite eſt maiꝰ malū ꝗ̄ maceratio cor-
poris eſt bonū, ideo ieiunium fuit prohibendū ne in-
curreretur mors. ita etiam diceretur ꝙ ſecluſo conſē-
ſu et peccato corruptio clauſtrorū pudoris non eſt tā
mala nec integritas corporalis eorū tam bona ꝗ̄ ma-
la eſt corruptio vite. et ideo ſecluſa prohibitione vel
precepto mors non eſſet pro hmōi integritate ſubeū-
da et per conſequens contra rectam rōnē eſſet ꝙ quis
mortem pro integritate corporali ſubiret, quare nec
Arg. tho. 2.2. q̄ſtio. 124. ar. 5. meritorium eſſet ita faciendum, immo vituperabile po-
tius eſſet iudicandū. ¶ Contra primam concluſionē
arguitur primo per illud prime Petri quarto. Ne-
mo veſtrum patiatur quaſi homicida aut fur, aut a-
liquid huiuſmodi. Si autem vt chriſtianus non eru-
beſcat glorificet autem deum in iſto nomine: ſed ex hoc
vr aliꝗs xpianꝰ ꝙ tenet fidem xpi ꝗ̄ ſola fides chriſti
dat patientibus martirij gloriā. ¶ Secundo aliquis
dicitur martir quia teſtimoniū reddit veritati. Aut
ergo reddendo cuicunq̧ veritati teſtimoniū poteſt di-
ci martir ⁊ tunc poſſet quis ſe exponere martirio ꝓ
veritate geometrica vel pro veritatibus aliarum ſci-
entiarū ſpeculatiuarū, Aut reddendo teſtimonium ve-
ritati diuine tantū: ergo cum omnis talis ſit veritas
fidei ſequitur ꝙ ſola fides eſt cauſa martirii. ¶ Ad p̄-
mam dico ꝙ beatus petrus in illis verbis hortatur
chriſtianos vt nō demereantur ſibi penam legis ciui-
lis infligi ſicut fures ⁊ homicide ſed patiantur tanꝗ̄
chriſtiani, qui pro actibus bonis ⁊ laudabilibus et
quos ſecundū legem chriſti faciunt cruciantur. Chri-
ſtianus autem aliquis dicitur dupliciter. vno modo
ex eo ꝙ eſt de familia chriſti quod fit per ſuſceptio-
nem primi ſacramenti et talis dicitur chriſtianus nō
T tantum quia fidem ſed quia ſacramentum primum
et conſequenter fidem et caritatem et alias virtutes
ſuſcepit. ¶ Secundo modo aliquis dicitur chri-
ſtianus quia ſpiritu chriſti non ſolum in actum fidei
Xpianus dupliciť capitur. ſuſcepto ſed etiam ad opera virtuoſa procedit ſcḋm
illud ad roma. octauo. Si quis ſpiritum chriſti non
habet hic non eſt eius, et imitando chriſtum peccatis
moritur ſecundum illud ad gal. v. Qui chriſti ſūt car-
nem ſuam crucifixerunt cum vicijs et concupiſcētijs
et ideo nō ſolum ille qui patitur pro chriſti confeſſio-
ne que fit per verba patitur vt chriſtianus, ſed etiam
qui patitur pro quocunq̧ bono opere faciendo vel ꝗ̄-
cunq̧ peccato vitando propter chriſtum pro quo ſcꝫ
faciendo vel vitando mors rōnabiliter ſuſcipi ꝑteſt
quia totum pertinet ad fidei proteſtationem. In fide
enim reperit̄ ipa credulitas que eſt actus mētalis et
reperit̄ fidei ꝓteſtatio que interdū fit ꝑ vba ⁊ ſic dr
fieri confeſſio Interdum factis ⁊ operibus ſecūdum
illud Jaco. ſecundo. Ego oſtendam tibi ex operibus
fidem meam contra quod de quibuſdam dicitur ad
titum. i. confitentur ſe noſſe deū factis autem negant
¶ Ad ſecundam dico dicitur martir non ꝓciſe qꝛ red-
